


Summa de Ordine et

A
13-136




El Museo Universitario
de PANAMA

| | |
|------|-----|
| Date | A |
| Vol. | 13 |
| No. | 136 |

El Sr. Josefile Quin de la
Comp^a de Seguros compró este
libro.

26-5-6.





PRO SACROSANCTO
ORDINIS
SACRAMENTO

VINDICIÆ ORTHODOXÆ,
ADVERSUS HÆRESIOLOGIAS MARCI ANTONII DE
Dominis Archiapostatz Spalatensis.

In quibus pariter Ecclesiæ Latinæ cum Græca tam in materia, quam forma, concordia demonstratur.

Delto. P. della Comp. della

AUTHORE

de Granada

A. R. P. M. F. DOMINICO GRAVINA ORD. PRÆDICAT.

Cur. Archiepis. Neap. Theologo, Sancti Officij Consultore, in Vniuersit.
R. Sac. doct. primario Professore.

REVIS. ET ILLUSTRAT.

PER A. R. P. F. THOMAM DE SARRIA EIVSD. ORD. S. TH.

Mag. in Vniuersit. Col. Prof. Theol. & in Conuen. S. Crucis studiorum Regentem.




COLONIAE AGRIPP. IMPRIMEBAT HENRICVS KRAFT

Anno M: DC. XXXVIII.

Cum Privilegio Speciali Caf. Majest.



THE
M
OF
THE
OF
OF
OF



OF
OF
OF
OF
OF



REVERENDISSIMO ET
 ILLVSTRIS.^{mo} PRINCIPI
 AC DOMINO,
 D. FRANCISCO
 EPISCOPO BAMBERGENSI, ET
 Herbipolensi, Duci Franconiæ, S. Rom. Imp.
 PRINCIPI, &c.

DOMINO AC PATRONO CLEMENTISSIMO.



EDVM apud Romanos rerum Dominos, *Illustriſſime Princeps*, integerrima quondam Religionis suæ ſuperſtitio vigit, vt Imperatores, belliq; Duces (teſte Valerio Maximo) Pontifices haberētur, verum etiam id ipſum Ægyptijs in more poſitum eſſe paſſim referunt Hiſtorici; vt eorum Iudices Sacro Sacerdotis titulo inſignirentur, quibus de collo congeſta ex Saphyro imago pendula *veritatem* referebat; idq; eos ex Hebræorum ritibus, quibuscum multū temporis cōuerſati, plurima nedum cæremonialia, verum diuina quædam hauſiſſe facilè liquet. horum ſupremus Myſta & ludex in arduis quibuscunq; ſtupendum illud RATIONALE Pectori *catenuſis au-*

reis, hinc inde præfixum in qua diuina lege vrim & Thumim, id est, Doctrina & Veritas positum cernebatur, cōsultabat vnde quicquid ex æquo & recto per reuelationem habebat. Hæc itidem ex supremi iudicis IESV dictis factisq; felicius cernere licet: cui totius bonitatis atque æquitatis imago medullitus impressa est. Hinc se ostentat Iustitia, quâ firmavit thronum suum, inde veritas, quâ omnia definit, citharizate Regio Psalte, Deus in saculum saculi virga directionis, virga regni tui, dilexisti Iustitiam, & odisti iniquitatē, propterea vnxit te Deus oleo latitia præ consortibus tuis. Oleo nimirum illo quod descendit in barbam Aaron & ad oram vsq; vestimenti eius (Ecclesiam puto) defluens, suaueolenti fragrantia vniuersa sibi subiecta membra replet, cuius dulcedinem perdere fategerat Musca illa moriens quæ æuo nostro in Ordinis Sacramentum tubulam, lanceolamque suam exacuerat, atque in hoc veluti in vnicum scopum vnanimiter vim suam dirigentes, vt expungerent antagonistæ quod maxime oderunt. Sacerdotes nimirum, quos non esse vnctos vehementer cuperent illi natura lubrici, doctrina varij, qui clarè intuentur operam se perdere nisi oleum quod dixi perdant; quo simul Sacerdotes nostri, iudices eorum delibuti contra diabolū eiusq; Cerberos inunguntur. Quod quidem Sacrosanctum Ordinis Sacramentum non tam in vnctione quam vnione intrinseca (minimè in extrinseca merè iunctione ac arbitraria vt cupiunt coccyti pigmentis plenè farcinati

Erebi vates) constare lampade meridiana clariùs patet. Etenim *Sacerdotium*, quod indissolubili nexu cum homine, religione, & sacrificio, ex omnium gentium confessione coniunctum, adeo vt nec homo sine religione, aut hæc sine sacrificio, neque hoc sine Sacerdotio comprehendendi vnquam potuerint; in nullum quidem religionis nomen siue verum, siue etiam confictum integraretur, nisi omnibus hisce vnitis. Neque in eodem homines coadunari potuere nisi signaculorum vel Sacramentorum visibilium aliquo consortio colligarentur. Istam indissolubilem diuinæ dispositionis catenam, charitatis vinculum, perfectionis sane vnionem, Dæmon Dei æmulus qui (vt inquit Tertullianus) *ipsas quoq; res Sacramentorum diuinorum in idolorum mysteriis æmulatus* disrumpere conatus fuit. Primo quidem per foetidissima monstra, Donatistas, Mersilianos, Tanquilinos, post vero defatigatos vetustos inferni milites Lutheros, Calvinos, omnesq; illorum asseclas veritate compressos, & verbo Dei fugatos; nunc iam virulentam Phlegetontis luem ex omnibus illis orci foetibus ita exsuxit M. Antonius de Dominis Archiapostata Spalatensis, quale vnū mittere potuit monstrum ferax Pontus (quam vt testatur Tertullianus ferocissimæ gentes inhabitant) vt clangente falsitatis buccina aduersus *ordinem* bellum malè *ordinatum*, & sacrilegio rescissum intonaret, atque antiquum indissolubile Sacerdotij altare intus subruere, nequidquam machinaretur, ratus destructo Sacerdotio sese

sese altare dissipaturum. Contra cuius paradoxam inso-
 lentiam calamum strinxit *veterum* simul ac *novatorum*
 monstrorum malleus sapientissimus *Magister Gravina*,
 qui has vindicias (vti in omnibus operibus consuevit)
 mira eruditione, sapientię acrimonia, robustissimo dog-
 mate, euidenti Sacrarum traditionum deductione, Sac-
 Scripturę, SS. Patrum, Pontificum Conciliorum aucto-
 ritatibus ac veritatibus ita muniuit, vt non iam alteri o-
 peri adaptarit appēdices, sed opusculum esse permiserit.
 Quo vtpote plane hisce in regionibus aduersus Sacro-
 sanctum *Ordinem* tot *inordinatos* hostes vtili omnino
 & necessario, vt commodius cuncti vterentur è Germa-
 nicis Prælijs emisi. Porro cui potius hoc dedicatum irem
 non magnopere fuit ambigēdum cum tua Ill. P. virtutū
 fragrantia, atq; olei illius quod à supremo vertice, atque
 ex vnito capite emanans in barbam Aaron defluxit, cu-
 ius odor vniuersum ordinem nostrum tam grata ac sua-
 ueolenti exhalatione oppleuit, vt alio nec animum, nec
 hunc qualemcunq; laborem nostrum intēdere aut con-
 secrare licuerit nec libuerit. Accedit quod hoc æuo pe-
 riculis pleno, ita in supremo illo *Sacerdotalis* dignitatis
 fastigio constitutus, vigilantię vbiq; lumina circumfers,
 vt nec per secretiores venulas, subtilis nouantium spiri-
 tus, teneros intoxicare valeat annos; nec per patulas in-
 ferorum portas gradua impietas *Sacerdotalis Ordinis*
 violare maiestatem. Patere igitur Il. P. tuo Sacerdotali
 nomini Sacras esse has ordinis vindicias, imo & tuo no-
 mini

DEDICATORIA.

mini sacratam esse hanc opellam nostram. Consistit hæc
 obseruantia meæ & cultus nostri testimonium, quã tuæ
 dignitati ac virtuti in obsequiosissimo affectus voto of-
 fero & consecro; dignitati dico quam adoro, quæ Sacra-
 tissimo oleo vncta noctuarum infestationes haud quic-
 quam exhorrescit; virtuti quam colo, quamq; grata Ec-
 clesiæ significatio exornat, ac Dominicana familia vene-
 ratur & suspicit. Vale eia propter Ill.º P. eoq; amplius vale
 vt Ecclesiæ, orbi, imperio, tuis & nostris valeas. Colonie
 in Conuentu S. Crucis Ord. Præd. 14. Mensis Iulij 1638.

Reuerend.º & Illustriss.º Celsitudinis Vestra

Humilis Seruus & Orator

F. Thomas de Sarris.



LICENTIA REVERENDISS. P. GENERALIS.

*F. Nicolaus Rodulfus totius Ordinis Prædicatorum
Generalis Magister.*

Committimus RR. PP. Magistris F. Dominico Paulacio Priori
Conuentus S. Sebastiani, & F. Hyacintho Bergomenfi Priori
Conuentus S. Catharinæ in Vrbe Neapoli, vt videant, & exa-
minent opusculum nuper compositum à R. P. Mag. F. Domi-
nico Graulina, cuius titulus est: Pro sacrosancto Ordinis Sa-
cramento Vindicie orthodoxæ aduersus hæreseologias M. Antonij de
Dominis Archiépiscopatæ Spalatensis, quod in lucem dari concedimus præ-
supposita dictorum PP. approbatione, seruatimq; seruandis. In quorum fidẽ,
&c. Dat. Romæ die 24. Septemb. 1633.

Fr. Nicolaus qui supra manu propria.

Locus † Sigilli.

Regist. fol. 211. Fr. Adrianus de Genua Magist. & Soc.




APPROBATIONES.

DE mandato Reuerendiss. P. F. Nicolai Rodulfij totius Ordinis Prædicatorum
Mag. Generalis Opus, cuius titulus est de Sacrosancto Ordinis Sacramento
Vindicie orthodoxæ. Ab Adm. R. P. Fr. Dominico Graulina Sacræ Theolo-
giæ Magistro compositum accuratè perlegi, & in omnibus fidei orthodoxæ, sacrorum
Conciliorum dogmatibus, ac sacrorum Doctorum doctrinæ consonam inueni. Pro-
deat igitur in lucem, non enim ad nouissima M. Antonij de Dominis tela feliciter elu-
denda alius quam Graulinianus iste elypeus à Catholicis Athletis desiderabitur. Dat.
Neap. die 8. Nouemb. 1633.

Fr. Dominicus Paulacius S. Theol. Magister, ac Prior S. Sebastiani Neapolit.

Maxima



Maxima cum animi mei voluptate, iubente Reu. P. N. Generali librum legi, cuius inscriptio est: De Sacrosancto Ordinis Sacramento Vindiciæ orthodoxæ: infatigabili labore ab eruditissimo, & doctissimo Patre F. Dominico Grauina Sac. Th. Magistro conscriptum, in quo veritatem Catholicam eiusdem Sacramenti Sacri, scripturæ testimonijs, SS. DD. ac Conciliorum, auctoritatibusque Theologicis maximè firmat, aduersus Archiapoſtatam Spalatenſem, in hoc Sacrosanctum Sacramentum hæreſes effluentem murum ſe validum opponit, quapropter cum omnibus Theologis valde profuturum nouerim, dignum cenſeo, vt impreſſioni mandetur.


F. Hyacinthus M. de Bergamo Sac. Theolog. Magiſter, ac Prior
 Conuentus S. Catharinæ apud Formellum Neapolis.




Approbatio Curia Archiep. Neapolitana.

AD. R. P. F. Dominici Grauina libellum iſtū, cuius titulus eſt: Pro Sacrosancto Ordinis Sacramento Vindiciæ orthodoxæ aduerſus hæreſiologias M. Antonij de Dominis Archiapoſtata Spalatenſis perlegi: in quo, cum nihil aduerſus bonos mores, ac Catholicam fidem repperim, typis ad communem omnium vtilitatem dignum cenſeo. Dat. in Con. noſtro S. Mariæ Salutis Neap. die 4. Nouembris 1633.

F. Dionyſius de Canuſio Ord. Min. ſtrictioris Obſeru. S. Franciſci Dep.




Trentè perlegi opuſculum A. R. P. M. F. Domini Grauina Ordinis Prædicatorum, & Archiep. Neap. Cur. Theologi, cui titulus eſt: Pro Sacrosancto Ordinis Sacramento Vindiciæ orthodoxæ, & c. nihilque in eo reperi, quod à Fide Catholica ſit diſſonum, aut bonis moribus diſcrepans. Quare cum ſit Sanctorum Patrum doctrina vndequaque referretur, atque aded euertendis Hæreticorum machinis aptiſſimum, dignum illud cenſeo, vt typis mandetur. Neap. in domo noſtra SS. Apoſt. die xiiij. Nouemb. 1633.

D. Thomas Aquin. Cler. Regul. Deput.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vic. Gen.

Imprimatur. Coloniae 10. Iulij 1638.

F. Ioannes Philippus Friedt Sacrae Theologiae Doctor
 & Apoſtolicus Inquiſitor.

A. R. P. FR. LEONARDI HANSEN IVLIACENSIS
Ordinis Predicatorum, & Sac. Theologiae Lectoris
Hendecasyllabum

M. Antonij de Dominis cum Caluino in euertendis Sacramentis
arcta vniuocatio.

Imputatio. Deputatio.

Calui Antonius amulator Apri
De Sylua, rabiosus illibatum
Duro exterminio lacesit Hortum;
Non sarmenta quidem putans, at ipsa
Sacramenta reuellere, Ordinemque,
Florentesq; per ordinem corymbos,
Se dignam hanc reputans putationem
Calui Antonius amulator Apri.

Caluinus siquidem omne Sanctitatis
Donum, gratuitasq; qualitates
Expungendo, loco intima vnctionis
Externum Meriti, atq; Passionis
Solam predicat Imputationem:
(O diram, O nimiam putationem?)

Hic Sacri vt neget Ordinis valorem
Quo charismatis intima vnctionis
Indelebile fit comes sigillum,
Concedit nihil Ordinationi
Externam nisi Deputationem:

(O dirissimam & hanc putationem!)

Nam que intrinseca Caluus amputabat
Dona sub titulo Imputationis,
Hec sub nomine Deputationis
Calui Antonius amulator Apri,

Quid quod Caluus vt impudens putator,
Aut si dicere praestat Imputator
Iam pridem reputatur, inter vmbas
Exitus reputatione; hic item
Caluum Antonius amulatur Aprum.

E I V S D E M

AD P. F. DOMINICVM GRAVI-
nam, Sacerdotalis Ordinis Propugna-
torem.

DE Dominis Christos Domini quam tan-
git acerbè

Tam benè Dominici pluma tuetur eos.
Pluma Grauinæ: humilis, teres, vda tenellulæ?
Pluma?

Pluma: sed Angelici quam dedit ala THO-
MAE:

Nam benè de Christo quia pluma Thomistica
scripsit,

De Christis eadem scribere digna fuit.

E I V S D E M.

Ordo Spalatenſi non niſi mercenarium
Officium.

Romulea petram Petriq; Antonius Arcem
Atq; Hierarcharum sternere iura volens,
Nec sibi sublato SACRO ORDINE maenia
rumpi

Proſpiciens ſolum hunc deruderare parat.
Nulla (ait) Ordinibus credatur meſſet Potestas.
Ordo Sacramentum non ſiat, Officium eſt.
Officium: rectè. quia murus aheneus ORDO
Caëptis Marce ſuis officia, Officium eſt.

E I V S

EIVSDEM.

Character indelebilis.

A Vdebat Canon totos excindere libros
Lutherus haresim inchoans:
Quid Spalatensis agat? reliquos nē expungere li-
bros

Tentabit haresim fouens?
Non poterit, non versus ei, non linea cedit
Nec vel CHARACTER vnicus,
Nempe Sacerdotum fit bis (scribente Graulina:)

CHARACTER INDELEBILIS.

EIVSDEM
AD AVTHOREM.

M Arcida cur Marci labat hasta, nec Or-
dine strato
Fronduit, vt sensit docte Graulina tuam?
Pro aris atque focis tua digladiatur, at illa
Vt minus apta aris refistit apta focis.

DE EODEM.

A Patria vt Fidei dispartat Apostata lumē,
Ordinis vnguentū vult temerare prius:
It contrā Graulina: ideo maculare deinceps
Dalmata Dalmaticā Dalmatiamq; nequit.

ANAGRAMMATISMVS.

ORDO. RODO. ODOR

Esse Characteres Spalatensis in Ordine firmos
Aut negat. aut saltim erodere posse putat:

RODO ait, ast ita vertitur haud euertitur OR-
DO,

Rode tamen quantum trux Scarabae voles;
At morieris ODORE miser. na desipis? vltra
Verte Characteres Ordinis: exit ODOR.

Idem breuius.

Quando Characteres Spalatensis in Ordine
rosit,

Exijt hinc (moritur quo Scarabaeus) Odor.

De artificiosa Græcè Ordinationis cum
Latina conciliatione inuenta
ab Authore.

EPIGRAMMA.

C Vm Caipha sacra discindere Vestis honorē
Imò Sacramentum scindere Marcus auct,
Scissuram Græcis è ritibus atq; Latinis,
(Queis diuersimodè traditur Ordo) probans.
Et poterat credi quadam hic scissura, Graulina,
Hos nisi componens rem tetigisset acu.

Accinuit F.L.H.O.P.



ISAGOGE ET PARTITIO

Operis.



Almatia Straboni fertilis, & aprica regio, maximè vbi. M. plus minus Insularum longa, sed amœna obsidione Hadriaticum sinum interpolatum coronat, reliquum ferè postciterioris continentis vitiferos, facilesque cliuos, aut implexis implexa Syluis, aut præacutis exasperata rupibus immanè riget præcipuè, qua prospèctat Pannonès.

Incolæ à Thebanis huc sati ingenio olim fuere ferocissimo. Cadmi nempe post Martis Draconem, custodem Dyrces interemptum serpentina progenies, si quid tamen metamorphoseos credendum fabulæ, qua homo Græcus inferinos, barbarosque alibi mores degenerans belluam in-

duisse fingebatur:

Id certum, siue ab Illyrio Cadmi, & Hermiones, siue (vt cum Appiano mitius) ab altero illo Polyphemi filio nomen, ortumque trahat, bellicosam semper habitam fuisse gentem illyricam, quippe, quæ bello Macedonico à Perse Rege cõducta Romanum militem à tergo distinguere cœperit, primoque bello Punico Legatos Romanorum imperitante Tetua muliere ceu victimas securi macerit, nauium etiam Præfectis igne crudeliter absumptis. Piratica etiam formidabilis, ac Floro teste, haud contenta satis populationibus manifestè Romano imperio rebellare præsumpsit, portuum scilicet, arciumque munimini, naturæ, copiæ plus æquo fidens: at funesta demum, creberrimaque clade ab Augusto edomita. Eo titulo deinceps illustris facta, quod Christianæ legi sub Paulo Apostolo fideli Magistro (is namque ad Illyricum vsque prædicauit) superba colla subiecerit ferox natio, ac temporum successu cultior Magnum Stridonensem Hieronymum Romanæ Ecclesiæ parturierit Defensorem. Equidem posteriori hoc sæculo tale monstrum aluit, quale nunquam hætenus æquè barbarum truculentumquè, vel è Cadmæo quoque semine potuisset abortire: *M. Antonium de Dominis loquor* olim quidem Spalatæ Archiepiscopum, at mox perfidum Desertorem, qui illius Tetuæ Romanos Legatos in Tiburno Anglico trucidantis, ac more gentis Securi (mitiori supplicio) Catholicos subijcientis Elizabethæ Laicocephalum Pontificatum postliminio instaurare conatus est contra diuiniorem Romanæ Ecclesiæ Hierarchiam, inuasurus; demum ex Britannico littore (quo confugerat) Petri nauim immanis pirata, nisi Catholicorum præuentus armis, ac in insidijs deprehensus distingueretur à tergo transfuga, à tergo inquam stigmatico liliati Caluini, quem induerat, nempe talem sui æui Ponticum describit Marcionem Tertullianus, *qui deserto, quod prius fuerat; id postea sibi elegerit; quod retrò non erat, in tantum enim heresis deputabitur; quod postea inducitur, in quantum veritas bibebitur; quod retrò, & à primordio traditum est.*

Nauium ergo Præfectos prisca Dalmatarum barbarie aggressus Sacrum ab Ecclesiâ constituerat delere Principatum, eum in finem scripto concipiens, euulgansque nouam

quane-

quandam Ecclesiastici regiminis formam, quam in aliquot tomos distributam inscripsit *Rempublicam Christianam*, qua Romani Pontificis Monarchia pessum rueret, sicq; Governatore excusso in fatalem cymba vertiginem rotaretur. Idem meminere priscis quibusdam Philosophis fuisse consilium, qui Regibus certa Anarchiæ paradigmata, idæasque obtrudebant contententes, ut profligatis Platonis legibus Xenophōtis Rempublicam mortales amplecterentur.

Veruntamen obstabat inter alia importuno Hæresiarchæ Sacrorum Characterum firmitas, quos Sacramentalis inunctio tam in lelebiles signat in Ecclesiastica Hierarchia, ut ijs permanentibus (vtique constante *Ordine*) confusio graduum, æqualitasuè Ministrorum, ac Præsulorum independentia introduci nequaquam posse videretur: Trabales igitur istos clauos (aureos puta Templi Salomonis) rudibus alijs clavis elidere gestiens ad soluendam, diruendamque eam *Ordinatam* compagis Ecclesiasticæ contignationem magna vi arietat Spalatensis, omnem demum lapidem mouens, ut Romanam solam illam Arcem in acruum degradaret, ac ubi cæteri perduelles summa tantū hinc inde limina per partes diuexant, ipse cum Virgiliano Troiæ subuersore, aquatico

Neptuno, muros, magnosq; emota Tridenti

Fundamenta quatit, totamq; è SEDIBVS VRBEM.

Eruere funditus allaborat.

Hanc hominis immanitatem, & si non pauci, nec mediocres nostrarum partium Doctores voluminibus benè magnis, omnique refertis eruditione retulerint, vniuersam eius Cacologiam iustissimis parallelis exactè, copiosèque confutando, quia tamen penè, quos viderim omnes eò accurrerunt, quo Apostata primò, solemniq; titulo librorum suorum prouocabat Rempublicam clamans, vnicèque vrgens, ut proinde horum opera Sacra Monarchia potissimum defensa sit, reliqua verò, ac inter ea Ordinis Sacramentum minori firmatum præsidio, quod indirectè duntaxat impugnari videretur, statui hanc mihi stationem deligere, vnde in communem hostem excurrerem. Nec moror, quod inanes umbras, manesq; serus scriptor persequi videar, quando Impostor iam pridem in cineres abiit, nec videndus amplius, nec visurus, ut penè de eo dici possit, quod de Apostata Hilario spondebat Hieronymus tomo 2. Dial. contra Lucifer. *cum homine iam mortuo pariter interijisse & sectam*: quanquam enim ita sit, nec à cadauere etiam post mortem iussu S. D. N. VRBANI VIII. (quem gloriosum superi tueantur) exusto timenda sint prælia: opprimendæ tamen videntur cautius fauillæ recentissimæ, ne quid Cadmæi repullulet seminis in nouam segetem, nec abs te turbantur cineres, è quorum similibus (illis inquam Ioannis Hussi Constantiæ exusti) etiam post sæculum integrum se nasci potuisse Phœnicem gloriatur Lutherus, non ergo inuidiosum in mortuos scribere, & ut aiunt cum laruis luctari, quando in suis scriptis mortui etiam feriunt viuos. Moritur vespa mordens, sed in vulnere relinquit aculeum. Si non est, quem referiam est cui medear. Accedit, quod in hoc argumento abstrusiores aliquot, minusque controuersas ne dicam enodatas difficultates, tam pro quietiori Schola, quàm pro Controuersitarum Agonali circo latere perspexerim, ac maximè illam de Græcorum rituum in tradendis Sacris Ordinibus substantiali conformitate cum Latinis, quàm vel nulli, vel paucissimi ex professo attigerunt; alij ut ferebat occasio leuiter, perfunctorièque, cæteri minus solidè, ac probè, quare vtriusque Palæstræ exercitiora inge-

nia excitaturus didactico polemicum huic themati attemperavi stylum, sacra tamen pro meo more venerandæ antiquitatis incrustatura tessellatum, ne argenteis duntaxat lanceis (quod nonnullorum hoc tempore metaphysicorum magis, quàm Theologorum est vitium) in molliori hastiludio propugnetur Orthodoxa Sacramentorum veritas. De ipso denique Episcopali Charactere Thomisticam huic operi intextui concertationem non modicè agitari solitam, quoniã & huic insultare sarcasticè, quod magnis angustijs obnoxia sit, &c. præsumperat Aduersarius, quod quidem mihi ad stringendum calamum sufficere potuisset, nisi iam superiora mouissent. Quamquam enim norim omnium Hæreticorum procax in Thomistica Doctrina laceffenda ingenium, sciamque (quod & de Nerone primo Christianorum persecutore acute regerit Tertullianus in Apolog. c. 1.) *nos tali dedicatore damnationis nostra etiam gloriari oportere, qui enim scit illum, intelligere potest non nisi aliquid bonum grande à Nerone (M. Antonio) damnatum: Nihilominus, quia non omninò certus sum, iactos in Thomam Thomisticamquè Doctrinam cauillos etiam apud Orthodoxum aliquem non patrocinium quidem, at applausum tamen inuenturos, occurrendum duxi conuitio pleno ruris, & inficetarum, nec dissimulandum, quod lubricis incautorum linguis ni reprimeretur, fortè placuisset repetitum.*

OPERIS DIVISIO.

NVnc propiùs quò rem aggrediamur, ipsa quidem Operis anatome septem omninò definita Controuersijs.

Prima naturam, quidditatemque huius Sacramenti explorat.

Secunda, materiam, formam, institutionem cum primis Sacerdotij: in

Tertia, effectus, gratia, character inspicuntur.

Quarta, Diaconatum.

Quinta, Subdiaconatum.

Sexta, Minores Ordines discutit.

Vltima Episcopatus est vindex.

Hunc verò ordinem exegit Aduersarij in impugnando Capitulum series, nostrorum porro elenchum sequens porrigit Indiculus,



INDICVLVS

Tractatus de Sacramento Ordinis sequentes continen- tis disputationes.

Prima est de natura & quidditate huius
Sacramenti.
Secunda de materia, forma, institutione,
& præcipue Sacerdotij.
Tertia de effectibus gratia, & caractere.
Quarta de Diaconatu.
Quinta de Subdiaconatu.
Sexta de minoribus Ordinibus.
Septima de Episcopatu.

Primæ Disputationis Capita de natura, &
quidditate Sacramenti Ordinis.

Cap. 1. **D**laboli astus in Sacramento Ordinis per suos emissarios hæreticos oppugnando describitur.

C. 2. Eiusdem belli instauratio ex hæresi M. Ant. de Dominis cum veteribus Heterodoxis, & nouis Protestantibus dexteram miscentis ad Sacramentum Ordinis eliminandum.

Cap. 3. Fundamenta infirma hæreticæ doctrina Spalatensis lineantur.

C. 4. Veritas orthodoxa, quod Ordo sit Sacramentum, ex firmamentis Catholicorum ostenditur.

§. 1. Ostensio prima ex scriptura locis.

§. 2. Ostensio secunda ex traditione.

§. 3. Ostensio 3. ex concordia perpetuaq; Patrum doctrina per duodecim secula decurrentia.

§. 4. Spalatensis aduersus Patrum testimonia temeritas retunditur.

§. 5. Digressio aduersus eundem, vbi Aug. sententia de septenario numero Sacramentorum expenduntur, & vindicantur.

§. 6. Ostensio 4. ex argumenti ad hominem.

§. 7. Ostensio 5. ex argumentis ad hominem.

Disputationis Secundæ Capita.

De mandato seu institutione, materia, forma, eiusdem Sacramenti.

Cap. 1. **D**E mandato & institutione Sacramenti Ordinis.

Cap. 2. De materia eiusdem Sacramenti.

Dubitatio prima quænam sint determinati ritus à Christo Domino præscripti in eodem Sacram.

§. 1. Sententia Tapper, & Petri Soto expenditur & impugnatur.

§. 2. Alius dicendi modus refertur & cõfutatur.

§. 3. Tertia via discutitur & examinatur.

Dubitatio secunda qui sint in specie determinati actus à Christo instituti, an impositio manuum, an porrectio instrumentorum, an vtrumq;.

§. 1. Refertur sententia S. Bonauentu. & aliorum.

§. 2. S. Thomæ sententia proponitur & elucidatur.

§. 3. Sententia Scoti, Bellarmini, Vasq. & aliorum expenditur.

§. 4. Sententia aliorum in medium adducitur.

§. 5. Opinio Card. Hostii & Matthæi Calenii refertur.

§. 6. Resolutio veritatis quatuor conclusionibus comprehensa.

§. 7. Obiectionibus contrariis satisficit.

Dubitatio 3. a v eadem materia tradatur in Ecclesia Græca, & Latina, & de earundem ecclesiarum concordia.

§. 1. Primus modus concitiandi refertur ex Philadelphio.

§. 2. Secundus modus affertur ex Arcudio.

§. 3. Tertius modus expeditior & Conciliorum doctrina conformior.

Cap. vltimum de forma eiusdem Sacramenti, & quomodo dicta Ecclesia concilientur.

Disputationis tertia Capita.
De effectibus eiusdem Sacramenti.

DUBITATIO I.

DE primo effectu nempe gratia Sacramentali.

Cap. 1. Proponuntur argumenta Spalatenfis.

Cap. 2. Exponitur Catholica sententia & argutiolis Spalatenfis respondetur.

Dubitatio 2. de altero effectu Sacramentali nempe charactere.

Punctum 1. Cap. 1. Motiua Spalatenfis contra efficaciam Ordinis.

Cap. 2. Stabilitur Orthodoxa sententia de perpetuitate, & inamissibilitate characteris.

Cap. 3. Soluuntur argumenta in contrarium.

Punctum 2. De irreuerabilitate Sacramenti Ordinis.

Cap. 1. Argumenta Spalatenfis contra irreuerabilitatem eiusdem Sacramenti.

Cap. 2. Orthodoxa veritas roboratur.

Cap. 3. Argumenta Spalatenfis dissoluuntur.

Disputationis quarta Capita.

De sacro Ordine Diaconatus.

Cap. 1. **P**roponuntur argumenta M. Antonij contra Diaconatus sacramentalem Ordinem.

§. Effugiu eiusdem contra ab ipso allata testimonia pro sacro ordine Diaconatus.

Cap. 2. Diaconatus Ordo ne dum prophana, sed sacra mensa & aliis hierarchicis functionibus inseruiebat.

Cap. 3. Soluuntur argumenta Spalatenfis contra Diaconij sacras functiones.

Cap. 4. Materia, & forma Diaconatus exami-

nantur, adductis variis Scholasticorum sententiis.

Cap. 5. Vera sententia proponitur & probatur.

Disputationis quinta Capita.

De Ordine Subdiaconatus.

Cap. 1. **M** Antonij argumenta contra Ordinem Subdiaconorum.

Cap. 2. Stabilitur ex orthodoxia Subdiaconatū esse verè Sacramentum.

Cap. 3. Soluuntur argumenta Spalatenfis.

Disputationis sexta Capita.

De minoribus quatuor Ordinibus.

Cap. 1. **C**ontra minores Ordines sententia M. Anton.

§. Aliquorum orthodoxorum sententia cum suis fundamentis.

Cap. 2. Contraria sententia communiiori Scholae decreto, & doctrina Conciliorum cōformior probatur.

Cap. 3. Spalatenfis argumenta soluuntur.

§. Item alijs aliorum Catholicorum rationibus occurritur.

Disputationis Septima, & vltima Capita.

De Sanctitate Ordinis Episcopalis propriè comparata Sanctitati presbyterali.

Cap. 1. **V**bi Ordinis Sacramentum impetru Spalatenfis propositis absurdus & inextricabilibus, vt putat, paradoxis, qua sequuntur siue negetur, siue adseratur Episcopatum esse Sacramentum.

Cap. 2. Vbi recensetur opinio affirmatiua Canonistarum & multorum Theologorum.

Cap. 3. Sententia negatiua verior demonstratur.

Cap. 4. Solutiones quibus tria Spalatenfis diluuntur.

Homo, R
ligio, Sa
crificium
Sacerdot
connexa.

TRACTATVS
DE SACRAMENTO
ORDINIS,

ADM. R. P. M. F. DOMINICI GRAVINA
ORDINIS PRÆDICATORVM.

DISPVATIO PRIMA,

An Ordo sit Sacramentum nouæ legis.

*Diaboli astus in Sacramento Ordinis per suos emissarios
hæreticos oppugnando describitur.*

CAPVT I.

I.
Homo, Re-
ligio, Sa-
crificium,
Sacerdotiũ
sommexa.



DEO indissolubili nexu homo, Religio, Sacrificium, Sacerdotium, ex omnium gentium confessione, cõiuncta sunt, vt homo sine Religione, nec Religio sine Sacrificio, nec Sacrificium sine Sacerdotio vnquam deprehendi potuerint. In nullum nomen Religionis siue verum, siue falsum coadunari homines possunt, nisi signaculorum, vel Sacramentorum visibilibus aliquo consortio colligentur, August. cont. Faust. lib. 19. c. 11. adde S. Thom. 3. p. q. 61. ar. 1. Hinc Diabolus Dei æmulus (vt scripsit Tertull. lib. de præscript. cap. 40.) Ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum in idolorum mysterijs æmulatur. Tingunt & ipse quosdam vtrique credentes & fideles suos, expiationem delictorum de lauacro repromittit: vide Baptismum, signat illic in frontibus milites

suos; vide Confirmationem, celebrat & panis oblationem. vide Sacramentum Eucharistiæ: Quid? Quod & summum Pontificem in vniuersis nuptijs statuit: En summum gradum Sacramenti Ordinis, qui est Episcopatus, seu Pontificatus, cui Monogamia à Magno Apostolo annectitur. Hoc actu multiplicitatem superstitionum Sacramentorum indumento contextit, vt veræ fidei illuderet, & idololatriæ fundamenta roboraret. Sed quod tam æmulanter affectauit exprimere in negotijs idolorum, eodem ingenio gestijt penitus veræ fidei fundamenta, ipsa nimirum Sacramenta subuertere, vt Ecclesiam quoque (si fieri potuisset) prosterneret.

2. Massiliani ex Damasceno lib. 100. heresum hæret. 8. machinas primi adherentes pronunciant: Neque in baptismo Ecclesie, vel Clericorum ordinationibus sanctum Spiritum credunt omnino recipere baptizatos, nisi eorum orationibus laboriosis communicauerint;

Diabolus
res Sacra-
mentorum
nostrorum
æmulatus.

Hæretici
primo Sa-
cram. Ord.
impetentes.

& accipere vti que quandam, & sine baptis-
mate Sancti Spiritus, communicationem, si perma-
nere cum ipsis voluerint, & illorum erudiri pres-
byteri: quibusdam dicentibus ipsis, quoniam in
fide Spiritum Sanctum confitemur, non in sensu,
sensibilia ordinationis signa impetenti-
bis, eique, sicut & Baptismati, orationem
(illuminatorum hæreticorum semina ia-
ciendo) quasi Sacramentum sublimius
præferendo, vt ipsis videbatur: vt proinde
dicerent (ex Damasceno) reptomitti tuis
Ascetis, per eam, qua cum ipsis orationem tra-
dendum fore sensum spiritus, qui per sensibilia
baptisinatis, & ordinationis signa se cura-
dum ipsos, non dabo: cur.

Massilia-
nos secuti
Tandem &
Witelo-ph.

3. *Succeda Diaboli copia, è suis enim ca-*
stris fuisset Diaboli sæculis submissa mani-
pularij, vt integri defessis succederent. Tandem
sive Tanchellinus ex vita S. North-
berti c. 34. & ex Card. Baron. 1126. sacer-
dotum, & Episcoporum ministerium nihil esse
dogmatizauit. Ex Anglicano quoque tra-
ctu Witelo-phii acies instructa eadem mis-
silia, verius Massiliana tela contorsit, vide-
licet (vt habetur in tract. de Ord. Christiano
c. 3.) asserendo, quod Episcopi instituendo
presbyteros, & fingendo quod detur eis Spiritus
S. non dicunt in hoc veritatem Euangelicam, si-
ne fidem: Et iterum lib. de serm. Domini in
monte c. 2. non referre docuit, siue in sensibi-
li signo, siue inspiratione interna, Deum potesta-
tem sacerdotij militanti Ecclesia impartiri: apud
Wald. de sacr. ord. c. 124.

Præceden-
tem hære-
sim Non-
ores susci-
parunt in
primis Lu-
ther, &
Melanch.

Defatigatis verò vetustis his Erebi mi-
 litibus recentiores occurrunt, etiam si nec
 arma nostris, nec vires deessent, suumque
 periculum in Catholica viderent fortitu-
 dine consistere. Signa ergo militaria eri-
 gens Islebius Luther, & quæ à præcesso-
 ribus ab eruptione præparata erant pro-
 fetens, priores fossas explens, & bellum
 iam confectum instaurans, hæc aduersus
 Sacramentum Ordinis peditatur, videli-

cer: Sacramentum Ordinis Ecclesia Christi igne-
 rat, inuentumq; est ab Ecclesia Papa, de capt.
 Babil. cap. de Ordine. Et ad campestris
 munitiones accedens, vt suas strueret, ve-
 nustam Religionis arcem sublimitate sa-
 cerdotalis dignitatis quaterrens, sub-
 dit: Sacramentum Ordinis pulcherrima machi-
 na fuit, & est, ad stabilienda vniuersa portenta,
 que hæcenus facta sunt, & adhuc sunt in Eccle-
 sia. Fides eius Achates Melanchton in
 loc. com. impr. Argent. 1521. fol. 83. indi-
 uulso suo lateri in hærens, non dissimili vo-
 ce suorum animos confirmabat: Duo sunt
 signa à Christo instituta in Euangelio, Baptis-
 mus, & participatio cœna Domini. Quare mira-
 mur, quid in mentem veneris Sophistis inter Sa-
 cramenta referre ea, quorum ne meminit quidem
 scriptura. Nam vnde consecutus est Ordo? cum ni-
 hil aliud sit, quam deligi eos, qui doceant, qui ba-
 ptizent, qui mensa benedicant, & eleemosynas
 partiantur egenis. Episcopi, seu presbyteri voca-
 bantur, qui docebant, laudabant, & benedice-
 bant mensa. Diaconi, qui eleemosynas partiebantur
 inter inopes. Hac sic discretæ functiones erant,
 vt Diacono peculiare esset docere, baptizare, aut
 benedicere mensa. imò hæc omnia omnibus Chri-
 stianis licent, fol. 91. Eiusdem Lutheri pha-
 langas in colloquio Altrëburgensi fol. 591.
 suam in pugna operam impendebant. Or-
 dinatio ministrorum (dicebant) nusquam appel-
 latur Sacramentum, & ideo Sacramentum esse
 nequit. hæc illi.

Car-
sacr-
ordin-
or su-

Mag-
arg-
bilis-
dei C-

Caluinista
supradictis
hæretic. cõ-
cordantes.

4. Iam suos cuneos è Germania eduxe-
 rant Protstantes, vt in orthodoxiam pila
 argumentorum, & spicula sophismatum
 conijcerent, quando è Gallijs prodiens
 stigmaticus Caluinus, belli signo dato, al-
 tero cornu cum suis extructo, nostrorum
 quoque aciem premere conabatur, & ne-
 dum in eam insilirent, sed vt scuta mani-
 bus reuellerent, & desuper vulnerarent.
 Sic ille in orthodoxos insurgens, oblocu-
 tus est, 4. institut. cap. 19, §. 22, ad c. 6. Act.

Non-
dum
ordin-
peffu-
se ips-
stru-

Nempè falso Ordinis Sacramentum inter cate-
ra recenseri. quod ex se septem alia sacramenta-
lia pariat. & iterum: Manuum impositio, cum
Apostolis in vsu fuerit, ritus est, ait, Ordini &
decoro congruens: nec tamen quicquam habet per
se efficacia, sed vis, & effectus à solo Dei Spiritu
pendet. David Chitræus ad cap. 29. Exod.
Sciendum, ait, vocatos ab Ecclesia, & electos voce
Ecclesia Dei fungentes ministerio, etiam sine hoc
ritu posse docere, & Sacramenta ministrare. Non
enim imprimitur hoc ritu administrationis ma-
nuum vllus character ordinato, sed valet ad mi-
nisterium ad salutem omni credenti propter di-
uinam ordinationem.

Cur damò
sacramentū
ordinis ad-
orsus sit

Magnum
arg. credi-
bilitatis si-
dei Cath.

Caluista
pradictis
cretic. cō-
ordantes.

Novatores
dum sacr.
ordinis
pessundāt,
se ipsos de-
struunt.

5. Hinc ergo commilitonibus callidè
suum negotium demum dæmon perage-
bat, qua enim compendiosiori via in suum
finem, & scopum collimarent, nisi Ordine
de Ecclesia sublato? sublatis enim Episco-
pis, presbyteris ministris, iisdemq; in Lai-
corum numerum redactis, nihil nisi pa-
nem in cœna esse facilè euinceretur, nulla
remittendorum peccatorum facultas ag-
nosceretur, omnia Sacramenta nuda &
vacua elementa censerentur, vt præter om-
nium gentium & populorum instin-
ctum, nulla nobis, nec sacrorum, nec Sa-
cramentorum, nec sacrificiorum, aut con-
ciliandi diuini numinis cultus ratio super-
esset. Sed hoc solo argumento vera Reli-
gio Catholicorum (quando cætera dees-
sent) credibilis euidenter monstratur,
quòd vero Sacerdotio decorata, Sacra-
menta, & Sacrificia habeat, in quibus
Christianissimi substantia & decus mira-
biliter elucet; contra verò profana No-
uantium Synagoga deprehenditur, vbi (vt
scripsit Tertull. lib. de præscript. cap. 41. de
Gnosticis) ordinationes eorum temeraria, in-
constantes &c. Alius hodie Episcopus, cras
alius, hodie Diaconus, qui cras Lector, hodie
Presbyter, qui cras Laicus, nam & Laici sacer-
dotalia munera iniungunt. Ita facilius suis co-

natibus in se suamet tela contorquent, vt
magis cooperentur ad destructiones sua-
rum iacentium ruinarum, quàm ad iactu-
ram nostrorum stantium ædificiorum,
suamque sectam superstitionem esse ex
ablatione sacerdotij, & sacrificij stateri a-
pertè cogantur, cum ex horum positione,
Gentiles ipsi pro orthodoxis pronunciet.

Eiusdem belli instauratio ex heresi M. Antonij
de Dominis cum veteribus heterodoxis, & nouis
Protestantibus dexteram miscentis, ad
Sacramentum Ordinis elimi-
nandum.

CAPVT II.

1. **R**ursus nostris temporibus bellum
instauratur, quando malus ales ter-
tiam aciem, ductore M. Antonio de Do-
minis Archiapostata Spalatensi iam de-
fessis veteribus hæreticis, & nuperis Pro-
testantibus, subsidia ministravit. Triplici
ergo instructus acie, castra mouit Diabo-
lus, vt quod per primos & secundos cu-
neos obtinere non poterat, saltem defati-
gatos noui militis obsidione fatigaret. Si-
mili ergo bellandi genere, iisdem armorum
generibus, & non dissimili superbia,
& audacia, apparatus bellicum construxit.
Mentior si non iisdem argumentis, ne
dicam vocibus & syllabis suum armamē-
tarium communiuit, vel suas pharetras ijs-
dem velut sagittis impleuit.

M. Anton.
de Dominis
eandē hæ-
resim ex-
suscitat.

2. Quarto ergo c. lib. 2. de Repub (vt
fucum Lectori faciat & insidias struat) sic
exorditur; Rectores & operarios Sanctæ Christi
Ecclesia post Apostolos Episcopos facimus, & pres-
byteros, docuimusque ad presbyteratum, siue E-
piscopatum neminem euehi, nisi legitima Eccle-
siastica ordinatione promoueat; ab ijs videli-
cet, qui potestatem ad hoc à Christo traditam
Apostolis, legitima pariter ab ipsis Apostolis suc-
cessionem in Ecclesia ritè exercendā acceperunt. Or-
do ergo sacer ab Episcopis datus proculdubid facit
ministrum. Hæc ille, qui ab Augustana

Fraus hæ-
retica de-
tegitur.

confessione tam infandam hæresim hau-
 sit; vbi enim Protestantica malitia profi-
 cebatur Ecclesiam Christi Sacramentum Ordinis
 ignorare, esseque idem Sacramentum in-
 uentum hominum, postmodum vt dolum
 tegetet in art. 14. Confessionis variatæ, ne
 videretur à communi Ecclesiæ sensu dis-
 sentite, professæ est, quod nemo debeat publi-
 cè in Ecclesia docere, aut sacramenta admini-
 strare, nisi ritè vocatus, sicut & Paulus præcepit
 Tito, vt in Ciuitatibus presbyteros constituat.
 Non dissimiliter Spalatenis ad tegendum
 virus quod velut vipera de rubeta mutua-
 tus mox sparsurus erat abnegando Sacra-
 mentum Ordinis, legitimam vocationem
 iuxta Ecclesiasticam ordinationem tan-
 quam necessariò prærequisitam supponit.
 Catholicè ex parte, nam nullus hono-
 rem sibi assumere debet, nisi vocatus à
 Deo tanquam Aaron. sed non sola voca-
 tio & electio, sed & consecratio requiri-
 tur, vt vocatus & electus ex consecratione
 à plebe & Laicis seiungatur. Subdolè tam-
 en quoque eam vocationem requirunt,
 ipsi namque qui altare contra altare, ca-
 thedram aduersus cathedram erexerunt,
 eam intelligunt, cum Principes & Magi-
 stratus contra Ecclesiæ consuetudinem, ad
 prædicandum Euangelium, & ministran-
 dum Sacramenta, nulla sacra cæremonia
 diuinitus instituta, sed solo ipsorum bene-
 placito & virgulæ censoriæ autoritate
 textores, sutores, cerdones, & si superis
 placet, lenones atque carnifices euehunt;
 nos autem eos ritè vocatos dicimus, qui à
 Catholicis Episcopis assumuntur, & sacro
 signo initiati, sacro pariter ministerio
 deputantur; illi cum Ieroboam construunt
 phana in excelis, & Sacerdotes de extre-
 missis populi, vt quicumque vellet impletet ma-
 num suam & fieret Sacerdos excelsozum, vt di-
 citur 3. Reg. 12. & 13. nostri non nisi secun-
 dum ordinem Melchisedech, imò Christi

Tandem
 huius à
 conf. Aug.

Frasis M.
 Antonij
 sola voca-
 tionè ad-
 mittentis
 in Sacer-
 dotio, reij-
 sionis cõ-
 secrationè.

Vocatio &
 electio hæ-
 retica tri-
 buitur Ma-
 gistratibus
 Laicis, Ca-
 tholica vo-
 catio re-
 fertur ad
 Ecclesia-
 sticos.

Domini ordinationem & traditionem
 perpetuò in Ecclesia retentum. Velut ergo
 serpens astutus columbinam speciem
 assumit M. Antonius ex parte tradendo
 dogma Catholicorum, vt securius lateat,
 & sub silentio aculeum & morsum infi-
 gat, occultat quod potissimum sentit, &
 quod turpe primò apparet, hypocritica
 forma contegit, vt tandem inelcatis ani-
 mis, deposita larua, se palam Protestan-
 tismus ostendat. Idem seruat Spalatenis,
 mox enim ad suam præcedentem doctri-
 nam addit. Sed quomodo hoc ipse Ordo efficiat,
 quidque in ordinato operetur, restat nunc ex-
 quirendum. Audiamus nouum Cathedrati-
 cum de Gymnotophistis redeuntem, vel
 de Insula Pathmos, fingentem nouam Ap-
 ocalypsim asportasse: ait igitur.

3. Vt enim verum, & indubitatum est nemi-
 nem in Ecclesia Rectoris, seu verbi, ac Sacramen-
 torum ministri habere posse dignitatem, cum ne-
 cessaria potestate coniunctam, nisi ab habentibus
 ad hoc auctoritatem instituat; ita inquiren-
 dum, num sola efficax missio siue vocatio id ple-
 nè efficiat, an verò sit ad hoc externa etiam ordi-
 nationum, seu consecrationum cæremonia neces-
 saria, adeò vt sine tali externa cæremonia Ordo
 effectum suum non sortiatur. Et sine talis cære-
 monia ad Ordinem conferendum necessaria, ne-
 cessitate (vt loquuntur schola) medi, an tantum
 præcepti. In his ergo exactius disquirendis in hoc
 capite est nobis laborandum. Gradum ergo fi-
 gens conuersus ad supra enarratos hæreti-
 cos de Ecclesia in Academiam secedens,
 ab iisdem suis prædecessoribus, vt conte-
 crationem eliminaret impium dogma de-
 sumpsit, à Sacramentorum albo ordinem
 expungens, & hanc primam vmbra sine
 lumine pessimus pictor, suis quoque ar-
 gutiolis colorauit, sic igitur habet num. 3.
 lib. & c. eodem. Multa sanè & ea grauissima
 testimonia habemus in Ecclesia Catholica, que
 in sacris Ecclesiasticis Ordinibus veram Sacra-
 menti

Veritas
 hæretica
 sub veri-
 tate vene-
 num oc-
 culatæ.

Vt conse-
 crationem
 Sacerdota-
 lem euer-
 teret Sa-
 cramentum
 Ordinis
 abnegauit.

menti propriè dicti rationem non agnoscunt. Hęc ad Gazophylacium hæreticum augendum immis̄sa minuta, quibus implet quoque mensuram parentum suorum, quæ quanti ponderis sint expendenda, roborata prius Ecclesiæ Catholicæ robustissima & inuisibilissima fide, qua Sacramentum Ordinis cum cæteris numerari prædicat & confirmatur.

Fundamenta infirma hæretica doctrina Spalatensis delineantur.

CAPVT III.

I. **A**greditur manifestus Ecclesiæ hostis suos cuniculos aptare, quo Sacramentum Ordinis funditus subtruat, se illis adiungens hæreticis veteribus (vt & modernis) de quibus S. Bernard. serm. 66. in Cant. quod qui Ecclesiam non agnoscunt, non mirum si ordinibus Ecclesiæ detrahunt, si instituta non recipiunt, si Sacramenta contemnunt, si mandatis non obediunt. Hęc verò quæ producit, vt suam hæresim suadeat, non tam paradoxa quàm heterodoxa sunt, & litem ex lite ferit, non Penelopes telam intexes, sed vestimentam centonum scilicet diuersarum quæstionum, quas pro argumentis assumit (& sequentibus disputationibus proponitur) vt confuso rerum tractandarum ordine, & Lectorem cordarum fatiget, & incautum inuoluat.

2. Sed prius recensebimus ea, quæ sacram ordinationem esse Sacramentum confirmant, mox quæstiones quas proponit, eaque quæ ex aduerso stare videntur diluere conabimur, in sequentibus iuxta suum ordinem designatis disputationibus quas mouet aduersarius, & vt fundamenta sui erroris assumit.

Veritas orthodoxa quod, Ordo sit verè & propriè Sacramentum ex orthodoxia firmamentis ostenditur.

CAPVT IV.

1. **C**atholica verò fides Ordinem esse verum & proprium, & vnum ex septem legis nouæ Sacramentis profiteretur, ita definitum est de fide in Conc. Florent. in litt. vnionis. & in Trid. sess. 23. c. 3. & canone 1.

2. Cùm autem Ordinem Sacramentum dicimus, non intelligimus vulgare aliquod vel commune signum quancunq; rem sacram denotans, quale est aqua lustralis, labarum crucis Dominicæ, sed sensibile instrumentum à Christo Domino assumptum ad sanctificandos initiatos (non verò humanum figmentum pro Sacramentis obtrusum, vt existimant aduersarij & inflatis buccis conclamant) sequentibus ostensionibus, è scripturis, traditione, rationibus Theologicis, ad hominem ex aduersariorum dictis, breuissimo compendio demonstrabitur.

§. I.

Prima Ostensio ex Scripturis sacris.

PRIMVS LOCVS.

1. **P**rimus ergo occurrit locus in Actibus Apostolicis c. 7. vbi sensibili ritum ordinatos primos Diaconos aperte legitur. Postquam enim Diaconorum electio facta est, mox subsequuta est ordinationis, seu chirotonia. Hos (ait sacer tex.) statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. Si nihil Sacramenti continebat illa cæremonia, non opus erat munus illud Diaconis tradi, prece mystica, & solèni impositione manuum. Etiam effectus in tali promotione per orationem, & manuum impositionem causatus. nam (vt cum sensibili signo gratiam quoque annexam fuisse Sacramenti ratione intinuis penetremus) de Stephano Diacono illico subiungitur Act. 6. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, certetur.

Ordo est Sacramentum verè, & propriè.

Diaconi sensibili ritu ordinati.

Gratia in eo causatur.

Veritas hæretica sub veritate venenosa occultatur.

Spalatensis ordinibus detrahitis hæretico more.

Vt confirmationem Sacerdotalem euerteret Sacramentum Ordinis abnegauit.

si formæ verba inspiciantur, cum imponuntur Diacono manus, illum fortitudinis effectum denotant, dicitur enim illi ab Episcopo: *Accipe Spiritum S. ad robur &c.* Philippus Diaconus erat, & Samaritanos conuersos baptizauit, Eunuchum quoque Reginz Candacis sacra vnda resperfit, cum ei prius Christum prædicasset, idque præstabant Diaconi quod præstandum modò docet ritualia, nam Episcopus promouendis ad Diaconatum dicit: *Oportet Diaconum ministrare ad Altare, baptizare, & prædicare.* Quorsum tot condiciones requiruntur iuxta Apostolicam doctrinam, vt sint pudici, testimonium bonum habentes &c. qui promouendi sunt ad Diaconatum, si sacræ non essent functiones, ad quas exercendas facultas in eorum promotione dabatur? Cur ab Apostolo sublimioris gradus culmen benè ministrantibus promittitur: *Qui benè, inquit, ministrauerint gradum bonum sibi acquirunt presbyterij secundum Ambros. Episcopatus secundum Angelicum, Si Diaconatus non esset participatio inchoata Sacerdotij? ergo cum ad tot supernaturales actus exercendos Diaconi munus destineretur, supernaturalem potestatem in impositione illa manuum traditam rationabiliter conijcimus. Et vt certiora proferamus ipsa Ecclesia Catholica, quæ veram habet interpretationem scripturarum, hunc locum sic intelligit, vt iam expositus est, in ordinatione enim Diaconorum, sic dum cõsecratur Episcopus precatur: *Vt Deus velit hos gratia diaconatus insignire, vt digni existant gradu, in quo septenario numero Apostolico Stephanum cum alijs elegerunt; Planè per hæc verba proficundo septem illos Diaconos ad verum promotos fuisse Sacramentum.**

Ad multos supernaturales actus destinati Diaconi.

Id colligitur etiã ex ritu consecrationis eorundem.

Clemens, Cyprian. Chryf. Ambros. Beda idem faciunt.

lib. const. Apostol. ex Petri loquentis persona, ait: *Post assumptionem Domini, nos oblato secundum ordinationem eius sacrificio puro & incruento, cõstituumus Episcopos, Presbyteros, & Diaconos numero septem, e quorum numero vnus erat Stephanus. Cyp. ep. 9 ad Rogatian. Diaconos, post ascensum Domini in caelos apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui & Ecclesie ministros. Chryl. hom. 15 in hunc locum dicit, quod ordinati sunt prece. Hoc enim est Chirotonia, id est, ordinatio, Manus verò superponitur, totum autem Deus operatur & illius est manus, quæ eius qui ordinatur caput contingit, si quemadmodum oportet ordinetur. Quid differtius ad probandum ad sacras functiones Diaconos institutos, ob Apostolicam illam manuum impositionem? Ambros. vel quicumque sit author, Eph. 4. neque Petrus Diaconos habuit, aut diem quaesivit quando Cornelium baptizauit, ad huc enim præter septem Diaconos nullus fuerat ordinatus.*

2. Aliquot etiam Patres placet afferre, qui illam impositionem manuum Sacramentum esse significarunt. Clemens VIII.

lib. const. Apostol. ex Petri loquentis persona, ait: *Post assumptionem Domini, nos oblato secundum ordinationem eius sacrificio puro & incruento, cõstituumus Episcopos, Presbyteros, & Diaconos numero septem, e quorum numero vnus erat Stephanus. Cyp. ep. 9 ad Rogatian. Diaconos, post ascensum Domini in caelos apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui & Ecclesie ministros. Chryl. hom. 15 in hunc locum dicit, quod ordinati sunt prece. Hoc enim est Chirotonia, id est, ordinatio, Manus verò superponitur, totum autem Deus operatur & illius est manus, quæ eius qui ordinatur caput contingit, si quemadmodum oportet ordinetur. Quid differtius ad probandum ad sacras functiones Diaconos institutos, ob Apostolicam illam manuum impositionem? Ambros. vel quicumque sit author, Eph. 4. neque Petrus Diaconos habuit, aut diem quaesivit quando Cornelium baptizauit, ad huc enim præter septem Diaconos nullus fuerat ordinatus.*

Beda in cap. 6. A. & non illi, qui eos statuerunt, sed Apostoli imposuerunt eis manus, & infra, placuit eosdem ipsos Altaris quoque sacri ac Domini sanguinis, sicut & relectionis mensag, communis multitudinis credentium Ministros ordinari. Cum ergo apertissimè hi Patres tradunt per eam cæremoniam Diaconos ad sacra munia ordinatos, eamque manuum impositionem, ordinationem nuncupat, implicite Sacramentum esse docuerunt, cum nihil eorum, quæ ad rationem Sacramenti sunt necessaria, sit prætermisum.

3. At quomodo hunc locum labefactet Caluinus in Acta c. 6. audiamus: nomen Diaconatus generale est, propriè tamen pro economis pauperum accipitur, vnde apparet quàm licentiosè Deo & hominibus Papista illudant, qui suis Diaconis non alias assignant partes, nisi vt patenam & calicem tractent, & Euangelium legant, certè longa disputatio-
ne non est opus vt probetur nihil commune ipsos

Euasio hereticorum quod Diaconi fuerint olim tantum Economis pauperum.

*Spala
etia
mix
at
eodem
ficio*

*Horit
præcl*

*Estiã
vni
min
di*

Spatatensis ipsos vel consentaneum habere cum Apostolis.
etiam Calu- Spalatensis mali eorum malum ovum
niz as in suo parenti Caluino similis lib. 2. c. 4. n. 52.
eadem po- Non dubito, ait, primam Diaconorum institutio-
sitione nem fuisse ad hoc tantum, vt solas mensas cur-
 rant, & temporalium rerum gererent admi-
 nistrationem, & Chrysostomi auctoritate se-
 manit 15. in Acta, quem secuti sunt sextæ
 Synodi Patres dicentes can. 17. inuenimus
 eos esse locutos, non de viris qui ministrant mini-
 sterijs, sed de ministerio, quod in vna mensarum
 adhibebantur, secundum Chrysostomum in
 commentarijs suis.

Horitidem
procluso.

4. Sed fuerit hæc prima occasio insti-
 tuendi Diaconos primò ordinatos ad mi-
 nistrandū mensis, vt sic exponamus Chry-
 sostomum, tamen institutos quoque ad sa-
 cræ mensæ ministerium loci eiusdem pro-
 bant ponderatæ circumstantiæ, & lucu-
 lenta antiquitatis testimonia; Eliguntur e-
 nim Diaconi illi pleni Spiritu Sancto, illis
 dotibus ornati, quas in eis cupiebat Apo-
 stolus, & quis credat ad solam œcono-
 miam, & ministerium mensarum exercen-
 dam fuisse requisiti? Nō solis mensis, sed
 altari quoque ministrabant, vnus sit Ignatius
 luculentissimus testis epistola ad He-
 ronem; Nihil sine Episcopo facito: Sacerdotes o-
 nim sunt, tu verò Sacerdotum minister: bap-
 tizant, sacrificant, eligunt, manus imponunt; tu
 verò illis ministras, vti S. Stephanus Iacobo, &
 presbyteris qui erant Hierosolymis. Accedit,
 quod tunc fidelium mensæ, sacræ mensæ,
 & altari ordinariè cōiunctæ erant 1. Co. 11.
 & sic nihil vetuit vtiq; mensis primos
 illos Diaconos ministrasse. Sic eliditur
 inanitas hæreticorum cauillatio, sed de hac
 materia inferius tractabitur diffusius, vbi
 illa auctoritas non sexræ Synodi, sed Trul-
 lanorum Patrum perperam Chrysostomi
 se auctoritate munientium, examinabi-
 tur, & tanquam spuria refuta-
 bitur.

Etiam insti-
tuti ad
ministra-
dū altarib.

Enafo ha-
reticorum
quod Dia-
coni fue-
rint elim-
antū Oe-
onomi
superum.

SECUNDVS LOCVS.

1. Secundus locus habetur Act. 13. vbi
 Sic dicitur: Ministrantibus illis Domino
 dixit Spiritus S. segregate mihi Paulum & Bar-
 nabam ad opus, ad quod assumpsi eos, tunc ieiun-
 antes & orantes, imponentesque eis manus di-
 miserunt eos; vbi tria exprimuntur no-
 tatu digna, quod in ista extraordinaria
 vocatione Pauli & Barnabæ per expref-
 sam diuini spiritus reuelationem, tria
 etiam ex parte Ecclesiæ interuenerunt:
 legitima segregatio, manuum impositio,
 ad opus missio, quod nec Calvinus nega-
 uit in hunc locum, licet mutilè, iubet Deus
 Ecclesiæ suffragijs emitti Paulum & Barnabam
 quo ipse destinauit, vnde colligimus nullam esse
 legitimam Pastorum electionem, nisi in qua pri-
 mas partes tenet Spiritus Sanctus, nam quod
 iussit ab Ecclesiā eligi Pastores & Episcopos, non
 ideo tantum licentia permisit hominibus, quin
 ipse tanquam summus moderator presideat. &
 certè primas partes in ordinatione tenet
 Christus, ipse enim principalis auctor Sa-
 cramentorum, ipse est qui baptizat &c.
 Sed Ecclesiā (quod Calvinus retieuit) se-
 cundas tenet partes, quatenus mittendi
 potestatem accepit nedum suffragijs (vt
 restrictè loquitur Calvinus ad solam ele-
 ctionem vel postulationem respiciens)
 sed etiam ordinatione, visibili signo diu-
 nitus instituta mittendis imposito. Vnde
 & si præsideat Deus ex sua potestate, &
 auctoritate, electio penes Ecclesiam est,
 & initiatio per Ecclesiam administratur.
 Differentiam etiam idem cognouit inter
 Pauli & Barnabæ missionem, quæ ad
 propositū explicandū conducit, dicēs. Dif-
 fert quidē ab hac Pauli & Barnabæ designatione
 ordinaria Pastorum electio, quia futuros gentiū
 Apostolos caelesti oraculo constituit oportuit, quod
 quotidie in ordinarijs Pastoribus fieri non est ne-
 cesse, & vetū hoc est testimonium, Vnde &
 hæc

Fraudulē-
ta expositio
Caluini.

Expositio-
nis prædi-
cta refuta-
tio.

hæc Pauli & Barnabæ (quoad oraculum & reuelationem) extraordinaria missio fuit, at quoad impositionem manuum, ordinaria fuit. Habemus ergo Pastores & Episcopos ab Ecclesia eligi & initiari visibiliter & sensibilibus signis ex hoc loco Apostolico non diffidente impijssimo Dei hoste Caluino.

*Fatetur
zandè Cal-
uinus sen-
sibilis signo
ministros
initiandos.*

2. Quid verò hic denotent segregatio, manuum impositio, missio, explicandum est: Segregatio, ex S. Thom. in epistola ad Romanos cap. 1. lect. 1. Electionem importat, vnde explicans illum locum, segregatus in Euangelium Dei, ait, segregatus inquam, vel per conuersionem ab infidelibus secundum illud Gal. 1. Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ scilicet. Synagoga; vel segregatus per electionem ab alijs discipulis, secundum illud Act. 13. Segregate mihi Paulum & Barnabam, hæc autem electio ministerio horum facta necessariò sensibilis est, adeoque necessaria vt sine illa, si quis sedem occupet Episcopalem sine Ecclesiæ electione, intrusus habeatur (vt dicit Cypr in lib. de vnit. Eccles.) ex diuina siquidem auctoritate descendit, ait Cypr. in epist. 3. vt Sacerdos sub omnium oculis deligatur. Vnde Christus Dominus Luc. 6. vocauit Discipulos suos & elegit duodecim ex ipsis: sed quia non sufficit electio sine consecratione (docente Leone epist. 15. & habetur in dec. d. 61. c. 1.) Nulla ratio finit vt Episcopi habeantur, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus petiti, id est, postulati, nec à Prouincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio consecrati, ideo manuum impositio & forma ordinationis, in Pauli & Barnabæ consecratione interuenit. Vnde dicitur. quod orantes imponentesque eis manus, dimiserunt eos, Græcè προσευχάμενοι καὶ ἐπιθεύσαντες hoc autem spectare ad sacramentalem ordinationem, euincitur ex Patribus sequentibus.

*Quid sit
segregatio,
quid ma-
nuum im-
positio,
quid mis-
sio.*

3. S. Chrysoftomus sic dicit hom. 27. in Acta de Paulo: In Antiochia ordinatur, ibi predicat. Et iterum superius: Quid est segregate mihi &c. in opus in Apostolatam. Et mox: Vide iterum à quibus ordinatur, à Lucio Cyrenæo & Manæ. Et mox, ordinatur iam in Apostolatam vt iam cū potestate predicet. Et hom. 28. simul abierunt ordinati, & in Cyprum nauigarunt. Et infra: Nomen illius mutatur cum ordinatur, quod & Petro accidit.

*Chryost.
expositio.*

Respondet Spalat. lib. 2. de Republ. c. 2. Chrysoftomum ijs verbis segregate &c. & in ea quæ secuta est manuum impositione, aliquam ordinationem agnoscere, non veram & propriam, nam inquit, verba Chrysoftomi sunt: Saulus qui & Paulus. Nec nomen illius mutatur cum ordinatione, id quod & Petro accidit. Atqui subdit Spalatensis: Petrus non est ordinatus tunc quando ex Simone dictus est Petrus, sed potius designatus: igitur nec Saulus Act. 13. Sed hoc est mentem Chrysoftomi deprauare, perpetuò enim in tot locutionibus impositionem hanc, ordinationem vocat ἐν Ἀντιόχεια καὶ προσευχάμενοι καὶ ἐπιθεύσαντες, & de quacunque ordinatione loqui videtur, & consultò obseruat præcessisse ieiunium, Quando ordinatione erat tunc ieiunant, ὄντες καὶ προσευχόμενοι καὶ ἐπιθεύσαντες. Etiam hæc enim loquendi formulæ non ordinationis aliquam imaginem, sed proprii nominis ordinationem demonstrant.

*Excorques
illius Spalat.*

4. Hieronymus fauet proposito, nam lib. de script. Ecclesiast. in Barnaba dicit: Barnabas Cyprius qui & Ioseph Leuites cū Paulo Gentium Apostolus ordinatur, & in margine notatur 13. cap. Actor. vnde & si Spalat. hunc locum sinistrè interpreteretur, nec clarè ex verbis Hieronymi probetur Paulum tunc fuisse renunciatum Episcopum, nihilominus (sicut etiam locutus est Chrysoftomus dicens, ad Apostolatam ordinatū esse.) pro vno & eodem vsurpauit Hieronymus hoc

*Expositio
Hieronymi
fauet ordi-
nationi
vera &
propria
Sauli &
Barnaba.*

*Apostolus
quæ
doque
cipitur
Episco-
& d. c.*

*Paulus
Barna-
non A-
stolis se-
pisc. er-
sunt in
ordina-
re.*

hoc loco Episcopatum & Apostolatam, interdum enim Episcopatus cum Apostolatu confunditur in scripturis; dicitur enim *pl. 108. Et Episcopatum eius accipiet alter*, id est, Apostolatam Iudæ cui Matthias susceptus est: & Apostolatus cum Episcopatu Eph. *4. Posuit quosdam quidem Apostolos*, id est, Episcopos ex commentarijs Ambr. attributis, partes enim Episcopi præcipuæ sunt prædicare &c. nõ secus ac Apostoli, nisi quod Episcopi in limitatis locis, Apostoli per totum orbem Apostolicas & Episcopales functiones exequi poterant. In rigore verò intelligi non potest Paulum & Barnabam in Apostolatam consecratos (& si id multis arriserit, Lyrano &c.) quia Apostolatus Ordo non est: non ergo data est Chirotonia ad suscipiendū Apostolatam, & Matthias Apostolus electus est, nec illi manus impositæ, sicut nec Apostolis cum primū electi sunt Luc. 6. quid, quod & Paulus Galat. 1. gloriatur neq; ab homine, neque per hominem nullo homine scilicet interueniente, sed immediatè à Christo procreatum esse Apostolum. Porro ante hanc ordinationem, iam prædicauerant Paulus & Barnabas, & alia munia Apostolica obierant. Sed quomodo Paulo & Barnabæ potuerunt dignitatē Apostolatus per manus impositionem cõferre, qui in Apostolatus culmine nõ erant constituti, sed simplices Episc. ac subinde Apostolici, nõ Apostoli? ergo cum interueniente Chirotonia (quæ promotionem ad aliquem ordinem sacrū significat. i. *Tirn. 6. manus cito nemini imposueris*) Barnabas & Saulus ordinati sunt (vt dicunt Patres) ad Apostolatam, Apostolatū pro Episcopatu vsurpasse dicendū est. Sed accipiat Apostolatus in rigore, vt nõ est inconueniens, Paulum esse Apostolū, non ab hominibus, neque per hominē, & tamen cõstat fuisse baptizatum & confirmatum per hominem, sic non repugnat vt

Paulus ad Apostolatam sit segregatus & à Deo vocatus, in eo verò quod Apostolatam conducebat, ab hominibus per sacros Ordines fuerit consecratus, vt Episcopos scilicet sacraret &c. vt dicitur inferius. Et dū dicunt aliqui Patres ad Apostolatam Paulū ordinatum (vt loquuntur Chrysostr. & Oecumen. cap. 3.) dum distinguunt, & testantur ijdem Patres Paulum per hominem fuisse initiatum, à Spiritu verò Sãcto vocatum ad Apostolatam, & ad prædicandum missum apertè docent, quod consecratores eum non Apostolum creauerunt, benè tamen alium gradum illi contulerunt, qui non nisi Episcopatus esse potuit. Quæ distinctio vt non videatur à nobis fingi, audiatur Chrysostr. hom. 27. vbi cum dixisset vt supra. *Paulū ordinatum iam in Apostolum, vt iam cum potestate predicet, obijcit, quomodo igitur ille dicit: Non ab hominibus, neque per hominem.* Respondet, *Dicit non ab hominibus, vt manifestet, quod non homo illum vocauit, neque adduxit; Dicit nec per hominem, quod non ab aliquo missus est, sed à Spiritu, idcirco & subdit: igitur illi quidem missi à Spiritu descenderunt in Seleuciam; missio ergo per collationem Apostolatus habita est nõ ab hominibus, impositio verò manus per homines facta est, quæ pro termino Episcopatum habuit, qui Apostolatam ad quē Deus eos eligebat, annectebatur, & sic omnia consonant. Exemplum esse potest de Pontifice, qui quantum ad Papalem potestatem, non ab hominibus illam accipit, sed à Christo immediatè, sacratur tamen per manus impositionem si nõ sit Sacerdos nec Episcopus, vt Sacerdotalem & Episcopalem per hominis ministerium accipiat, quæ pontificatui annectitur, qui à Deo, & non ab homine est.*

Exponitur Patres aliter loquentes.

Chrysostr. mi expositio fauens proposita.

Missio Pauli à Christo, impositio manuum per homines facta est.

Optimum simile pro eadem doctrina.

5. Sanctus Leo eundem locum ad nostrum propositum interpretatur: sic ergo dicit epist. 81. alias 97. *Præter auctoritatem,*

b inquit,

Apostolatus quantum doque accipitur pro Episcopatu & cõtra.

Paulus & Barnabas non Apostoli sed Episc. creati sunt in ista ordinatione.

Missio anonymi ordinis & cõtra Barnabam.

inquit, consuetudinis, quam ex Apostolica venire doctrina etiam Sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam, ex precepto Spiritus sancti ad Euangelium Gentibus mitterent predicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus, ut intelligamus quantum & dantium, & accipientium deuotione curandum sit, ne tanta benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum.

Ex antiqua traditione fit oratio cum ieiunijs pro ordinandis.

Euaasio Spalat. ab authoritate Leonis preffi. Eiusdem Spalat. praclusio.

Respondet Spalatenfis, Sanctum Leonem propter aliquam similitudinem inter segregationem illam, & sacras Ordinationes, hoc exemplum adduxisse.

Sed non subsistit hæc fuga, nam illam segregationem expressè quoque Sanctus Leo ornauit nomine Sacramenti, siquidem ieiunium, & impositionem manuum in horum Apostolorum initiatione vrget, ut quanta deuotione Ordines suscipiendi essent, edoceremur, nam subdit, *Ut intelligamus quanta & dantium & accipientium deuotione curandum sit, ne tanta benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum*, fuerunt ergo illi Chirotonia, tanquam vero Sacramento promoti ad Euangelium Gentibus predicandum, hoc est, ad Episcopatum non quidem limitatum, sicut ceteri Episcopi habent, sed communem Orbis terrarum ut cæt. Apostoli, qui primo ad vniuersam Ecclesiam propagandam atque regendam destinati, cum subiectione tamen ad Petrum susceperant facultatem; Episcopatum quoque habebant nullis primo limitibus circumscriptum, & si postea, tanquam Episcopi particularium Ecclesiarum, peculiare Ecclesias sibi gubernandas elegerint.

Magna deuotione ad ordines accedendū.

S. Ambr. eundem loci Act. 13. pro Catholicis interpretatur.

6. Sanctus Ambrosius lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 12. *Sicut misit sapientia Apostolos dicens, te in vniuersum Orbem, & predicare Euangelium, sic Spiritus Sanctus dicit, Separare mihi Paulum & Barnabam in opus, ad præstatur. quod vocaui eos, Et infra: Paruerunt ergo Pau-*

lus & Barnabas Sancto Spiritui imperanti, paruerunt & omnes Apostoli, statimque eos, quos separari iusserat Spiritus, ordinauerunt; separate mihi, inquit, Paulum & Barnabam.

7. Respondet Spalatenfis, S. Ambrosium quoque ordinationis nomine abufum, ac ordinationem vocasse, quæ non esset propriè ordinatio, perperamque ab Apostolis factam hanc ordinationem docuisse, cum à Prophetis tantum, & Pastoribus Ecclesiæ Antiochiæ facta sit.

Alia fuga Spalatenfis ab Ambr.

8. Sed ordinationem in rigore intellexisse Ambrosium, patet ex argumento quod ibidem tractat, nimirum, Spiritum sanctum eiusdem esse naturæ cum Patre & Filio, idemque velle, habere & posse non affectione voluntatis, sed in substantia Trinitatis, propter quod docet, omnes Apostolos, non solum Christi fuisse discipulos, sed etiam Patris & Filij, & Spiritus sancti ministros, vnde Paulus, quosdam quidem Deus posuit in Ecclesia, Hos quoque Deus posuit in Ecclesia, Christus elegit, & mox, Apostolos ordinauit, & in orbem direxit.

Confutatio euaasio nis.

Ita similiter Spiritus sanctus in electione Pauli & Barnabæ, vnde Spiritui sancto iubenti, segregate mihi &c. Paruerunt ergo Spiritui sancto imperanti. Verum cum ibidem distinguat Ambrosius diuinam operationem, ab hominum ministerio, dicens; operatio diuina habet imperium, non habet ministerium, innuitur, quod principale & principium tribui diuinæ potestati, quod verò ministerij fuit ab hominibus sensibili signo præstitum esse. Licet autem dicat ab Apostolis ordinatos, quamuis fuerit multorum illa sententia, ut diceretur, dicendum est, fortè per Apostolos extenso vocabulo Apostolicos viros, qui Episcopi sunt, eos ordinasse. Missio etiam ad hoc opus, quæ tertio loco ponderabatur, ita imperantis Deifuit opus, ut nec hominum ministerium sit exclusum. Propter quod Enthusiastica & arcana missio Caluinistica

Quod fuit imperij in illa ordinatione, Spiritui, quod ministerij hominibus tribuitur.

Nomen Apostoli interduum extensum ad Apostolicos viros.

pro-

Primum argumentum Spalat. condictam scrip ex ratione

Confirmatio prima

Galat. 1

Confirmatio secunda

prophana, laicalis, & inuisibilis, erroris plena deprehenditur.

Oppositiones Spalatensis contra supradicti loci explanationem.

1. Sed contra eundem secundum locum instat Spalatensis lib. 2. c. 2. nu. 10. 11. 12.

Primum argumentum Spalat. contra dictam scrip. explanationem.
 Primò, Multorum, ait, est sententia etiam antiquorum Patrum, Paulum ad Apostolatam fuisse quidem immediatè à Christo iam in caelis glorioso vocatum, sed in Ecclesia baptizatum & ordinatum Episcopum per manus ministrorum Ecclesiae. Errare ergo profecto toto caelo conuincuntur, quicumque Paulum & Barnabam verè & proprie ordinatos etiam in Episcopos tunc putant, quando dixit Spiritus sanctus, segregate mihi Paulum & Barnabam, & per impositionem manuum sunt dimissi. Antecedens probare nititur ex Hieron. lib. de Script. Eccl. in Paulo, Chrysof. hom. 28. in Acta. Leone ep. 7. Ambros. lib. 2. de Spiritu sancto c. 12. qui supra recensiti sunt.

Confirmatio prima.
 2. Confirmatur primo ex script. De Paulo seorsum sanè habemus illud: Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per homines: sed per Iesum Christum & Deum Patrem. Quid verò facit Episcopum magis quam missio? sicut misit me Pater & ego mitto vos, dixit ceteris Christus, adhuc in terris agens. Et euntes docete omnes gentes. Quicquid ergo potestatis habuerunt reliqui Apostoli, quando sunt missi à Christo in vniuersum mundum cum pleno & perfecto Apostolatu, id totum habuisse Paulum etiam ab eodem Christo dicere necesse est, dum dicit se esse Apostolum per Iesum Christum & non per hominem. Hac de Paulo seorsim.

Confirmatio secunda.
 3. Confirmatur secundo. Iam verò de Paulo & Barnaba simul ostendo, ait, virum. que fuisse plenè Episcopum ante hanc segregationem. Paulus quidem toto integro triennio post ipsius conuersionem exercuit plenè suum Apostolatam Act. 9. & post tres annos venit Hieroso-

lymam Gal. 2. Barnabas autem tunc apprehensus illum duxit ad Apostolos, & erat cum illis intrans & exiens in Hierusalem, fiducialiter agens in nomine Domini, Act. 9. hæc ille.

4. Responderetur argumentum procedere ex ignorantia distinctionis inter Apostolatam & Episcopatum officia, existimatum enim vnum idemque munus esse Apostolatam cum Episcopatu, cum sint res longè diuersæ. Duodecim sibi elegit Dominus ex Discipulis quos & Apostolos nominauit. Qui tamen Episcopi nondum erant,

& postea illis demandata est iurisdictionis potestas vt idem cum communi DD. sententia fateatur Spalatens. Et quidem officium Apostolatam in missione consistit ad prædicandum Euangelium, Ecclesiasque fundandi. Fecit dicitur Marc. 3. duodecim vt essent cum illo, vt mitteret eos prædicare. & eijciendæ demonia. Episcopatus munus in ordine & in iurisdictione expressum est. Nam in cæna Sacerdotes simplices effecti, post resurrectionem clauium potestatem acceperunt, non tantum Sacerdotibus communem sed peculiarem iurisdictionis, gratiosè præuenti non illam à Petro accipiendo, quæ ad illos tamen communi iure deriuanda erat, & ante Ascensionem plenissimè Episcopi initiati, vel per impositionem manuum, vel alia ceremonia, vel sine illa vel ista, ex potestate excellentiæ dispensando Distinctio quoque plenissimè apparet, nã Episcopi dicuntur successores Apostolorum, ad quos certum est Apostolos Episcopatum solum transfudisse, quos ad Apostolatam minimè euexerunt. Qua distinctione posita conceditur antecedens Paulum ad Apostolatam vocatum à Christo, & negatur consequentia. Ad probationem frustra in suam nassam eos PP. trahere nititur, nam Patres de Apostolatu, nō de Episcopatu loquuntur. Et pro

Ad argumentum 1. resp.

Non est idè officium Apostolatam & Episcopatus.

Apostoli in cæna Sacerdotes creati.

Episcopi iudom fiunt post resurrectionem ante Ascensionem.

R. ad probationem antecedentis primè argum.

sententia nostra magis stant vt supra expendimus.

Ad primam confirmat. In ep. ad Galat. lect.

5. Ad primam confirmationem S. Paulus nihil de Episcopatu loquitur in adducta autoritate, sed de Apostolatu. Adeo enim ait S. Thom. Galatæ seducti erant à Pseudo-Apostolis, quod crederent Paulū non esse eiusdem autoritatis, quia non fuit edoctus à Christo, vel cum eo conuersatus, sed esset missus ab eis velut minister eorum, ad quam opinionem remouendam dixit, quod non ab hominibus, id est. à toto Collegio Apostolorum, neque videlicet per hominem per aliquem Apostolorum, sed per Iesum Christū missus sit, vel per hominem, scilicet Christum in mortali carne viuentem, vt c. Apostoli, sed per Christum iā suscitatum & glorificatū. Propter quod notat S. Thomas, quia Petrus vocatus fuit à Christo in carne mortali, ponitur in bulla Papa in sinistra parte, qua deuotat vitam temporalem. Paulus verò, qui vocatus fuit à Christo iā glorificato, ponitur in dextera parte, qua cœlestis vita significatur. Apostolatus autē Episcopatum non includit, quem ab Apostolis, vel Apostolicis accipere potuit, qui quantum attinet ad Apostolatum nihil ei contulerunt, vt ipsemet Apostolus loquitur.

Cur 3. Paulus in dip. omatibus à dextera, S. Petrus ad sinistram locatur.

Ad secundam confirmat.

6. Ad secundam confirmationem, velut Sisiphus idem reuoluit saxum Spalatensis. Conceditur enim vtrumque, Barnabā scilicet & Saulū Apostolicas functiones exercuisse. Euangelium prædicādo, Ecclesias fundando, Iudæos atq; Gentes ad Christū adducendo. Et hoc Apostolico munere secundum ab Episcopatu tribuēdum. Nam & Apostoli quoq; ante Episcopale initiationē, munera Apostolica exercuisse certū est, & septuaginta duo Discipuli ad prædicandum, & Euangelium promulgandū missi, qui tamen Episcopi renunciati non sunt; cur non potuerunt iuxta hoc exēplar Paulus & Barnabas Euāgelium prædicare, populos pietate Christiana imbueret, & Ec-

Apostoli antequam sacrarentur Episcopi, Apostolica munera exercuerunt.

clesiæ aggregare, etiam si non essent in Episcoporum ordine recensiti? Et si temporum supputationem attēdamus, diuersum est tempus quo ad Apostolatum assumpti, ab eo quo initiati Episcopi. Damasci enim prostratus est Paulus à Christo ad Apostolatum vocatus anno Domini 36. Damasco in Arabiam proficiscitur anno 37. inde nō multo post eodē redijt: appetitus Iudæorū in Iudijs Hierosolymā venit videre Petrū post tres annos à cōuersione. Anno 39. ductus est in Cæsareā, inde Tharsum profectus, inde per ductus Antiochiam vt Gētes Christianismi desiderio flagrantēs syncretioris pietatis præceptis imbueret & informaret. Rursus cū Barnaba legatus destinatur Hierosolymam pro collectis, hoc est, eleēmosynis in vsus pauperum distribuendis. Hac legatione perfuncti, Antiochiam reuertuntur, vbi à ministrantibus Domino Ecclesiæ illius proceribus, ac iunantibus, dicente Spiritu Sancto, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos, sunt impositæ illis manus ac dimissi. Ex qua supputatione apparet primū in Apostolatum à Deo fuisse assumptos, & in Euangelij præcones, deinde cum reuersi sunt Antiochiā præuio oraculo diuino, in Episcopos consecratos, quos mox ab hac initiatione, per singulas Ecclesias Presbyteros constituisse, scribit Oecumenius ad ca. 14. A. G. quod ad Episcoporum munus pertinere nullus orthodoxus inficiatur.

7. Secundò arguit, Paulus & Barnabas antequam ex Spiritus Sancti oraculo segregarentur, Apostolico munere functi sunt, quo tempore plurimas Ecclesias fundarunt, que sine functionibus Episcopalibus fieri non poterant, nam Sacerdotes initiandi erant, fidelibus quoque administrandum erat confirmationis Sacramentū, quæ duo Sacramenta non nisi ab Episcopi ministrari possūt. Imperfectus quoq; & mutilus fuisse eorūdem Apostolatus Episcopali dignitate denudatus.

Quando S. Paulus à Christo vocatus.

Quando cum Barnaba initiatus.

Secundum arg. Spalatensis.

Respon-

Responsum ad 2. arg.

Quo tempore secutus autem ueni supputatione Paulus Apostolus & Barnabas Apostolice munera exercuerunt.

Et secundum Apostolus extra ordinatus. Cur Paulus se cat abornum.

Qui ab iui ex Suetoni

Apostolus Regati latere Christi Dominici su

Respondetur supputationem illā Spalatenſis nimis prolongatam & extenſam, inter initia enim cōuerſionis Eccleſiæ Antiochiæ accidit illa functio. Ex Apoſtolica autem autoritate Eccleſias fundabant, Euangelium prædicabant & ad Episcopos vicinioreſ, vel quos ibidem ab alijs Apoſtolis ordinatos reperiebant initiandos vel confirmandos deſtinabant. Vnde in Hieruſalem erat Iacobus Hieroſolymorum Episcopus. In Antiochia iam ſuam ſedem fixerat S. Petrus (vbi ſeptem annos ſedit, non quidem continuos ſed interpolatos, Eccleſias quoque alias viſitans) ibidemque fortè Episcopi multi erant à Petro cōſecrati, quos ad orbis Prouincias tranſmittebat, vel ſaltem vnus erat Episcopus ſuperintendens cum Petrus Eccleſias peragrabat, qui munera Episcopalia ſui loco exercebat. Nec vllum inconueniens erat Apoſtolarum Pauli & Barnabæ ab Episcopalibus muneribus, eo intermedio tēpore ſeiuſum, nam Apoſtolarum eorundem non fuit ordinarij, ſed extraordinarij & ex priuilegio, vnde propterea Paulus abortiuum ſe nominat, id eſt, aggregatum & extraordinarium Apoſtolum. Quā abortiuū phraſim Gentilitas quoque retinebat, nam ex Suetonio in Octauio ca. 35. Senatores qui erant extra numerum, & beneficio & priuilegio Principis Senatui aggregabantur abortiuū quoque vocabantur. Vnde non erat neceſſe vt extraordinarij hi Apoſtoli vniuocarentur cum cæteris, vt cum Apoſtolatu eſſet Episcopatus coniunctus. Multa enim ſunt priuilegia Legatorum à latere, quæ non conueniunt ſimplicibus Legatis. Apoſtoli duodecim à Chriſto Domino aſſumpti è Diſcipulis, Legati à latere nuncupantur à Tertull. lib. de præſcript. c. 20. Ex quibus duodecim præcipuos lateri ſuo adlegerat deſtinatos. Et in Apoſtolog. cap. 47. Comites ipſius vocantur, Cum

que hæc ſit extraordinaria Apoſtolatus inſtitutio Pauli & Barnabæ, quid vetuit, vt hoc quoque extraordinarium eſſet, vt in ijs Apoſtolatus ab Episcopali munere ſeiuingeretur? Fortè, antequam initiationis Episcopalis diſpenſatio & aſſumptio fieret, per oraculum Spiritus Sancti, ſole Apoſtolatus munere eos fungi voluit, vt ſucceſſio Episcopalis per viſibiles certaque perſonas Apoſtolicas, certoque ritu fieri monſtraretur: dignitas enim Episcopalis in ſucceſſores Apoſtolorum tranſfundenda erat, Apoſtolatus non erat tranſfundendus, & ided ſatis fuit vnus Dei nutu Apoſtolos renunciatos abſque hominum adminiculo, vt ad tam ſublime faſtigium euectos, eoſque per dexteram ſocietatis, abſque dextera impoſitione ab Apoſtolis Petro, Ioanne, Iacobo ritè vocatos agnoſceremus ad Apoſtolatus officiū. Propterea ordinationem & Chirotoniam eorundem, vt ſucceſſio eſſet viſibilis Eccleſiæ nota, iſſdem ſignis quibus cæteri Episcopi ſacrabantur, perfici voluit, & Apoſtolarum immediatè iſſdem conferre voluit, Episcopatum verò ſimul conferre, poteſtate excellentiæ vtendo, noluit, vt ſi hinc miſſio eſſet extraordinaria, conſecratio ordinario conferretur modo. Vtrotumque etiam Apoſtolorum ex hoc quoque commendatur humilitas, nam & Barnabas vſque ad hanc ordinationem, Leuitarum numero contentus videtur, vnde A. &. 4. Barnabas Leuitæ nominatur, & Paulus qui minimum ſe vocabat Apoſtolorum, quoniam dicebat, perſecutus ſum Eccleſiam Dei, quid obſtat ex eadem humilitate à ſacris Ordinibus tantisper abſtinere voluiſſe, & ab inſeruenti ſacrificij offerendi poteſtate obtinenda, qui manus ſuas (vt ipſe fatetur) Stephani Dei teſtis ſanguine cruentarat & diuinam illam iuſſionem: *ſegregate mihi Paulum &c.* expectaret, vt ſacerdotio fungeretur.

Reſponſio
ad 2. arg.

Quo tempore ſecundū veram ſupputationem Paulus Apoſtolus & Barnabas Apoſtolicam munera exercebant.

Errundem Apoſtolarum extraordinarij.

Cum Paulus ſe vocat abortiuum.

Qui abortiuū ex Suetonio.

Apoſtoli Legati à latere Chriſti Domini dicti ſunt.

Apoſtolarum munus in Paulo & Barnaba ab Episcopali diſtinctum aſſertur.

Ad Episcopatum non Apoſtolicam dignitatem, ſed Episcopalem tranſuſu eſt.

Miſſio ab eorundem Apoſtolorum extraordinaria, conſecratio ordinaria.

Pia conſideratio cum illico Barnabas & Paulus non ſe ordinari Episcopos paſſi ſint.

Quando S. Paulus à Chriſto vocatus.

Quando cum Barnaba initiatus.

Secundum arg. Spalatenſis.

geretur. Vel randem si quietatium reperire huius rei non possumus, id secreto Spiritus S. instinctui tribuendam, nam vt perbellè dicit Angelicus Doctor ad Gal. cap. 2. Omnes actus Apostolorum, & motus fuerunt secundum instinctum Spiritus S.

Tertium arg. Spala. à quo sint Paulus & Barnabas ordinati.

8. Tertio arguit Spalatenfis nu. 3. A quo nam obsecro, si non à Christo Paulus & Barnabas Episcopi consecrati? num ab Apostolis? certè ab alio, quam ab Apostolis. Apostoli & Episcopi vniuersales, non alicuius certa Ciuitatis, sed totius vniuersitatis Gentilium non poterant ordinari. Et tamen non Apostoli, sed Propheta & Doctores Ecclesie illos ordinauerunt. Siccine? Illi non modo non erant Apostoli, sed neque Episcopi, quomodo ergo non Episcopi Episcopos ordinabant? & sanè Episcopos amplissimos & vniuersales? Nisi dicamus in Clero particulari vnius Ciuitatis dedisse potestatem ordinandi Episcopos non vnius Ciuitatis, sed penè totius Mundi. Nec vilo modo conueniens vt maior à minori benedicatur. Apostoli autem maiores sunt Episcopis, ergo & c. hæc ille.

Resp. quorundam quod sint ordinati à S. Petro.

9. Respondent quidam Saulum & Barnabam Antiochiæ à Sancto Petro ordinatos. Ita Arator in 2. lib. sui poematis.

*Spiritus accensam verbo radiante lucernam,
Sub modio lucere vetans:
Secernite Saulum
Dixit in oris opus, quem mox sacrauit eunt.
Imposita Petrus ille manu, cui sermo Magistri
Omnia posse dedit, & c.*

Sed hæc assertio probabilitatem haberet, si post euasione[m] Petri de manu Herodis Antiochiam venisset. Gloss. exponens C. quis nesciat vbi dicitur ab Innoc. nullum instituisse Ecclesias, nisi quos venerabilis Petrus siue eius successores instituerunt Sacerdotes; Ait, quod Petrus dedit licentiam predicandi auctoritate Domini, iuxta illud, segregate mibi Paulum, & Barnabam. Sed pudenda Glossa à Spalatenfi vocatur, qua, ait, dictum Innocentij inquinari: quæ reprehensio non improbat, in hoc enim lapsus est Glossator, &

Impugnatur dicta resp.

ipse peius labitur, dum glossa audacia, inquit, à Pontificibus probata est, quæ est calumnia manifesta.

Alij dicunt fortè Antiochiæ aliquè Apostolorum remansisse, eamq; ordinatione[m] perfecisse, & si id à Luca non recenseatur.

Aliorum resp.

Alij dicunt, finito ieiunio Saulum, & Barnabam Hierusalè remissos ad Apostolos, vbi erant Petrus, Iacobus, & Ioannes, qui ministrantes, & ieiunantes Barnabæ, & Saulo manus imposuerunt vt initiarentur.

11. Sed hæc assertio ex sacro textu refutatur. Nam in eodem cap. 13. præmittitur [erant autem in Ecclesia que erat Antiochia, Propheta & Doctores, in quibus Barnabas & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus dixit illis Spiritus sanctus: segregate mibi Saulum & Barnabam ad opus ad quod assumpsit eos: tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus dimiserunt eos] vbi iidem, qui erant

Confutatio di. Laræ responsio- num.

Antiochiæ manus imposuerunt Barnabæ, & Saulo, hi autem non Petrus, non alij Apostoli fuerunt sed Simon, Lucius, Manahen, quietiam ministrarunt, id est, sacrificarunt, quos & consequenter Episcopos fuisse dictum est, & inter Doctores locatos ex officio pastoralis docentes, qui cum pastoralis officio sub vno eodemque nomine recenseantur à Paulo, quosdam posuit pastores, & Doctores: eaque locutio distributione accommodata intelligenda sit, vt non omnes ministrarint, nec omnes mittentes fuerint, nã Paulus & Barnabas fuerunt initiati, nec potuerunt esse initiati, sicut nec seipso[m] mittentes qui & missi fuerunt; ad Lucium ergo Simonem, Manahen ordinatio ista suos census defert. Cum autem eodem interuallo, quo ieiunium perfectum, & ministratio exercebatur, impositæ sint manus Paulo, & Barnabæ, pugnat cum historię predictorū

Illi qui erant Antiochia manus imposuerunt Saulo & Barnaba.

Maior dignitate quomodo minori subicitur.

Papa ex Aug. ab Episcopo Ostiensi sacrauit.

Lucius Simon, & Manahen fuerunt ordinatores Apostolorum

textu ad alios transmissos Apostolos vt initiarentur, cum ijdem tunc, peracto scilicet sacrificio, qui ieiunasse, & sacrificasse perhibentur, etiam orasse, pateat, id est, precem mysticam, quæ est in formulis ordinationum coniunxisse cum manuum impositionis visibili signo.

12. Dicendum ergo omnino, & hostres fuisse ordinatos ministerio dictorum Apostolicorum: ita expressè Chryostomus, & Oecum. in hunc locum, ea autem saltem generali mandato Petri, vel aliorum Apostolorum, per consecratores Barnabæ, & Sauli peracta est, vt Innocentium saluemus.

Diuinat ergo Spalatensis negando illos tres Episcopos fuisse, qui licet Apostolos creare non possent, Apostolos iam creatos initiare poterant Episcopali ordine, vnde non oportet lusibus rem agere, vt in clero Antiocheno fingatur potestas ordinandi Episcopos, non vnus Ciuitatis tantum, sed totius mundi, cum Episcopi non Episcopos sacrare possint, qui post consecrationem in Episcoporum albo recensentur. Et nouum non est, vt maior dignitate subijciatur inferiori in aliqua potestate excedèti. Certè Papa cum eligitur, etiam si prius non esset Sacerdos, & Episcopus renunciatus, vniuersalis Pastor fit totius orbis, qui tamen ab Hostiensi Episcopo consecratur (vt etiam annotauit Augustinus contra Dona. t. 7. in breuic. 3. diei cap. 5.) eidemque subditur in acceptione potestatis ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis, sicque nullam inconueniens, vt maior in vno genere, à minori in altero genere benedicatur. Nec etiã tunc à minori vt minor est benedicatur, sed propter potestatem ordinis, quæ à Christo est, Christo in eius ministro ordinem administranti subditur, sicut nec vllum inconueniens est, vt Sacerdos in Altari Christum benedicat qui maior, nam & si abso-

lutè minor Christo sit, vt Christum offerentè Sacerdos repræsentat eundem Christum vt hostiam velut quid minus benedicat, vt egregiè explicuit S. Tho. Hebr. c. 7. le. ct. 2.

13. Vltimò argui potest: nam authores non ignobiles tenent eam manuum impositionem nõ fuisse consecratoriam, sed tantum deprecatoriã ad prædicandi munus, ad quod Paulus & Barnabas assumebantur.

Id docuit Caiet. quem secuti sunt postea Legionensis in c. 1. ep. ad Gal. Suarez 3. p. t. 3. dif. 74. q. 1. Valquez 3. p. disp. 225. c. 3. & alij.

14. Sed respondetur maiori firmitate munitam oppositam recensitam superius sententiam, quam magna Ecclesiæ lumina defenderunt, & quando nullum aliud superesset argumentum, id sufficientissimum quod Orthodoxos mouere debet, rituales libros ex hoc loco Act. 13. sacros Ritus petere in sacris ordinationibus fieri solitos. Non ergo propter aliquos Doctores si ab antiquioribus discrepant Patribus relinquenda Patrum consensio, quæ semper est in omnibus æmulanda.

Meminisse illi etiam debent, qui propter aliquot Doctorum duriusculè dicta, venerandam Patrum canitiem imperunt, se hæresibus fomitem subministrare, nam etiam hæretici, ait Lerin. contra prophanas voc. nouit. c. 7. sub alieno nomine hæresim concinnare machinantur, captant ple-

Sequitur Tertius locus qui habetur Act. 14. vbi sic dicitur. Cū constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum

Vltima instantia pro Spalar.

Responsio.

Non est relinquenda consensio PP. propter DD. quos & inferioris notia.

Mos hæreticorum dicitur obsecris PP. suis impius hæreses colorare.

Tertius locus.

icm.

Aliorum resp.

Responsio authoris.

Confutatio dictarum responsionum.

Illi qui erant Antiochia manus imposuerunt Saulo & Barnabæ.

Maior dignitate quomodo minori subijciatur.

Papa ex Aug. ab Episcopo Ostiensi sacratur.

Lucius Siæon, & Ananiam ierunt dinatos Apolos ad Hierosolymam.

Episcopi
constituuntur
iniciandos.

ieiunationibus commendauerunt eos Dominus. Vbi anuotandum est, quod qui constituunt, sunt Apostoli (quorum potestas ad successores quoque promanauit vt dicitur in ep. ad Tit. Reliqui te Creta vt constituas Presbyteros. Qui constituuntur, diaconi & presbyteri. modus constituendi manus impositio cum oratione, & ieiunio cōiuncta, à Græcis dicta χειροτονια, sic sunt promoti clerici, & Presbyteri χειροτονησάτες, etymon deducentes ex cap. 14. Act. cum constituissent Presbyteros, vbi Græcè habetur χειροτονησάτες, id est, manus impositione creassent Presbyteros, à quo etiam factum est (ait Zouaras) in Scholijs ad primum Canonē Apostolorum, iam manuum impositionē, eiusque vocem significare quandam τελεσθησαν, id est, perfectiuam operationem, qua Pontifex certis precibus, & manibus impositis creat Episcopum, Presbyterum, Diaconum; verba eius sunt Chirotonia vocatur Telesurgia, seu completa sacramentalium precum, id est, formarum recitatio consecrationis, eius qui sortitur sit munus sacrificandi, & Spiritus sancti inuocatio.

Chirotonia significat perfectiuam operationem ex Zouara.

Hanc doctrinam ne dum Zouaras sed et PP. Ecclesia docuerunt.

Quem sensum etiam Ecclesiæ proceres comprobauerunt, nam & Hieronymus in c. 38. Eisaie sic scripsit Chirotonia, id est, ordinatio Clericorum, non solum ad imprecationem vocis, sed etiam ad impositionem manus impletur. Eodem verbo in eadem significatione vtitur Theodoretus 48. quælibet in Numeros dicens, Chirotonia ministros à Pontificibus ordinari. In Concil. Laodiceno can. 4. secundum eundem sensum edictum est. non liceat Chirotoniam, manus impositionem super ordinandos presentibus Catechumenis fieri. S. Basil. in moralibus reg. 70. c. 2. docens Episcopum non debere esse facilem ad ordinandum, vtitur his verbis ωπιτὰ χειροτονιας Chrysofost. similiter hom. 12. in Tim. dicebat & χειροτονοῦσθε αὐτοὺς ἵνα ἁγιαστοῦνται, id est, non enim Presbyteri Episcopum ordinabant. Sed & Cal-

uinus videns tantam testium grauissimorum nubem, eidem significationi subscripsit. Nunc ordinem à Christo positum obseruant Paulus & Barnabas, cum singulis Ecclesijs assignant Pastores, ne post summi discessum cesset ac stillet doctrina. Proinde docet hic locus Ecclesiam non posse ordinario ministerio carere, Presbyteri hic vocantur, quibus indictum erat docendi munus: at non solum, & paulò post, Scriptores Ecclesiastici nomen χειροτονιας vsurpant pro solemniori ritui, qui in scripturis vocatur impositio manuum. Hac autè loquendi forma optimè exprimitur legitima in creandis Pastoribus ratio, vt non laicali & profana, sed sacra cæremonia, non in sensu profano, sed ecclesiastico, velit nolit impius, sint presbyteri illi initiati.

Caluin. in hunc locum se ipsum refert.

In voce Chirotonia attendendum non tantum à quo sed ad quod nomen impositum.

2. Oppones (& est instantia Caluini) contra huc tertium locum; Verbum Græcum χειροτονια, quo hic vtitur Lucas, significat aliquid manibus sublatis decernere, qualiter in comitijs fieri solet, vnde ex eodem c. 13. Act. num. 15. quando Lucas dixit constitutos esse per Ecclesiam presbyteros à Paulo & Barnaba, rationem & modum simul dixit, cū dicit id factum esse suffragiis, χειροτονησάτες, creabant ergo, subdit, ipsi duo; sed tota multitudo, vt mos Græcorum in electionibus erat, manibus sublatis declarabat quem habere vellet, & sui magistri sequens vestigia Beza ait, certum est, hoc verbum Græcorum consuetudine, qui porrectis manibus suffragia ferebant, vnde tam ipse homo versutus, quam alij Sectarij sic eundem locum vertunt, quum suffragiis creassent.

Instantia Caluini.

Vox Chirotonia non est à Græcis quam ab Hebraeis desumpta.

3. Sed hæc instantia nulla est, nam & si primò & per se ad significandum populi suffragium, quod extensis significabatur manibus, Chirotonia vsurpata est; deinde translatum est idem vocabulum ad significandam sacram ordinationem, quæ fit cum extensione & impositione manus Apostolicorum, non solum autem attendendum

Solutio instantia Cal.

Nomen Chirotonia extensum in Concil.

Caluin. in
hunc locū
se ipsum
refert.

In voce
Chirotonia
attendendum
non tantū
à quo sed
ad quod
nomen im-
positum.

Instantia
Caluini.

Vox Chi-
rotonia nō
est à Gra-
cis quam
ab Hebrais
desumpta.

Solutio in-
stantia
Cal.

Nomen
Chirotonia
exten-
sum in
Concil.

dum esse nomen quantum ad id à quo nomen imponitur, quàm ad id ad quod imponitur non semel pronunciauit Angelicus. Vel dicendum, non à Græca sapientia, sed ab Hebræis potius notionē huius nominis, tam sacros scriptores Apostolicos, quàm Ecclesiasticos accepisse, ab ea quæ dicta, *χειροτονία*, seu manuum extensione, quæ Iudæis in more erat, eaque non popularis eleuatio, sed sacerdotalis erat manuum extensio apud Suidam in Historica dicentem, Chirotoniam fieri solitam apud Athenienses manuum extensione, quando deferebantur magistratus, & lycophantæ. & iterum, in actu iudicialitæ damnationis quam absolutionis. Apud Demosthenē in Timocrate dicentē Chirotoniam significare approbationes legum vel constitutiones: apud Aristophanem magistratus creationem. Vnde Deuteronom. 34. Moyses cū impositione manuum designauit Israelitici populi Ducē, qui statim spiritu sapientiæ repletus describitur. Publica etiam sacerdotalis benedictio cum manuum impositione fiebat, vt nonnulli DD. annotarunt ijs verbis Luc. 2. Et benedixit illi Simeon, eam enim soli Sacerdotes in Templo poterant impertiri, Christus Dominus benedictione in simili vsus legitur Matth. 19. cum oblatis sunt ei pueri vt manus eis imponeret &c. ergo secundum eandem acceptionem Lucas locutus est pro manuum impositione, quæ sine extensione nō fit, adhibita mystica prece & oratione. Vnde & quæcunq; preces & orationes, quia concomitanter cum manuum enim extensione fiebant, Chirotoniæ dictæ reperiuntur in antiquitate. Vnde in Concil. Mileuit. can. 12. sic dicitur, *Placuit etiam & illud, vt preces vel orationes seu Missæ, siuē præfationes, siuē commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur. Nec alia omnino dicantur in Ecclesia, nisi quæ à prudentio-*

ribus tractata vel comprobata in Synodo fuerint, ne fortē aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum. Nullo autem modo accepisse Lucam chirotoniam pro suffragijs populi ex textu sacro colligitur, nam ij, qui c. 13. perhibentur cōfirmasse animos Discipulorum, illi soli constituerunt presbyteros, nec vlla de populi suffragijs mentio. ij autē fuerunt Paulus & Barnabas. Et si eodem Caluino teste 4. instit. c. 2. num. 16. Hoc habendum est, non vniuersam multitudinem manus imposuisse suis ministris, sed solos Pastores, & solis Apostolis competere potuit superius recēsitæ manuum impositio cū creabant presbyteros. Sed quomodo forma constitutiua Sacerdotum in suffragijs poni poterat à Luca contra normam Apostolicam, cum idem Paulus eligendi potestatem non apud Ephesinam vel Cretensem plebem sitam agnosci ostendat, quando non expectato eorum, nec vllius alterius consensu, Titum, Timotheum, aliosque præficiēbat? Exigebatur quidem in ordinationibus plebis præsentia à veteribus, sed vt dicebat Cyp. 1. ep. 4. vt dignus atq; idoneus eo testimonio plebis comprobaretur. Item postulatio etiā, quæ erat simplex populi petitio, præcedere solebat cum aliquem in Episcopum postulabant, at hoc non erat suffragium ferre, nec enim vnquam populus habuit in ministrorū consecratione electiuum suffragium. Si autem præsentiam vel testimonium plebis, extenso vocabulo Chirotoniam dicere velit Nouator, adiungat id quod formale est ac præcipuum, nēpè Apostolicam impositionem manuum, cum quadam consecratione, & extensionem illam plebis permittemus ad sensum expositum, quam si solam nēpè popularem eleuationē manuum populi fuisse contēdat, sciat satis hoc commentum àpèrtè ex scripturis, & tota antiquitate profligatum.

Milenit.
ad præfa-
tiones &
alias ora-
tiones Mis-
sa.

In loco
act. nom
accipitur
Chirotonia
pro
suffragijs
sed pro cō-
secr. seu
creatione
ministro-
rum.
Id etiam
euincitur
testimonio
Caluini.

Quartus locus.

Expenditur locus 1. Ti. 4.

Quid hic gratia nomine significetur secundum Chrysostr.

Saluatur auctoritas Chrysostr.

1. Catholici posteriores aliam insuper adferunt auctoritatem ex 1. ad Timot. 4. *Noli negligere gratiam, qua in te est, qua data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij.* Et hic quidem gratiæ collationi sensibile signum annexum deprehenditur. expendamus ergo singula.

2. Vbi hic *Gratia*, in Græco *χαρίσμα* legitur; quod non solum gratis datam, sed & gratum facientem significare inuenitur, vt Rom. 6. *Gratia Dei vita aeterna &c.* Quantum verò attinet ad significationem gratiæ gratis datæ, agnoscit Chrysostr. in gratiæ nomine auctoritatem & munus docendi, de quibus antè iam dictum fuerat *attende doctrina.* Reijciunt nonnulli hoc Chrysostr. placitum, quandoquidem doctrina non tum data fuit Timotheo per Ordinationem, quippè qui à pueritia sacriliteris incubuerat, nisi fortè asseratur cum Primasio, eandem vi ordinationis auctam ampliatamque fuisse, quod ad rem nõ facit, si gratia ad doctrinam dumtaxat vel eius augmentum restringatur; Nihilominus saluari potest Chrysostr. auctoritas, vt non præcisè ad doctrinam, siuè nudam rerum intelligentiam se restrinxerit, sed ad doctrinam, id est, instructionem siuè autoritatiuam doctrinæ prædicationem (quæ quidem ex officio Episcopis competit) collatam ijs in Ordinatione vnà cum alijs concomitantibus, gratia scilicet sanctificatiua, tanto muneri officioque necessaria: vnde Oecumenius, ne à sententia Chrysostr. & à Theophylacti expositione recedere videretur, sub disiunctione interpretatur illam particulam, videlicet nomine *gratia* significari doctrinam, vel etiam Episcopi munus, seu dignitatem Episcopalem, cui ex Latinis cõsentiunt complures DD. inter quos

est Angelicus noster. Sub eadem vocula gratiam gratum facientem è diuerso intelligunt Ambrosius & Auctor qq. noui Testam. q. 93. vbi sic dicitur: *Inspiratio hæc, cum dicitur, Accipite Spiritum Sanctum, gratia quadam est qua per traditionem infunditur ordinatio, per quam commendatiores habentur, vnde Apost. dixit ad Timoth. Noli negligere gratiam Dei &c.*

3. Sequitur altera particula, per *Prophetiam*. hoc est, auctoribus Theophylacto & Oecumenio, per diuina oracula & visiones, quæ more prophætico habentur manifestatam & renunciatam, priusquàm initiaretur Timotheus. S. Hieronym. legit, *Prophetia*, vt sit sensus. *noli negligere gratiam Prophetia*, siuè donum interpretandi scripturas, nonnunquàm enim etiam Ecclesiastici DD. nuncupari solent Prophetæ, hanc auctem gratiam Timotheus clariorè auctioremque in sua ordinatione acceperat, vt dictum est. qui sensus nec absurdus, nec violentus videtur nostro M. P. F. Ludouico de Soto maior in commentarijs ad huc locum. Cum autem in vulgata legimus per *Prophetiam*, non est intelligendus sub aduerbio per sensus aliquis causalis, quasi donum Prophetiæ fuerit causa conferendi muneris Episcopalis, nam Prophetia potius data est propter gratiam & talentum Episcopatus, vt idoneè eo munere fungi posset. Vnde & violentus est sensus Vatabli ita explicantis: *noli negligere gratiam qua data est tibi per, id est, ad Prophetiam, seu Doctrinam, vt prophetes siue doceas populum*, Græca enim vox δ. à non ad sed per significat. Planior verò est Card. nostri Hugonis expositio, *data est tibi per Prophetiam*, id est, non vendita prece vel pretio, nec per violentiã usurpata, sed per Sanctorum electionem, qui te bonum Pastore futurum prauiderant, vel per inspirationem Spiritus S. per quem stat, istum dignum esse Præfatus honore.

Ambros. & auct. qq. no. test. expositio.

Quid significet hic Prophetia.

Expositio Theoph. & Theodor.

Vatab. expositio violenta.

Hug. Card. expositio planior.

Nomine prophetia quidam interpretantur verba mystica formæ ordinationis.

Quid impositione manuum denotetur.

Quid Presbyterium denotet.

honore. Quod si nomine Prophetiæ, uti contendunt aliqui, hic significentur verba mystica, in quibus forma Ordinationis exprimitur, cui etiam mox materia (manuum scilicet impositio) subiungitur, non nimis repugno; sicq; dicendum foret, hac particula, per, causalitatem illam instrumentariam formæ Sacramentalis cum sua materia copulatæ compendio exprimi. Verû insignis alicuius Doctoris hic desideraretur auctoritas nam, quod quidam dicunt sub Prophetiæ voce denotari quamlibet orationem, & sermonem sacrum, præcipuè mysticum illum & arcanum quales sunt formæ Sacramentorû, (idque exculpere nititur ex verbis Apostoli. 1. Cor. 13.) ad rem adeò grauem sustentandam nimis elumbe est ac infirmum; nam Apostolus sub Prophetiæ titulo complectitur eo loco, non illam tantum propriè dictam, aut prædictionem, sed & explicationem Scripturarum, Hymnorum, aut Psalmi cantû, ve etiam insignem ad populum in peregrina lingua declamationem, & eam demum quæ specialem quendam Spiritus S. exigebat instinctum, qui utique in prolatione formarum sacramentalium non requiritur. Quare non videtur à clariori illo Hugonis sensu recedendum, maximè cû eum eleganter prius expresserit Chrysostomus hom. 5. in eum locum.

4. Exijs quæ consequuntur: cum impositione manuum presbyteri: illustrius Catholicum dogma de Sacramentali Ordinatione clarescit, ne enim suspicioni restaret locus, de alia quapiam impositione manuum ista dici, mox specialem illam declarat Apostolus quæ in Timothei ordinatione facta sit iuxta ritum Ecclesiæ Catholicæ, adiuncta hac expressiua particula determinante, Presbyterij, id est, cætus Episcoporû ex Chrysostomo, à duobus enim vel tribus Episcopis sacrari solitos habemus ex

Apostolica traditione: vel Presbyterij, id est, loci quo Presbyteri conuenire, manuumque impositione consecrari cõsueuerunt, hoc enim sensu presbyterij nomine vsus est Cornelius inter Cypriani opera ep. 46. ad significandum tam ipsam Presbyterorû Senatum suè Collegij quàm conuentionis locum, vnde ait: *His itaque gestis in Presbyterium venerunt Maximus, Urbanus &c. & iterum placuit contrahi Presbyteriû, id est, Collegium. Vel Presbyterij, quia Presbyteri in sacris Ordinationib. ad sunt, manusque tenent iuxta manus Episcopi ordinantis, (ex Cõcil. Carthag. 4. Cypr. 3. ep. 14) in signû vnionis, cõsensû, pacis, & beneuolentiæ, ex interpretib. huius loci. Inter hos verò Episcopos Paulus quoque seipsum confedisit, cum ordinaretur Timoth. admonet 2. ad Timot. 1. vt resuscites gratiã Dei, quæ data est tibi per impositionem manuum mearum &c. Græca & Latina nonnulla legunt. Presbyteri: non quod manus imponeret Presbyter, id nãque tantû Episcoporum erat munus, sed vt significaretur forma Presbyteratus vel Episcopatus quem suscepit Timotheus, vnde etiam Hieron. ep. 85. ad Euagrium Presbyterij nomine appellat gradû illum Presbyteratus seu Episcopatus, vt fit sensus, gratiam quæ data est tibi cû impositione, seu per impositionem manuum Presbyteratus tui, qui scilicet tibi conferebatur, vel per Presbyterum intelligitur Episcopus ordinator, qui Timotheum in Sacerdotem vel Antistitem consecrauit, neque enim aut Sacerdotem aliquis nisi Episcopus, nec Episcopum nisi plures Episcopi consecrare possunt. Ea propter rectè admonet noster F. Ludouicus de Soto, Glossam illam Vatabli, quæ per impositionem manuum presbyterij intelligit electionem factam à Presbyteris suè seniorib. Christianis, forsitan ab hæreticis fuisse insertã subdolè, neq; enim Catholicus quispiã credere potuit (id quod modo*

Cornelius
Papa expos-
nit locum
vel Sena-
tuum.

Alij, assi-
stentes
Presbyce-
ros in or-
dinatione.

Hieron.
gradum
sacerdota-
lem vel E-
piscopale.

Gloss. Vatabli
ab hæ-
reticis for-
tè eius ope-
ribus in-
serta.

Somniarunt Protestantes) Magistratum Ciuilem, aut Laicos Sacerdotibus & Episcopis conferre sacram Potestatem, quæ toti Ciuili Politix supereminet.

5. His denique accedit quod loco cit. Timotheum Apostolus commonefacit dicens: *Admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum, pro, resuscites*, in Græco legimus ἀναζωοποιεῖν quod propriè significat ignem reconditum & sopitum excitare, Ambrosius vertit, *vt recrees*, quasi admoneatur hic Timotheus, vt charisma consecrationis beneficio per manuum impositionem susceptum industria & feruore ex Dei motione concepto agilius, auctiusq; efficiat, quem sensum tradit Chrysostomus, Charismatis nomine exponens *gratiam Spiritus, quam Timotheus acceperat ad Ecclesie instructionem, ad perpetranda miracula, ad omne Religionis obsequium, & Theodoretus sic accipit: Hortor te vt omni promptitudine & alacritate excites gratiam Spiritus, quam recepisti per meam ordinationem, quem admodum enim oleum lampadis flammam efficit vehementiorem, ita animi promptitudo & alacritas attrahit gratiam Spiritus. Ambrosius Donum ait esse gratia Dei acceptum per ordinationem Presbyterij, dum animū suum consuet metū alacritate, gaudens in semetipso, sicut in nouitate ordinationis gaudetur. Magis que confirmatur verbis sequentibus, quod ista nedum sit gratia gratis data, sed etiam gratum faciens, namque Apostolus alludere videtur ex sequentibus verbis ad eam gratiam, quæ primum, qui iniantur, iusti redduntur, vel potius in eadem perficiuntur & robur accipiunt ad ea munera obeunda, ad quæ ex virtute Sacramenti consecrantur, ait siquidem Apostolus, non enim dedit nobis spiritum timoris sed virtutis & dilectionis: vbi Ambrosius: *innouatus homo exit de timore accipiens spiritum lætitiæ per iustificacionem, quia omni iniustus in timore est,**

non fortis sed infirmus, nõ in dilectione sed odio. & Chrysost. Accipimus spiritum, non vt pauidi simus & cõtrahamur metu, sed vt celsiores per virtutem, conscientiam euadamus] spiritū virtutis, in græco legimus δὲ ἰσχυροῦς, hoc est, roboris seu potentix, dilectionis seu charitatis, cui opponitur spiritus Timoris græcè δὲ ἀλίας, id est, ignauix & imbecillitatis. Ea; loquendi formula significat Timotheum consecratū in Episcopū iam pridè induisse gratiam Spiritus S. ad robur & potētiam, vt ex munere Episcopali velut Dux belli (sunt enim Episcopi veluti Duces in Ecclesia) omnem ignauiam debuerit expellere, nec vinci periculis, sed fortiter omni contraire discrimini, dum opus est, vt dignè exerceat munera Pontificalia.

6. Vtramque istam ex Apostolo auctoritatem (quò Ordinem probet esse Sacramentum) expendit citatque Conciliū Senonense c. de Ordine. ac subdit: *quibus palā euadit in susceptione Sacramenti Ordinis conferri gratiam: rectè igitur Timotheū Paulus admonet, vt non negligat gratiā, quæ data est ei cum impositione manuum presbyterij, sed eam resuscitet potius. & Tridentina Synodus sess. 22. de Ordine c. 3. sic ait: cum scriptura testimonio, Apostolica traditione, & PP. vnanimi consensu conspiciuntur, per sacram Ordinationem, quæ verbū & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri dubitare nemo debet, Ordinem esse verè & propriè vnum ex septem S. Ecclesia Sacramentis, inquit enim Apostolus: admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum, non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & c.*

His scripturarum testimonijs vehementer pressi Ecclesie hostes, quamuis expressius aliquod è Sacro Diplomate mandatū cleuationis, seu institutionis diuinæ quoad huiusmodi sensibilia signa clamorosè exigant, (quod porrò neutiquam necessarium est, vbi traditio sufficit) vel inuiti

tamen

Hæretici
randem
faciuntur
Chirotoni-
am loco
precepti
habendū.

Spiritus
qui datur
ordinatis
est ad vir-
tutem &
potentiam
contra i-
gnauiam
& imbe-
cillitatem.

Dogmata
partim
scripto,
partim no-
scripto
verbo ac-
cipimus.

Concil.
Sen. ex hoc
loco probat
Ord. esse
Sac.

Similiter
Conc. Tri-
dent. eodē
virtur se-
stimonio.

Testimo-
niū Calu-
pro tradi-
tione.

Prima vi-
ad cognos-
cendam
traditio-
nem.

Quid sit
resuscitare
gratiam,
expenditur
ex Ambr.

Ex Chry-
sostomo &
Theodo-
ret.

Haereticum tandem fatentur Chirotoniam loco praecepti habendā.

tamen eam impositionem manuum praecepti loco habendam esse contententur ob allatum vsum Apostolicum, vnde Calvinus 4. Inst. cap. 3. num. 16. ita scripsit: licet nullum extet praeceptum de manuum impositione (quod sit scriptum) quia tamen fuisse in perpetuo vsu Apostolis videmus, illa tam accurata eorum obseruatio praecepti vice nobis esse debet. Ita de manuum mysteriosa impositione Haereticarcha, alias inficiatum vltimā impudentiam plenus,

§. II.

Secunda Ofsensio ex traditione.

Dogmata partim scripta, partim non scripta verbo accipimus.

1. **D**ogmata, inquit Basilii ca. 27. de Spiritu S. quae in Ecclesia praedicantur, quaedam habemus e doctrina scripto prodita, quaedam rursus ex Apostolorum traditione in mysterio, id est, in occulto tradita recepimus, quorum vtraque parem vim habent ad pietatem, nec ijs quisquam contradicet, quisquis sanè vel tenuiter expertus, quae sint iura Ecclesiastica. Tale est de Sacrosancto Ordinis Sacramento Catholicum dogma, cui proinde nullus nisi haereticus, aut insanæ mentis poterit contraire. Ac huius quidem discursus primam propositionem nonnunquam admittit Calvinus, quando lib. de lib. arb. ita contra Pighium scribit: non difficulter inter me & Pighium in hac de traditionibus contentione conueniri posset, si modo Ecclesia traditiones ex certo & perpetuo Sanctorum & Orthodoxorum consensu demonstraret. Quapropter tota vis in assumptæ minoris probatione collocanda est, vt ex ijsdem vjs, quibus deducitur aliquid propriè traditum esse, seu traditionis mereri nomen, intelligatur eadem cōditio, ac confessio auctoritas Ordinis Sacramento conuenire.

Prima via ad cognoscendam traditionem.

3. Prima via est, quam ostendit Augustinus 4. contra Donatistas: quod vniuersa tenet Ecclesia, nec in Conciliis institutum, sed semper reseruum est, non nisi auctoritate Apostolica

traditum rectissimè creditur. Cui regulæ quātuncunq; Calvinus cap. 4. in Acta, nulla quidem ratione, sed sola censoria virgula, & arcuato Thraſonis supercilio refragetur, nihilominus vni magis deferendum est Augustino, cui in hoc integer reliquorum Patrum chorus consonat, prout alibi ostendi tom. 1. Cath. præscript. lib. 3. Controu. 2. art. 6. quā vni malè feriatō at benè cauteriatō Nouatorī. Cum ergo ante quatuor illa Oecumenica Concilia, quæ sola legitima agnoscut Calviniani, Sacrorum Ordinum expressa fiat mentio (vnde liquet eos in nullo Concilio institutos, excogitatos, aut in Sacramentorum numerum postliminio adoptatos fuisse, cumq; diuiniorē illam Presbyterorum potestatem offerendi Corpus & sanguinē Christi supponat magnum Concilium Nicænum canone 18. vbi vt & canon. 9. commemoratur manuum impositio; cum denique longè ante illud prior ætas vicina Apostolorum temporibus expressissimè ordinationem inter sacra Symbola recenseat, vt infra demonstrabitur, quid amplius deest Ordinis Sacramento, quominus iuxta amussim regulæ superius ex Augustino allatæ censeatur habere pondus & orthodoxæ traditionis auctoritatem?

3. Alteram viam, quae cuique sinceræ traditionis nota fiat obuia, monstrat Tertulianus, nimirum, illud quod apud Ecclesias est Sacrosanctum, vel quod per vniuersam Ecclesiam custoditur, vt ait Augustinus ad traditionem refertur, vnde & Leo magnus sermone secundo de ieiunio Pentecostes ita loquitur: Dubitandum non est omnem obseruantiam Christianam traditionis esse diuinam, & quicquid ab vna Ecclesia est in consuetudinem deuotionis receptum de traditione Apostolica videtur de Spiritu Sancti prodire doctrina. Hanc regulam non minus quam superiorem sugillat Calvinus lib. 4. Inst. c. 11.

Secunda via traditionis noscenda.

§. 13. 14. 15. 16. & 17. atiam ea ab eius Sym-
mista Luthero admissa fuerat tom. 2. serm.
fol. 143 in epist. ad Marchionem Brande-
burgensem, vbi fateretur pinguis Hæresiar-
cha periculosum esse, si contradicatur illi
doctrinæ Ecclesiæ, quam inde ab initio per
annos mille quingentos vnanimiter ser-
uauit. Atqui (subsumo) per vniuersam Ec-
clesiam sacro signo initiati legimus Sacer-
dotes cæterosque ministros, semperq; sa-
cristi legi habiti sunt eius sacræ ceremoniæ
temeratores, violatores, indigni suscepto-
res, quanto magis Cynici irrisores, è diuer-
so deuotieius cultores, dignique suscepto-
res, nouam gratiæ plenitudinem assecuti
semper creduntur, ergo cui hic traditio-
nis certitudo non occurrit, necesse est
viam veritatis ignoret.

*Tertia via
ad noscen-
das tradi-
tiones.*

Tertia via planè regia, & ob successio-
nis æquam solidamque continuitatem
nullo hiatu aut præcipiti ruptura infamis
hæc esto: Quando aliquid constanter, ac eodem
penè verborum tenore adstruitur ab ijs qui Apo-
stolis aut Apostolicis viris successerunt, ita vt huic
oppositum nihil tale docuerint cognouerintuè
(ita loquitur Irenæus lib. 3. c. 2.) quale circa
id ab hæreticis confectum est, imò potius id actu-
tum exhibularint tanquam Catholica veritati
parum consentaneum, id meritò Apostolica tra-
ditionis robur habere existimandum est, atqui
mox patebit Apostolicos, illorumq; suc-
cessores ac vniuersos demum DD. tot sæ-
culorum propagine concatenatos, prius-
quam Lutherus Caluinusque vel in lucem
nostram procrearentur, vel suas tenebras
crearent crassi tenebriores, Ordinis Sacra-
mentum elogijs planè vniuocis adornasse,
prædicasse, defendisse, oggannientes verò
sectarios (vti experti sunt Messaliani aliq;
protestantium proau) repressisse tâquam
perduelles ac nefarios antiqui Catholici
dogmatis impugnatores, ergo traditor es-
to, quisquis hic sacram non reueretur tra-
ditionem.

§. Quarta denique via paternorum la-
rium securissima est, quia tritissima, quic-
quid enim Patrum nostrorum canities, quicquid
antiquitas, quicquid in antiquitate vniuersitas
ac seniorum consensus non ex se, sed aliunde ac-
ceptum tradidit, Apostolica instructio est, Vni-
uersitatem sequemur, ait Lerinenlis ca. 3. si
eam sequamur fidem quam vniuersalis Ecclesia
sequitur, antiquitatem si nullatenus ab ijs sensi-
bus recedamus, quos Sanctos & maiores nostros
celebrasse manifestum est, consensionem, si in ipsa
vetustate omnium vel penè omnium Sacerdotum &
Magistrorum definitiones sententiasq; sectemur,
& quando non haberemus vniuersitatem
locorum, satis esset ad traditionem vniuersa-
litas temporis, vel saltem cōsensionis Pa-
trum, vt ostendi to. 1. lib. 4. contr. 2. de trad.
art. 6. Nunc igitur vt irrefragabilis tradi-
tionis autoritate munita appareat Sa-
cramentalis dignitas Ordinis, succincta
anacephaleosi perspicuè adducatur om-
nium sæculorum perpetuus & constans
consensus.

*Ultima
via noscē-
di tradi-
tiones.*

§. III.

Ostensio Tertia, Ex concordis perpetuaq; Patrum
doctrina per 12. sæcula decurrentia.

Testimonia primi sæculi.

1. Sapientiam ergo antiquorum exqui-
situri, ab ipsis Apostolorum Discipulis
ducamus exordium. Clemens Romanus
lib. 3. c. 10. sic docet: Neq; Laico permittimus
facere opus aliquod Sacerdotale vt sacrificiū, aut
Baptismum, aut impositionem manuum, aut be-
nedictionem suæ parua[m] suæ magna[m], nemo enim
sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Domino:
huiusmodi namque gratia per impositionem ma-
nuum Episcopi datur; qui verò non est ad eam ele-
ctus, sed prius sibi eam rapuit, hic supplicio Ozie
afficietur. & lib. 8. c. 16. Cum presbyterū ordi-
nas Episcopo, impone ipse manum capiti Presby-
teri adstantibus tibi Presbyteris & Diaconis, &
faciendo precationem dic: Domine Omnipotēs Deus
noster, respice hunc famulum tuum suffragio &
iudicio

Test. D.
nyf.

Testi.
Clem. Rō.

Caluini
Lutheri
cetera D.
nyf. ex
Photio
saturatur.

iudicio totius Cleri Ordini Presbyterorum adscriptum. en sensibile signum, mysticas preces, gratiæ infusionem, asserta patentissimè à Romano Clemente Petri discipulo. de autoritate harum constitutionum vide doctissimum P. Franciscum Turrianum ad constit. Apostol.

Test. Dionys.

2. S. Dionysius Arcopagita Pauli cliens (vti è multis Historicis fatetur protestans Humfredus part. 3. sui Iesuitismi rat. 5.) cap. 5. Ecclesiasticæ Hierarchiæ ita succinit: *Presul igitur vbi sacrandus offertur, vtroque genu posito ante Altare, supra caput habet à Deo tradita Euangelia manumque Pontificis, atque hoc modo à consecrante Pontifice castissimis imprecationibus consummatur. Sacerdos vero coram sancto Altari ponens vtrumque genu in capite habet Pontificis dexteram, & in hunc modum à Sacrate Presule sanctissimis inuocationibus consecratur. At verò minister altero tantum coram sanctis Altaribus posito genu, sacrantis se Pontificis dexteram in capite presert, atque ab eo perficitur precationibus ad eam rem accommodatis. Hunc Patrem pluribus in locis multum fauere traditionibus fatetur Aduersarij, Hamelmānus in Tradit. Apost. col. 707. & col. 735. Vvitackerus, de Sacra Script. pag. 655. ante medium &c. & reuera clarius nil pro signo sensibili gratiæ collatiuo, pro verbis mysticis & Sacramentali consecratione dici poterat: videantur cætera eiusdem cap. vbi vsque ad finem merè similia enarrantur, ac notatu dignum est, illic per solemnes Spiritus Sancti inuocationes *πρωτοδίας* non exiguam, sed copiosam gratiæ infusionem insinuari. Certè quid huic testimonio opponeret Lutherus non habuit, nisi quod familiari suo stylo Dionysium in lib. de capt. Bab. quasi qui nullo solido fundamento nixus proprij capitis decreuerit cõmentam, impudentissimè dispungat. modestior sane Photius prior hæreticus qui saltem miram in Dionysio prædicat eruditionem, vt in*

Calumnia Lutheri cõtra Dionys. ex Photio cõfutatur.

eius Bibliotheca videre est, modestiores nonnulli è Lutheri catulis, qui non tantum eius auctoritatem suis occulcant Aduersarijs, vt Oliuerius Ormoredus in pictura Puritani impressa 1605. Liber Protestantium, cui titulus, consensus Orthodoxus, impressus Tiguri 1578. fol. 198. Vvirgistus in respõsione ad admonitionem pag. 105. sect. vlt. plurimique alij, quin & eundem antiquitatis optimum testem, eo quod videatur esse antiquissimus fatetur, ita enim Sutcliffus de Presbyterio c. 13. pag. 91. propè finem.

4. Anacletus denique epist. 2. rem ita confirmat: *Sacerdotes, inquit, à proprio ordinentur Episcopo, ita vt Ciues & alij Sacerdotes assensum prebeant, & ieiunantes ordinationem celebrent; nempe respexit ad exemplar cum ordinabantur Barnabas & Saulus.*

Anacleti testimonium.

Testimonia secundi Saculi. 100.

1. S. Sanctus Ignatius Martyr epist. ad Heronem: *Saluto diuinum ornatum dotibus (clara ad nomen Sacerdotis allusio) presbyterium, saluto sanctos Condiaconos tuos &c. Satis vtique diuinis dotibus cumulat Presbyteratus, cum in eius susceptione tam copiosa infundatur gratia, vt expenditur ex verbis Apostoli superius.*

Test. S. Ignatii.

5. S. Irenæus lib. 4. c. 31. *Sed & suis discipulis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, vt cum qui ex creatura panis est, accepit & gratias egit dicens, hoc est Corpus meum, & Calicem similiter qui ex ea creatura qua est secundum nos suum sanguinem confessus est, & noui Testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in vniuerso mundo offert. Clare igitur docet Sacerdotium tunc à Dei Filio institutum, cum Apostolis hæc offerre præcepit, quod quidem erat eosdè consecrare ac ordinare Sacerdotes. Lib. 5. c. 2. quando ergo mixtus Calix & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia Sanguinis & Corporis Christi, at à quo obse-*

S. Irenæi test.

Eucharistia pariter sacrificium.

In Eucharistia transubstantiatio fit verbo Dei.

obsecro panis Verbum percipit? & quodnam illud Dei verbum? certè à Sacerdote prolatam cōsecrationis formam, supposita diuini characteris transubstantiatiua potestate, quæ manuum impositione communicatur. Lib. 4. c. 43. Diuini Charismatis infusionem, cum quis initatur Episcopus manifestius affirmat, dicēs: *Quapropter eis qui in Ecclesia sunt Presbyteri, obaudire oportet, his qui successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione Charisma veritatis certum secundum placitum Patris acceperunt.* Recolendum hic quod supra ostensum est, Charismatis nomine etiam gratiam gratum facientem intelligi, quæ tam Episcopalis dignitatis, quam Sacerdotij collationi annexa est, vnde & agnoscere oportet in sensibili ordinatione sacram facultatem diuino Charismate adornatam.

Testimonia tertij Saculi 200.

I. **T**ertull. lib. de Idololatria c. 7. dolet lapsos ab Idolis in Ecclesiam profilire, de aduersaria officina venire in domum Dei, attollere ad Deum Patrem manus matres Idolorum, his manibus adorare, quæ foris aduersus Deum adorantur, eas manus admouere Corpori Domini, quæ demonijs corpora conferunt &c. & quod maius est, adleguntur, inquit, in Ordinem Ecclesiasticum artifices Idolorum, pro scelus, semel Iudei Christo manus intulerunt, isti quoties Corpus eius laceffunt: O manus precipienda, &c. quorsum grauis ista antiquissimi Scriptoris querela, si sacerdotalis Ecclesiasticorum Ordo consecrando tractandoque vero Christi Corpori solemniter deputatus, Sacramentum non esset, ac tale mysterium, quod non nisi per summum exhorrendumque sacrilegium ab impuris, ac prophanis Idolorum manibus excipi queat: vnde idem in sua Exhortatoria ad castitatem, diuinum aliquid in

hoc Sacramento agnoscens, differentiam, inquit, inter Ordinem & plebem constituit Ecclesia auctoritas, & honor per Ordinis confessum sanctificatus à Deo.

Lib. de Præscriptionibus c. 41. de Hæreticorum ordinationibus quasi ad paralelum scribens ita ait: *Ordinationes eorum leues, inconstantes, nunc Neophytos collocant, nunc saculo obstrictos, nunc Apostatas nostros vt gloria eius obligent, quia veritate non passunt, nusquam facilius proficitur quam in castris rebellium, vbi ipsum esse illic promereri est.* Itaque alius hodie Episcopus, cras alius, hodie Diaconus qui cras Lector, hodie Presbyter qui cras Laicus, nam & Laicis sacerdotalia munera iniungunt.

Ex ferè hodie sunt Protestantium Ordinationes, quas & mulieres ipsis nonnumquam (& certè aliter quam sacramentum impositione) conferunt, at quicquid istud sit, reuera ex virtuali in hoc Tertulliano dicto latente antihesi Catholice Ordinationis liquido satis elicitur, eam Sacrosanctam, mysterijs plenam ac sacramentalem esse, quippe ad quam suscipiendam tanta præscribuntur, vt dignè cum Ordine diuina gratia participetur.

Lib. de Monogamia c. 11. dicitur: *Qualis es, id matrimonium postulas, quod eis à quibus postulas non licet habere, ab Episc. Monogamo, à Presbyteris & Diac. eiusdem Sacramentifateor hic quidem Tertull. cum ista scriberet, iam ad Montanistarum scopulos allisum naufragasse in fide, ita enim promiscuè solam monogamiam probat, vt indifferenter cū Montanistis secundas nuptias improbet rideatque: nec tamen ideò leue est hoc eius testim. quo Monogamorum Episc. cum Presbyteris & Diaconis in eodem Sacram. (vtique Ordinis) consortium ex traditione narrat atque supponit. Neque hic arguetur Sectarius Sacramenti nomine forsan iuramentum aliquod non verè gratiæ instrumentum insinuari, præterquam*

Differentia inter ordinatos & plebem.

Hic idem mos laicis initiationis apud Protestantes cernitur.

Test. O

Testim. ex Tertull. expenditur.

Digami ergo tempore Tertull. non initiabantur in Episcopos, presbyter. & Diaconos.

Reuelatur sapientia qui esse assumenda ad Ord.

terquam enim quod hæc euasio nulli historico sed soli Grammatico ambiguae dictionis innitatur fundamento (neque enim vllibi hæc antiquorum Sacerdotum consuetudo secundas nuptias eiurandi apud probatos Auctores tradita inuenitur) falsa etiam & ridicula est, tum quia Episcopum vnus duntaxat vxoris virum esse præscripserant Apostolici Canones, vt sic suscepto Episcopatu nevtiquam opus fuerit alio illo iuramento, tum etiam quia apud Ecclesiasticum scriptorem vox ambigua pro sacratori, communiori, digniori que ac tutiori significato supponere præsumenda est, maximè cum in proposito non deerat huic Scriptori eloquentissimo, vt pote ter Tulliano vox alia ad tollendam damnosam eiusmodi ambigui nominis æquiuocationem: Hoc si tuum quisquis es Nouator vel palatum non quietat vel fauces obstreperas non oppilat, dic sodes qua ergò alia loquutionis formula vti debuit Tertullianus, vt Presbyteratum, Diaconatum &c. diceret esse Sacramentum? doce sis sus Mineruam.

Test. Orig.

2. Orig. hom. 2. in Num. Homo secundum ordinem suum incedat: putasne qui Sacerdotio funguntur, & in Sacerdotali Ordine gloriantur, secundum ordinem suum incedunt, & agunt omnia quæ illo Ordine digna sunt: en ad Sacerdotij functionem ministri exigit sanctitatem, eo quod Sancta non nisi à Sanctis dignè tractari dignoscuntur.

Reuelabatur saepe qui essent assumendi ad Ordines

3. S. Martyr Cyr. lib. 4. in ep. 10. ait: Admonitos nos & instructos sciatis dignatione diuina, vt Numid. Presb. adscribatur Presbyt. Cathag. numer. vnde ingeniosè colligit Pamelius, non prophanas sed sacras semper fuisse habitas Ordinationes Ministrorum Dei, ita vt signa & reuelationes ante eorum consecrationes acciderent, vtique ob reuerentiam tanti Sacram. quemadmodum etiam per Prophetiam Pauli carus

eius discipulus Timotheus aliàs satis probatus omnibus electus est, vt per manuum impositionem Sacerdotali Ordine diuinoque signaculo potiretur.

Idem serm. de ablutione pedum (vel quisquis eius sermonis auctor extiterit, antiquus sanè ille eiusdemque ætatis ac proinde testificandæ traditioni idoneus) vbi de Sacramentis est tractatio, ita discurrit: *Baptismum repeti Ecclesiastica prohibent regula, & semel sanctificatis nulla deinceps manus iterum consecrans presumat accedere. Nemo Sacrum Ordinem semel datum iterum renouat; nemo Sacro Oleo lita iterum linit vel consecrat, nemo impositioni manuum vel ministerio derogat Sacerdotium, quia contumelia esset Spiritus Sancti si euacuari posset, quod ille sanctificat. vel aliena sanctificatio emendaret, quod semel stabilis & confirmat.*

En quomodo ob iterationis indecentiam Spir. S. character (Sacramentalis vtique si is qui in Baptismo eodem tenore adstruitur, Sacramentalis est) en vt sanctificatio ad sensibilis signi adhibitionem, en vt noui status initiatio per Spiritus Sancti tuos Ministros sibi in opus segregantis confirmationem, en denique vt in his propriæ notæ veri Sacramenti lucidissime exprimuntur. palpet ista, qui videre detrectat.

4. At contrà nihilominus arietat Spalantis num. 41. cum consecrationes Ministrorum dicuntur iterari non posse, intelligendum id interim donec culpa sua Minister præteritam non amittat consecrationem, iterumque reconciliatus denuò assumatur, sicut quæ semel oleo lita sunt, verbi causa Altaria, si aliquo euentu rursus execrentur, iterum linienda & consecranda sunt.

5. Speciosè certè infelix vertimus, nisi quod incautus non satis expresserit, putet ne eodem modo Baptismum, mox vt primam

Irreiterabilis Ordo est ex impressione characteris.

Fuga M. Anonij & extorsio prædicta auctoritatis

Cōfutatō
dīctā eīa-
ssōis Spāb.

mam iustitiam sanctitatemque amiserit
adultus, iterandum esse, quod planè ex e-
ius discursu inferri videtur; cum non mi-
nùs huius quam illius sanctificatio, ea quæ
fit per gratiam gratum facientem sacce-
dente mortali noxa euacuari possit, si au-
tem præter hanc Characterem agnoscit
indelebilem, ceu causam irreiterabilitatis,
nil obijcit, verimque enim talem ex Spiri-
tus Sancti confirmatione solidè imprimi
vno stylo, vnoque tenore declarat Cy-
prianus.

De relinendis Altaribus semel execra-
tis quod obijcit, nimis obefam suam de-
clarat ignorantiam, cui videlicet poterat
non occurrere discrimen inamissibilis
consecrationis in rebus corporeis, ac ina-
nimatis diuersæ ob naturam subiecti mu-
tabilis, ab ea sanctitatis perpetuitate quæ
immortalis anima per characterem suum
stabilita & lita, deinceps exauctorari non
potest, legisset S. Doctorem nostrum
lib. 4. contra Gentes cap. 59. sub finem, vbi
more suo ingeniosè hunc Marci Antonij
cauillum præuenit, ita inquit: Hoc etiam
commune est, quod ex quo res aliqua semel con-
secrata est, quamdiu manet, vltèrius consecrari
non debet, ne consecratio inefficax videatur, vn-
de cum Baptismus sit quadam consecratio homi-
nis baptizati &c. nota quamdiu manet, quo
dictum Cypriani egregiè roboratur, sicut
enim Ara vel Calix quamdiu manet, denuò
consecrari non potest, nec vnquam amit-
tit sanctitatem nisi pereat aut dissiliat, ita
Sacerdotis anima, quæ semper manet ac
nunquam interit, nunquam etiam sui cha-
racteris lituram perdere potest ob Spiri-
tus Sancti efficaciam, & semel diuini-
tus factæ Sacramentalis depu-
tationis ratam solidam

limitatem.

* * *

Testimonia Patrum quarti Saculi. 300.

1. **B**asiliius Magnus in Anaphora Syria-
ca: Hac sanctio, ait, perficit Religiosos, ex-
ornat Sacerdotes, sacris iniiciat Ordinibus, diu-
ina dispensat dona, atque in tribus diuina Maie-
statis Ecclesiis ternis sanctificationibus Sancta
pronunciatur, & in hac etiam nostra terrena
Ecclesia ab Archipresbyteris, Presbyteris, & Dia-
conis suis exaltatur.

Lib. 2. de Bapt. cap. 2. Etiam si audiamus
Prophetam dicentem: Vos autem omnes Sacer-
dotes Dei vocabimini, neque tamen omnes mox
huiusce Sacerdotij ac Ministerij potestatem vsur-
pamus, neque alius aliq datam gratiam licitè po-
test ad serapere, sed quisquis fidelium proprijs do-
ni Dei terminis contentus manet &c. & de-
mum post allatum ad huius rei probatio-
nem Apostoli testimonium concludit:
normam nobis præscribit (Apostolus) quàm com-
modè ac decenter inter nos ad beneplacitum Dei
in dilectione Christi IESU, & Charismatum
differentia dispositi esse debeamus: Epistola Ca-
non. ad Amphilocho. cap. 2. qui primi recesser-
unt, sacris Ordinibus initiati erant, & per im-
positionem manuum Patrum spirituale donum
habebant, qui autem abrupti sunt Laici effecti,
nec ordinandi habebant potestatem, dari ergò
spirituale donum in Sacerdotio fatetur
Bas. & conferri, sed dum de hæreticis ini-
tiatoribus loquitur, magis per spirituale
donum characterem significauit.

2. S. Ambrosius de Dignitate Sacerdo-
tali c. 4. Quis dat frater Episcopalem gratiam,
Deus an homo? Respondetur sine dubio Deus, sed
tamen per hominem Dei Deus, homo imponit
manus, Deus largitur gratiã, Sacerdos imponit
supplicem dexteram, & Deus benedicit potenti
dextera, Episcopus iniciat ordinem, & Deus tri-
buit dignitatem.

Idem 1. Corinth. in ea verba: Diuisio-
nes gratiarum sunt &c. non hoc humanis me-
ritis vult adscribi, sed gratia Dei ad honorifi-
centiam

Test. Bas.
Magni

Testim. S.
Gre. Naz.

Ordo Sa-
crofandæ
Statio ap-
pellatur.

Test. Amb.

S. Gregor.
Nyss. test.

Alia eius-
dem vel
reputati
Amb. test.

Doctrina
S. Tho de
consecrat.
irreiterabi-
bili cum
Cypr. con-
cordans.

3
6

centiam nominis eius: sicut enim, qui dicit Dominum Iesum, in Spiritu S. dicit, qualisuis sit, non utique propriam sed Ordinis per efficaciam Spiritus Sancti, vnde inter inuita dicit: neque qui plantat, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

1. Timoth. 4. Gratiam tamen dari ordinatis significat per Prophetiam & manuum impositionem; Prophetia est, qua eligitur quasi Doctor futurus idoneus, manus vero impositiones verba sunt mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus, accipiens auctoritatem teste conscientia sua, vt audeat vice Domini sacrificium offerre. potuitne illustrius exponi sacramentalis gratia, quæ per Ordinem communicatur?

3. S. Gregorius Nazianzen. orat. 21. quæ est Encomiastica S. Athanasij, sic prolequitur: sic pure educatus & institutus non nunc quoque oporteret, qui plebis Antistites futuri, magnumque Christi Corpus tractaturi sunt, secundum magnum Dei consilium ac præsidentiam in magnum hunc Sacerdotum Ordinem cooptantur, atque in eorum qui appropinquanti Deo appropinquant, numerum adscribitur, ac sacrosanctæ Stationis & Ordinis honore afficitur, cunctisque Ecclesiasticorum graduum muneribus deinceps perfunctus (vt quæ media sunt, resecem) Alexandrino populo præsicitur. Certè non appellasset Ordinem magnum, nec sacrosanctam Stationem, si veram Sacramenti notam perspicuè in eo non aduertisset Orientis lumen.

4. S. Gregorius Nyssenus orat. de S. Baptismate. Eadem enim vis verbi Sacerdotem augustum & venerandum facit nouitate benedictionis à communitate vulgi segregatum, cum enim heri, ac tempore superiori vnus è multitudinem ac plebe esset, repente Præceptor, Præses, Doctor pietatis, latentium mysteriorum Præsul, ea que contingunt ei, cum nihil vel corpore vel forma mutatus, sed quod ad speciem externam attinet, ille sit qui erat, inuisibili quadam

vi & gratia inuisibilem animam in melius transformata gerens. Exprimis imprimis hic Deiloqui Patris discursus Sacerdotem verbis creati Sacramentalibus, eundem ex efficacia benedictionis hoc ipso secerni à prophana plebe, illius animam transmutari in melius ex vi inuisibili, seu potestate characteris, & ex gratia seu Charismate quo idoneus Christi Minister ac fidelis mysteriorum dispensator constituitur: en utrumque huius Sacramenti effectum.

5. S. Ioannes Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio: Sacerdotium in Terra peragitur, sed in rerum cælestium classem ordinemque referendum est, quippè non mortalis quisquam, non Angelus, non Archangelus, non alia quauis creata potentia, sed ipse Paracletus eiusmodi Ordinem disposuit &c. tum probè intellige, quanto Sacerdotes honore, quanta dignitate, quanta Spiritus S. gratia dignata fuerit. Recordemur hinc eius quam supra ostens. 2. nu. 1. ex Augustino vidimus sincerae traditionis notæ, quam hic Chrysost. pronunciat, & non restabit nisi euidenter Catholice Conclusionis illatio: Ergò Sacramentum Ordinis traditum est, quid enim sibi vult: non alia quauis creata potentia, sed &c. at transeo.

6. Verum Spalatenf. allatæ authoritati in hanc formam obstipa ceruice obuiat dicens: num. 41. Chrysost. nihil aliud habet, in ordinationibus Deum concurrere, & peculiari modo ordinariè operari, quod est verissimum: sed hinc Ordo non habet, vt sit Sacram. confessio etiam fidei coram Tyrannis habet hanc promissionem, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini &c. & hoc verissimum esse quis dubitet? num igitur talis confessio & prädicationis propterea erit inter Sacramenta noua legis reponenda? Congregatio etiam duorum aut trium in nomine Christi habet promissionem & effectum illud, in medio sum, & tamen tales Congregationes & Concilia non sunt sacramenta, & qui dederit calicem aquæ frigida, habet à Christo certans

Inuisibile
vi trans-
formatur
ordinatus
ex Laico
in Sacer-
dotem.

Diuisione
Ordo dis-
ponitur.

Resp. Spal.
ad Chrys.
auth. n. 41

promissionem mercedis, nunquid ergo porrigere calicem aqua in nomine Christi erit noua legis Sacramentum? Possemus sexcenta etiam alia hinc Sacramenta numerare.

Refutatur
predicta
inflantia
ex istis
verbis
Chryf.

7. At paulatim Marce Antoni, nec enim Chrysofomi mentem allequeris cum eam non comitatis; dic oblecto à qua potentia deriuatur, instituitur, disponitur Sacerdotium quod in terra adhibitis sensibilibus cæremonijs diuinitus constitutis peragitur seu communicatur? tu humanam, nos cum Chrysofomo diuinam Pareclei accersimus potentiam, excludentes omnem principalem creatam potentiam, vide ergò quid tu, vide quid Chrysofomus dicat. Item cum Chrysofomus ordinariam, in Ecclesia Dei perpetuò duraturam publicam ac solemnem sacra initiationis cæremoniã (Ordinationis) diuinitus in ea positam reuerenter, ac magna cum religione commemorat, vt quid tu ad humanas confugis actiones, priuatas, omni verè fideli saltim in necessitatis articulo ex charitatis lege communes, morales, nulla speciali institutione cæremionali, sed sola morum ordinatione necessarias? an ergò ita confessio fidei coram Tyranno duratura est in Ecclesia perpetuò omnibus sæculis, etiam cum persecutio defuerit, aut cum fuerit extremis temporibus vnus Passor & vnus ouile? non putem, at durabit etiam tunc Sacerdotium, vtique si lex durauerit, an duorum vel trium congregatio in Christi nomine materia tibi videri posset iustificans an iustificanda? ò vanam calumniam, nec minùs frigidè de portedo calice aquæ frigidæ argutaris transfuga, vt Chrysofomum quam posses longissimè vel albis quoque vt aiant equis (si tamen in Angliam decrepitus ac depontanus thori nundinator fugere potuisti eques) effugeres. Vnicum hoc tibi ad summum è sexcentis, quæ te adferre posse ia-

Quid re-
quiratur
vt aliquid
sit Sacra-
mentum.

ctas, concesserim, fortè martyrium, esto Sacramentum non sit, gratiam tamen ex opere operato conferre, sic tamen, vt certum velim, id non præstari per ipsum velut per solemnem cæremoniã ad hoc diuinitus cum perpetuitate institutam, sed ex diuina dispensatione, ob actum martyris heroicum & feruentissimum, quando omnium alias carorum carissimū pro Deo exponit. Denique si nugæ Marci Antonij aliquid vltra Teruntium valent, videntur erat ipsi, vnde sua illa bina quæ confitebatur Sacramenta probaret, cum etiã ijs gratiæ promissio simili tenore vt confessioni fidei annectatur, præterquam quod in proposito non id solum dixerit Chrysofomus, vt ostensum est.

8. Hieronymus ad cap. 68. Isaia: Plerique nostrum Chirotoniam, id est, Ordinationem Clericorum, qua non solum ad imprecationem vocis, sed ad impositionem impletur manus, nescilicet, vt in quibusdam risimus, vocis imprecatio clandestina. Clericos ordinet nescientes, sic intelligunt, vt assumant testimonium Pauli (scribentis ad Timotheum: manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis &c. sicut ergò in ordinationibus malorum particeps est peccatorum qui tales constituit, sic in ordinatione Sanctorum particeps est eorum iustitia, qui bonos elegit: itaque non priuata & furtiua, sed aperta cæremonia, adhibitis sensibilibus manuum verborumque signis sacram Ordinationem perfici aprè declarat Hieronymus, nec gratiam sic conferri solitam reticet, quando grande piaculum arguit eorum, qui indignos, id est, gratiæ obicem ponentes consecrant.

Idem tom. 3. contra Vigilantium c. 1. inuehitur in quosdam pseudo Episcopos, qui Diaconos nō ordinabāt nisi matrimonium cōtraxissent, & nisi pregnantes viderent vxores Clericorum, infantesq; de vlnis matris vagientes, Christi Sacramenta non tribuebant.

Cur mar-
tyrium nō
sit Sacra-
mentum.

Hierō. refi-
expediunt

Aliud e-
in/d. refi.

Spalat.
Hieron.
aut hor
tem, je
vult in
colla su
mittere

Augus-
author
pro Sac
Ordin

Chara
Ordin
semper
manet
ordinat

Cur martyrium nō sit Sacramentum.

Agnoscit Spalat. Hieron. auctoritatem, sed nō vult illi eola submittere.

9. Spalatensis nūm. 9. agnoscit hoc loco Ordinem ab Hieronymo inter Sacramenta recenseri, & merito, neque enim alia Sacramenta falaces illi Vigilantiani negabant continentibus, cum subdatur ibidem, nisi tumentes vteros viderint seminarum, maritos earum Christi ministerio arbitrantur indignos. qua ergo fronte superiùs relatam glossam Hieronymo assuere molitus fuerit, qua obstinatione quamque robusta impudentia hic post clara & agnita eiusdem verba maluerit recalcitrare, potius quàm tanti Patris Catholice sententia succollare, miretur Lector.

10. Idem denique Sanctus in dialogo contra Luciferianos perpetuus est in analogia Sacramenti Ordinis, quæ illi cum Baptismo interest, & ex eo arguit Ordinationem ratam firmamq; esse, quia Baptismus à Luciferianis collatus, ratus habebatur, videatur ibid.

Testimonia Quinti Saculi. 400.

Augustini auctor. pro Sacram. Ordinis.

1. Augustinum magno conatu in uertoris patrociniū trahere nititur Spalatensis, præterdicens eum non nisi duo Sacramenta agnouisse, operosiùs ergo tantisper inuestigandum, quid de Ordinis Sacramento senserit doctus Afer.

2. Imprimis tom. 6. de bono coniug. cap. 24. Si fiat Ordinatio Cleri ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis Ordinatus Sacramentum Ordinationis, & si aliqua culpa quispiam ab officio remoueat, Sacramento Domini semel in partito non carebit, quamuis ad iudicium permanente. Hinc pateat Ordinem & Sacramentum esse, & ministri improbitate amitti non posse, vtrumque negat Spalatensis, affirmat Augustinus.

3. Tom. 7. lib. 2. contra Parmen. cap. 13. Nam illud quod quidam eorum (Donatistarum) veritate conuicti dicere cœperant, Baptis-

mum quidem non amittit qui recedit ab Ecclesia, sed eius tamen dandi amittit, multis modis apparet frustra & inaniter dici: primò quia nulla ostenditur causa, cur ille qui ipsum Baptismum amittere non potest, eius dandi amittere possit: vtrumque enim Sacramentum est. & quadam consecratione datur, illud cum baptizatur, istud cum ordinetur, ideoque in Catholica v-

trumque non licet iterare: nam si quando ex ipsa parte (Donati) venientes etiam Præpositi pro bono pacis correcto schismatis errore suscepti sunt, & si visum est opus esse ut eadem officia gererent que gerebant non sunt rursum ordinandi, sed sicut Baptismus in eis ita Ordinatio manet integra, quia in præcisione fuerat vitium (quod vnitatis pace correctum est) non in Sacramenti, qua vbiunque sunt, ipsa vera sunt: & cum expedire hoc videatur Ecclesie, ut Præpositi eorum venientes ad Catholicam Societatem honorem suum ibi non administrent, non eis tamen ipsa Ordinationis Sacramenta detrahuntur, sed manent supra eos, ideoque non eis in populo manus imponitur, ne non homini sed ipsi Sacramento fiat iniuria, & si quando ignoranter sit nec animose defenditur factum, sed corrigitur cognitum, vena faciliùs impetratur, Deus enim noster non est dissensionis sed pacis, nec Ecclesia eius Sacramenta in eis qui ab Ecclesia recesserunt, sed ipsi qui recesserunt inimici sunt. quinque hic Ordinem Sacramentum legis.

4. Lib. 1. contra Donatistas cap. 1. Sacramentum Baptismi est quod habet qui baptizatur. & Sacramentum dandi Baptismi est, quod habet qui ordinatur: sicut autem baptizatus si ab vnitato recesserit, Sacramentum Baptismi non amittit, sic etiam Ordinatus si ab vnitato recesserit Sacramentum dandi Baptismi non amittit, nulli enim Sacramento iniuria facienda est, si discedit à malis, vtrumque discedit, si permanet in malis vtrumque permanet. sicut ergo acceptatur Baptismus, quem non potuit amittere, qui ab vnitato discesserat, sic accipiendus est Baptismus quem dedit ille, qui Sacramentum

Non reiteratur Ordo ut nec baptisma, & cur.

Non reordinantur præcis ab Ecclesia tunc reuertuntur.

Character Ordinis semper manet in ordinato.

Sacram. Ordinis nō amittunt recedentes ab Ecclesia.

Aliud e- in s. d. test.

Dandi cum discederet non amisit, nam sicut redeuntes qui priusquam recederent baptizati sunt, non rebaptizantur, ita redeuntes, qui priusquam recederent ordinati sunt, non utique rursus ordinantur, sed aut administrant quod administrabant, si hoc Ecclesia utilitas postulat, aut si non administrant, Sacramentum Ordinationis suam tamen gerunt, & ideo eis manus inter Laicos non imponitur. meridiem neget, qui hic claritatem desiderat.

5. Lib. 2. contra Parmen. cap. 13. Sed si nos male facimus, ipsi explicent quomodo Sacramentum baptizati non possit amitti, & Sacramentum Ordinati possit amitti: quoniam dicunt, recedens ab Ecclesia Baptismum non amittit, ius dandi tamen amittit: si enim utrumque Sacramentum est quod nemo dubitat, cur illud non amittitur & istud amittitur? Neutri Sacramento iniuria facienda est, si sancta malos fugiunt utrumque fugiat, si sancta in malis inuolabiliter remanent, utrumque maneat. Si dixerint: Baptismus in sola vera Ecclesia recte habetur, cur non potest dari ubi non recte datur, cum possit haberi ubi non recte habetur? an quia habere illud est, aliud non recte habere: sic & non dare aliud est, aliud non recte dare, sicut non recte habent qui ab unitate discedunt, & tamen habent, & ideo redeunti non redditur &c. Semper ergo Baptismum cum Ordinatione quoad notionem irreiterabilis ac veri Sacramenti componit, indubitatum supponens (neque enim id hic ex professo probat, quandoquidem Donatistæ non negabant) Ordinem esse Sacramentum, tam enim constans erat eo tempore huius veritatis professio, ut non extarent quantumcunque effrontes Hæretici, qui vel dubitando infringere eam attentarent, unde ait Sanctus, utrumque Sacramentum est quod nemo dubitat, excipe scilicet moderni sæculi temeratores Sectarios, qui nisi Ordine impugnassent, suam confusionem ac prophanitatem inuchere non poterant.

Aliud est habere sacramentum, aliud male habere.

Innocentius I. epist. 2. cap. 3. cum dixisset Clericos hæreticos ad pœnitentiam receptos non debere in dignitatibus pristinis suscipi, reddit rationem [quoniam scienter ab illis recipientes Baptisma non recipiunt Spiritum sanctum, quia ipsi perfectionem Spiritus quam acceperant amiserunt, nec dare eis plenitudinem possunt, quæ maximè in Ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius quam per fidem dixerim perdidit] vide in Ordinationibus plenitudinem gratiæ Spiritus accipi & communicari, quæ res indubiè ad Sacramenti pertinet efficaciam.

6. Apud Theodoretum lib. 4. cap. 13. e legans de more Consecrationis Episcopalis recensetur historia: Cum ergo Ariani inuitandum Lucio hæretico tradidissent (orthodoxum) reluctabatur, nec se id passurum esse dicebat ut ab eo initiaretur, qui sciret Spiritum S. ad illius inuocationem nunquam descensurum. Nouerat utique vir ille Sanctissimus in legitima manuum impositione sacramentum confici, ac Spiritus S. gratiam communicari, cæterum, quia cum hæreticis periculosa nimiumque contagiosa videbatur illa communio maximè per sacramentorum susceptionem, quæ ut potè seuerè ab Apostolis interdicta venturæ gratiæ aditum præclusisset, vnctionem suscipere detrectauit.

Idem Theodor. ad c. 5. prioris Corinth. circa istud: Manus eisdem nemini imposueris, ait: Oportet prius excommunicare vitam eius qui ordinatur, deinde in ipsum inuocare gratiam Spiritus.

7. Patres Concilij Chalcedonensis canone 2. Si quis Episcopus propter pecunias Ordinationem fecerit, & non venalem gratiam in venditionem deduxerit, & propter pecuniam ordinauerit Episcopum vel Archiepiscopum, vel Presbyterum vel Diaconum &c. qui hac tentasse

Theodoretus testis pro gratia sacramentali Ordinis.

Test. L. nis P.

Test. A. nisi. 2.

Test. Pr.

Grande peccatum indigno ordinare

Concil. Brac. 15.

Luculentum test. Chalced. Concilij, ad idem proposu.

conuictus est, de proprio gradu in periculum ueniat. Audis gratiæ non uenalis collationem in Ordinatione.

Test. Leonis Pap.

8. S. Leo Magnus epist. 87. cap. 1. vnicuique nostrum dicitur: manus citò non imposueris &c. quid est citò manus imponere, nisi ante etatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam discipline sacerdotalem honorem tribuere non probatur? & quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis est ille, qui non meruit ordinari? quis ergo dissimulare audeat quod in tanti Sacramenti perpetratur iniuriam?

Test. Anast. 2.

9. Anastasius 2. epist. ad Anast. Imp. c. 7. Nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos Sacerdotes siue Leuitas secundum canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij pestis laesionis attingit, quo forsitan per iniquum tradita Sacramenti gratia minus firma videatur. & c. 8. seq. ideo eo ipso Acacius malè bona administrando sibi tantum nocuit, nam inuolabile Sacramentum quod per illum datum est alijs, perfectionem suæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit &c.

Testimonia sexti Seculi. 600.

Test. Prim.

1. PRIMARIUS ad cap. 5. 1. ad Timoth. exponens illud: manus citò nemini &c.] non est leue peccatum mittere margaritas ante porcos, & dare Sanctum canibus, & Ordinationem Clericatus nequaquam Sanctis, & in lege Dei doctissimis, sed a seclis suis tribuere & viliū effectorum ministris. manuum ergo impositio Sanctum quid, & indignis obicem ponentibus nequaquam indulgendum describitur.

Grande peccatum indignos ordinare.

Concil. Brac. 1. 67.

2. Concilium Bracarense 2. cap. 3. Placuit vt de Ordinatione Clericorum Episcopi munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo acceperant gratis dent: non aliquo pretio gratia Dei & impositio manuum remundetur, quia antiqua definitio Patrum in de Ecclesiasticis Ordinationibus statuit dicens: A-

nathema sit danti & accipienti. en gratiam manuum impositioni copulatam.

Test. Greg.

3. Gregorius Magnus ad 1. Reg. c. 10. in ea verba: Tulus Samuel lenticulam olei, inquit: Hoc profectò hac vnctione exprimitur, quod in S. Ecclesia nunc etiam materialiter exhibetur, quia qui in culmine ponitur, Sacramenta suscipit Vnctionis: quia verò ipsa Vnctio Sacramentum est, is qui promouitur, benè foris vngitur, si intus virtute Sacramenti roboretur &c. Samuel in Principem vncit, Deus autem ei cor aliud innuit, quia sacrorum Ordinum Sacramentum ab Ecclesia Doctoribus foris accipimus, sed Sacramentorum virtute ab Omnipotenti Deo interius roboramur, virtus vero Sacramenti gratia est spiritus septiformis. Habes quicquid Sacramentale Ordini attribuendum est.

Quicquid sacramentum continet, in Ordine agnoscit Greg.

Idem ad cap. 16. in ea verba: & dictum est, Spiritus Domini in Dauid in die illa &c. ita loquitur: Spiritus quippe Domini post Vnctionem dirigitur, quia foris Sacramenta percipimus, vt intus S. Spiritus gratia repleamur, foris namque homo, intus Deus operatur & non homo, foris namque homo vngit, intus se spiritus dirigit: quia Ordinem Religionis homo homini præbet, sed in eum cui Ordo datur, Spiritus dirigitur, vt foris sublimitatem suscipiat Ordinis, & intus robur S. Spiritus, foris Ordo committitur, vt qua Deus sum agere debeat, intus dirigitur Spiritus, vt quod iniungitur potenter agat. hæc extrema vocula, vt cæteras transeam clarissimas, specialiter innuit intraneum Characterem, cuius beneficio (vtrique cum sit ipsamet instrumentalis potestas) potenter seu validè ministerium perficitur.

Deus principaliter gratiam causat in Ordine

Testimonia septimi Seculi. 600.

1. Sanctus Maximus ad cap. 3. Dionysij de Eccles. Hierarchia: Non decet aliquem in sacro gradu constitutum manus aliquid Ordine suo facere, Presbyteri debent docere & munus offerre, non autem ordinare,

Authoritas S. Maximi pro Ordinis sacramento.

Diaso.

Diaconi debent docere non autem baptizare (ex se quasi ex officio scilicet & principaliter) non enim dāt Spiritum S. itaque à contrario sensu, qui ordinat conformiter ad gradum suum nempe Episcopus, initiando confert Spiritum S.

2. Huc itidem confert dictum cuiusdam viri spectatæ modestiæ (apud Nicephorum lib. 12. c. 14. post Sozomenum c. 1c.) qui nuncupabatur Martyrius, hic cum (vti ibidem narratur) à beatissimo Nectario in Diaconatus Ordine se cooptandum intelligeret, fortiter restitit, vitæ prioris allegando crimina, cui instabat Nectarius, se quoque multis obnoxium criminibus, Episcopatu quem gerebat non minus esse indignum, at replicans Martyrius: Tu, inquit, bene nuper admodum per Baptismum, omnem labem abluisi, cum etiam Episcopalem dignitatem es consecutus, vtrumque enim & sacrum lauacrum, & munus Episcopale delictorum esse remedium & expiationem ex sacris constitutionibus nouimus. Obscurior quidem isthæc locutio est, attamen proposito non modicum seruit, cum & Baptismum Ordinationi comparet secundum illustriorem supra ex D. Augustino recitatam Analogiam, & gratiæ infusionem in consecratione comitem vtrunque exprimat, gratiæ enim infusio tantæ est virtutis, vt licet Ordo sit Sacramentum viuorum, possit per accidens delicta abluere quod per se competit Sacramentis mortuorum Baptismi & penitentia, quod clarius exponitur inferius in autoritate Haymonis.

Testimonia octauæ Seculi. 700.

1. **A**uctor Ordinis Romani, qui claruit Anno 730. inter Orationes quæ super ordinandos effunduntur, hanc quoque habet: Exaudi nos Domine, & super hos famulos tuos N. & N. benedictionem Sancti

Spiritus & gratia Sacerdotalis effunde virtutem, vt quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos, perpetuam muneris tui largitatem consequantur. Da quæsumus Omnipotens Pater in hos famulos tuos Presbyterij dignitatem, in noua in visceribus eorum Spiritum sanctitatis, vt acceptum à te Deus secundi meriti munus obtineat, censuramq; morum exemplo sua conuersationis infinuent. Ritus iste sat indicat Spiritus S. Charismata virtute consecrationis descendere in Ordinos.

2. Tharadius Patriarcha epist. ad Adrianum Papam de non faciendis pecunia ordinationibus: Quem admodum Diuinus Spiritus est Christo Deo nostro consubstantialis, eos eiusdem futuris partibus cuiuslibet manifestum est, vt fuit demonstratum, si autem venditur, absque vlla dubitatione clarum est, non esse eis S. Spiritus gratiam Sacerdotij scilicet sacrosanctam dignitatem, nemo emit gratiam, gratis accepisti, gratis date &c. Sacerdotium ergo gratiam nominat cum suscipitur, sumpto scilicet à concomitantibus vocabulo.

Testimonia noni Seculi. 800.

1. **H**aymo in ea verba: noli negligere gratiam] Gratiam appellat hic fidem & sapientiam, atque remissionem peccatorum, & gratiam Episcopatus quæ per prophetiam data est illi, quia prophetia Spiritu reuelante cognouit Paulus Timotheum dignum esse Episcopali honore. Gratiam igitur ac eam quidem etiam quæ natura sua remissiuua est peccati, si quod inuenerit, hoc est sanctificantem in Ordinis Sacramento confitetur Haymo, hæc enim sibi volunt verba ista; atque remissionem peccatorum.

2. Pro quo intelligendo supponenda est receptissima scholasticorum distinctio, nempe Sacramentorum alia per se conferte primam gratiam, veluti sunt Baptismus & Penitentia, quæ ob id Sacramenta mortuorum aptè nominantur, reliqua

verò

Martyrius
cur ordi-
nari refu-
git.

Exprimi-
tur Mar-
tyrij dicti.

Infusio
gratiæ in
Ordine
probat
ex Ordine
seu Ritua-
li Romano.

Test. Thar.

Non tradi-
tur Simo-
niacis gra-
tia.

Test. Hay.

Notanda
distinctio
de Sacra-
mentis quæ
a quibus
confertur
in rû, ali-
mortuor.

Spalaten-
calumniam

Confutatio
dictæ cali-
niæ Spala-

Halluci-
natus M.
Anton. in
Ordine
nesciens d-
stinguere
gratiam
gratis dat-
à gratum
faciente.

vero *viuorum* Sacramenta (sic dicta quod primam gratiam supponant) de se non nisi ad secundam gratiam, hoc est, auctiorem conferendam instituta sunt, cum modo aliquo speciali gratuiti effectus, Confirmatio videlicet ad robur, Eucharistia ad nutritionem. Ordo ad ministrandum cum decentia puritatis &c. sic tamen vt etiam hæc posteriora per accidens nonnunquam primam gratiam, ac proinde peccatorum remissionem operentur, verbi causa si quando aliquis inculpabiliter ignorans se in mortali crimine constitutum, bona fide isthæc suscipit.

3. Hac ergo cautela subintellecta discursus Haimonis procedit sine offendiculo, vt & superior illa Martyrij Diaconi supra citata ad Nectarium replicatio de remissione peccatorum per Ordinis Sacramentum obtenta, vt mirum sit Spalatensem in ea rodenda, taxandaque ne quidquam ferid maligneq; voluisse occupari: sic enim ringitur num. 4. dicens: *Martyrius Ordinem peccatorum expiatiuum facit sicut & Baptismū, sed non eodem modo sunt expiatoria, nam Baptismus per modum Sacramenti id facit, & est proprius & proximus ipsius effectus; Ordo verò neque per modum Sacramenti, neq; proxime expiationem peccatorum attingit, sed remotè, idè enim Ministri ordinantur, vt ministrent Sacramenta, qua sunt peccatorum expiatiua.*

4. O plumbeum pugionem: sanctificatur initiatus tantum vt sanctificet, ergo cum potestate sanctificandi alios nullam simul recipit gratiam sanctificantem qua idoneus minister efficiatur? nempe noluit Spalatensis, distinguere inter vtrumque huius Sacramenti effectum, sub vno Charismatis nomine (vt supra ostendimus) comprehensum, gratiam scilicet sanctificantem, & gratis datam, quarū ista quidem ad proximum sanctificandum & remittenda aliena peccata confertur ordi-

nato; illa verò sanctum idoneumque facit talis potestatis susceptore, proinde si qua in eo inueniat piacula sub culpabili ignorantia (alia enim ad Pœnitentiæ Tribunal spectant) ea expiat, operando per accidens remissionem peccatorum, vt dictum est. Quod autè præmiserat Marcus Antonius peccatorum remissionem esse proprium Baptismi effectum, ac proinde Ordini neutiquam competere posse, si quidem hic etiam Pœnitentiæ Sacramentum elidere conatur, antiquam collegarum Hæreticorū canit cantilenam, nec redarguendus est, nisi quod facta hac hypothese pugnātia loquitur, dum & solum Baptismum peccata remittere ait, mox verò in plurali *Sacramēta* peccatorum expiatiua cōmemorat. Non mirum, quanta enim Poëcis fingendi, tanta Nouatoribus licentia est sibiipsis contradicendi, at pergo.

5. Nicephorus Philosophus, qui claruit Anno 820. in Orat. funebri de S. Antonio Patriarcha ita inquit: *Præceptor eius ducit ad illum qui tunc tenebat clauem Pontificalem Ciuitatis Regiæ, vt initiaretur Chrismate Presbyterij: tres extreme dictiones diuinæ aliquid sanctificationis spirant, nec putandū Presbyterium vnquam Chrismatis nomine vocandum fuisse, nisi crederetur intrinsecam Spiritus S. adiunctam habere vnctionem.*

Testimonia decimi Sæculi. 900.

1. **R**eginon Prumiensis 2. par. Chronici de Carlomanno refert, adhuc puerulum fuisse Diaconatus Ordine insignitum, & Altari ministralle: *Post hæc, inquit, per apostasiam recedens ab Ecclesiastica Religione, abiciens & spernens gratiam qua ei data est per impositionem manus, alter Iulianus efficitur, collecta quippè pradonum &c. Gratia Sacramentali quam Diaconatus Ordine susceperat Carlomannus, iniurium fuisse narrat hic Auctor.*

Testim.
Nicephori
Philosophi.

Test. Reginon.

Notanda
distinctio
de Sacra-
mentis quod
a iura di-
cuntur vi-
ta rû, alia
mortuorū.

f. Thar.

tradi-
Simo-
cis gra-

f. Hay.

Spalatensis
calumnia.

Cōfutatō
diæ cali-
nia Spalat.

Halluci-
natus M.
Anton. in
Ordine
nesciēs di-
stinguere
gratiam
gratis datā
à gratum
faciente.

Test. Theophyl.

2. Theophylactus in c. 10. Lucæ, ubi de varijs Ordinibus gradibus differuisset, subdit: illis ergo seruis distribuit decem mnas, hoc est dona, que unicuique data sunt in utilitatem, omnis enim cuiusq; data est præsidentia, etiam si indignus fuerit, donum habet ex vocatione sua, id quod magnum diuina misericordia Sacramentum est, dona igitur ex diuina institutione in sacerdotibus dispensantur etiam indignis, quantum attinet ad Characteris effectum.

Ordinis character hic clare innuitur.

Item in cap. 1. 2. ad Timot. super ea verba, *admoneo te vt resuscites gratiam Dei] gratiam, ait, Spiritus, quam accepisti ad presbiteriam Ecclesie, & c. vt hanc semper exerceas & florentem facias. Quæ est in te: in te quidem habitat ipsa gratia quam accepisti cum imponerem tibi manus, quando te Episcopum & eligebam & consecrabam.* Expositio clara nec alterius expositionis indiga.

Testimonia vndecimi Saculi 1000.

Test. B. Petri Damiani.

1. **B**Eatus Petrus Damianus opusculo 6. lib. qui appellatur gratissimus cap. 3. sicut non humana virtuti aut potestati Baptismus adscribitur, ita & qualibet Ecclesia consecratio ad illum per omnia necesse est, vt referatur, operante siquidem in vtrisque multiformi gratia Dei, vt & illi absolutionem obtineant peccatorum, & isti prouehantur ad spiritualium Ordines dignitatum, illi exuti veterem cum actibus erroris nouum induant hominem, isti tanquam Sacerdotes Dei induantur iustitia, illi quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscant, isti vt perueniant in mensuram ætatis plenitudinis Christi, operatur in illis vt fiat filij adoptionis, in istis autem vt sint ministri & dispensatores mysteriorum Dei, illi namque per spiritum renascantur: isti eodem modo disponente Spiritu, iam vt filios Dei generent, præferuntur quam eleganter simul ac perspicue doctissimus Pater non tantum Ordinis cum Baptismate in gratia efficienda conuenientiam, sed & mira antithesi vtriusque Sa-

Differetia inter gratiam Sacramentalem Ordinis & Baptismi.

cramenti ex sacramentalium effectuum diuersitate discrimen enunciat, vt vltro rei veritas oculis se ingerat.

Idem cap. 6. addit: *Indubitanter igitur credendum est, quod si consecratio cuiuslibet Ecclesiastici Ordinis intra Catholicam fiat Ecclesiam, in vnitatem videlicet Orthodoxæ fidei, vt in vtroque nimirum recta sit fides (directiua videlicet intentionis:) quidquid bono per bonum traditur, hoc etiam malo per malum efficaciter exhibetur; quia Sacramentum hoc non ministrantis vel ministraturi pendet merito, sed ex ordine Ecclesiastica (supposita diuina) institutionis, & inuocatione diuini nominis.*

Item cap. 9. Tria profecto præcipua Sacramenta in Sancta frequentantur Ecclesia, Baptismus videlicet, Corporis & sanguinis Domini salutare mysterium, & Ordinatio Clericorum & c. super ordinationibus autem Clericorum frequens idcirco disputatio non processit, quia duobus illis Sacramentis euidenter expositis haesitandi de tertio locum dubietas non inuenit, at inuenit malignitas qua post priores nostrorum temporum Hæreticos in hoc genere insolentior extitit Spalatenensis.

Tria Sacramenta præcipua que ex Damiano.

Nulla vngquam dubitatio apud orthodoxos de Ordinis Sacram.

2. Iuo Carnotensis serm. de significat. indument. Sacerd. vnguntur, ait, manus Presbyteris & Episcopis, vt cognoscant in virtute Spiritus sancti hoc Sacramento gratiam consecrandi accipere, & opus misericordie erga omnes pro viribus exercere debere. nempe id per Charisma Presbyterij supra compendiosius insinuarat Nicephorus, quod explicatius eloquitur Iuo, qui etiam in epist. 180. id confirmans, aliam quoq; contra Spalatensem oportunam inferit sententiã, ita scribens: vt Sacramentum ordinationis quantumuis ab Ordinatoribus Ordinationem illicitè vsurpantibus semel acceptum manet in ordinatis. sic Sacramentum Coniugij, quamuis ab inobedientibus Presbyteris, manet in coniugatis quia virtutem Sacramentorum cassare non possunt. praua merita vsurpatorum, quod quidem Spalatenensis existimat,

Test. Iuonis Carnot.

Sacramentum Ordinis vsurpatum illicitè adhuc manet in ordinatis.

Test. Hus.

Authent. Heduz. sic.

Authent. Magistri sententiarum.

Cur testes aduersi contra hæresim Spalaten.

marat, nimis facilis ad Presbyterorum seu etiam ipsius Presbyterij exauctorationem.

Testimonia duodecimi Saeculi. 1100.

Test. Hug. 1. **H**Vgo de S. Viatore libr. 1. erudit. Theol. ca. 32. ita prosequitur: Post caetera Ecclesiae Sacramenta de Ordinibus restat agendum, septem igitur sunt Ordines ministrantium in Ecclesia, videlicet Ostiarij, Lectores, Exorcista, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri.

2. Stephanus Heduenensis lib. de Sacram. Altaris cap. 9. de Ordine Presbyterorum scribit: Propterea Oleo Sancto manus unguuntur, per quod gratia Spiritus S. ei collata significatur, etenim in vnctione visibili, qua est Sacramentum spiritualis vnctionis, datur potestas ligandi atque soluendi. Gratiae ergo in Sacerdotali consecratione fideliter meminit Stephanus, quae tamen an immediatè per vnctionem illam visibilem, an verò ad manuum impositionem proximè recipiatur, discutiam infra.

Authoritas Magistri sententiarum.

3. Floruit hoc eodem saeculo Magister sententiarum, qui dist. 24. in 4. sententiarum tam conspicuè Ordinem Sacramentum esse comprobatur, ut meritò eum nobis testem irrefragabilem condonent Aduersarij, cum proinde reliquis succedentium scholasticorum torrens ad ipsa vsque Sacri Tridentini Concilij tempora, ac deinceps perpetuo consensu secutus est.

4. Libuit expatiari non nihil prolixius per istas duodecim saeculorum periodos, carptim, quod ex probatis scriptoribus fiebat obuium dumtaxat libando, ne aut omnia adduxisse viderer, (quippè quod in recessibus Doctorum veterum infinita alia pro Ordinis Sacramento conspiciantur testimonia) aut si omnia adducere niterer, mole testium molestus fierem: fat est Spalatensem cum suis còtinua hac per tot Centurias deducta Doctorum concatenatione strictim vinxisse, vt ne effugij aut

tergiuerfationis restet locus: constatq; eo ipso Ecclesiam in Florentino ac Tridentino Concilio nò temerè, sed ex antiqua Patrum fide tulisse sententiam, quod & in caeteris praestitit definitionibus vt egregiè monet Lerinensis ca. 32. [Quod si qua à nobis sunt prolata testimonia perpendunt, auctoritati etiam tot Procerum quibus innituntur, credant. Si solas scripturas propria interpretatione extortas recipere se simulent, etiamsi è mortuis Canonici scriptores surgerent, nec illis crederent, cum Ecclesia qua scripturas probat non credant.]

Authoris conclusio.

§. IV.

Spalatensis aduersus Patrum Testimonia temeritas retunditur.

1. **T**Am illustres, omnique exceptione maiores testes detestari apertè nò ausus Antonius, velut saepia a terrimum eis liquorem offundit, nouam quandam eructando diuersionem, quatenus per tenebras astutus tenebrio elaberetur. Primum enim numer. 29. fingit se recipere, quod manuum impositione perficiatur clericalis Ordinatio, ex Dionys. cit. Cypr. lib. 1. epist. cap. Concil. Nic. cap. 9. Concil. Antioch. can. 10. & 17. Nicæno 2. can. 14. Meldensi cap. 58. Theodoret. lib. 4. hist. cap. 14. & 21. Hieron. in Isaiam cap. 58. Ambros. de dignit. Sacerd. cap. 5. & 1. Tim. cap. 4. quorum etiam verba allegare audet, mox tamen alio se torquens inquit, huiusmodi nihilominus manuum impositionem nequaquam pertinere ad Sacramentum, nam, inquit, à Christo instituta non est, vt in ea consisteret Ordinis Sacramentum, sed ab Apostolis adhibita est, tanquam Orationis efficacia pars, vbi preces pro aliqua particulari persona adhibebantur, vt factura est, inquit, in Diaconorum institutione & Barnaba & Pauli segregatione, quia enim Ministri Christi plurimum indigent diuina gratia ad vite suae munera obtinenda, in ipsorum deputatione efficaces adhibendas

Conatus Spalatensis ne conuincatur ab antiquitate videatur.

Eludit ergo primo testimonium obijciendo fuisse ebriam rotoniam rem sacrã, sed non ad sanctificationem à Christo institutam.

Tria Sacramenta praecipua que ex Damiano.

Nulla vnquam dubitatio apud orthodoxos de Ordine Sacram.

Test. Iuani Carnot.

Sacramentum Ordinis vsurpatum illi citè adhuc manet in ordinatio.

Cur testes sint adducti contra hanc sententiam Spalatensem.

esse duxerunt Apostoli, vt fecit Paulus cum Timotheo, & Apostoli cum per manuum impositionem inuocabant Spiritum sanctum.

Videtur ergo ita sensisse Spalatenfis, Apostolicam manuum impositionem magis fuisse gestum quendam deuotius orantis, vt sunt genuflexio, inclinatio, manuum complicatio & similia, quam signum mysticum aut ceremoniam ipsi ordinato ad gratiam affecutionem necessariam: que quidem si ab ipso Christo instituta non est (vti sine probatione assumit) sed ab Apostolis dumtaxat efficaci orationi adhibita, iam ipsa moraliter tantum ac ad summum, non nisi imperatoriè gratiam procurat ordinato, cum enim Apollolis à Christo potestas auctoritatis, & principalitatis (ad quam Sacramentorum institutio spectat) nequaquam collata sit, vt potè creaturis incommunicabilis, non potuerunt ipsi signa sacramentalia verè efficacia instituere aut determinare, nec quæcunque orationis pars aut ceremonia ipsis inuentoribus excogitata & adhibita sacramentalem habuit efficaciam ad gratiam producendam, cum eiusdem sit deputare instrumeta gratiæ, cuius est eadem principaliter communicare, quod quidè omnem humanam fugit potestatem.

2. Iam verò ex relatis testimonijs liquet efficaciam impositionis manuum talem esse, quæ omnem creatam excedat potentiam, ergo falsum est eam dumtaxat vt gestum orantis & inuocantis Apostoli concurrisse ad sanctificationem ordinandorum.

Item manuum impositio est id per quod adiuncta verborum formula seu prece (vt loquebantur PP.) mystica sanctificantur ordinati, ergo plus aliquid energiæ ei inest, quam si pars dumtaxat efficacis orationis asseratur, neque enim inquit Apostolus ad Timotheum, gratiam qua data est tibi ad precem meam orantis, sed per im-

positionem manuum Presbyterij, nec Ambrosius cit. vult quod ad hominis instantiam, sed per hominem Deus dignitatem & gratiam conferat sacerdotalem, vt causa instrumentalis denotetur, quæ etiam in hoc genere scripturarum phrasis est, vt cum dicitur de Baptismo ad Tit. 3. saluos nos fecit per lauarum regenerationis.

3. Insurgit secundò Spalatenfis, probans ex Augustino illas manuum impositiones non fuisse sacramentales, sic etiam de illis in vniuersum definiuit lib. 3. contra Dogmat. p. 16. ita inquit: manus autem impositio non sicut Baptismus repeti non potest, quid est enim nisi oratio super hominem:

4. Respondetur, ex scriptura Patrumque doctrina duplicem manuum impositionem haberi, vnam quidem quæ in Ordinū collatione & in confirmatione adhiberi constat, quam proinde speciali nomine Chirotoniā appellarunt Doctores antiquiores, & eam omninò etiam secundum mentem Augustini supra cit. sacramentalem esse & ob characteris impressionem iterari non posse constat, alteram communem inter prisicos ritus non sacramentalem extitisse concedimus, quando videlicet Apostoli vt prædictum fuerat Marc. vi. super egros manus imponebant (vt melius haberent) aut cum Energumeni exorcizabantur, siue dum reconciliabantur penitentes &c.

cumque istæ manuum impositiones non essent nisi orationes super homines, vt Aug. cit. inquit, nil obstabat quominus repeti potuerint, neque enim erant formulæ sacramentariæ ad consecrandum institutæ: quare fallaciam figuræ dictionis commisit Marcus Antonius, dum ex aliquot modis impositionis manuum concludit de omnibus quatenus Sacramentam quoq, Chirotoniā sacramentalem efficaciam denudaret.

4. Instat tamen tertio: etiam Virgines per manuum impositionem præcipiuntur

Secundo eludit perperam Augustinum obijciens.

Consultatio eiusdem obiectionis.

Duplex genus impositionis manuum traditur à DD.

Manus impositio non erat sacramentalis, reiterari solita.

Refutatur aperte hæc Spalatenfis phantasia euidenti respõsione.

Tertio luso latens obijciens etiam gines Diaconus sus cionia sacra

Refutatur quoque chirotonia minus distincte ordinanda rem my

Haec Co dia mi cri or

Tertia e-
lusto Spa-
latensis
obijciendo
etiam Vir-
gines &
Diaconis-
sas chiro-
tonia con-
secras.

consecrari, ex Concil. Venet. cap. 4. nec tamen idcirco sacramentalé. Ordinis sanctitatem receperunt. Scimus etiam mulieres ad Ordines Ecclesiasticos solitas fuisse cum similibus cæremonijs deputari. Habemus enim in Constitutionibus Apostolicis li. 8. c. 6. de Diaconissa in hunc modum; Ego Bartholomæus dispono: O Episcopo, impones eis manus, presentibus Presbyteris, Diaconis, & Diaconissis, & dices, Respice super hanc famulam tuam &c. imò eadem expressè dicuntur ordinari. Quanta igitur (inquit Tertull.) & qua in Ecclesijs ordinari soleant, qua Deo nubere maluerunt: & de Olympiade quadã narrat Sozomenus: Hanc enim, cum genere esset nobilissima, quamuis iuuenulam, ex quo vidua facta erat, quia ex prescripto Ecclesia egregiè philosopharetur, in ministram Neclarius ordinat. Ideò denique Virginem taliter ordinatam Basilius lib. de Virginit. impollutam Sacerdotem non dubitauit appellare. Quid ergò isti in manuum impositione aliud sublimius suspexere præter meram illam extrinsecam deputationem, seu dedicationem, quando etiam fœminas sub hac cæremonia ordinasse inueniuntur?

Responso, s.
quod talis
chirotonia
multum
differt. ab
ordinan-
dorum cæ-
remonia
mystica.

Hæretici.
Collyri-
diani fe-
minas sa-
crificulas
ordipabāt.

Responsetur, consuetam illam Virginũ consecrationẽ toto genere differre à Chirotonia Ordinandorum, illam enim simplici benedictione peragi solitam testatur antiquitas, hæc alijs operosis ritibus perpetuò summa cû religione obseruata dispensatores Sacramentorum (vt vel ipse Spalatenis supra fatebatur) constituebat, quem gradum mulieribus nunquam Ecclesia, vti nec ambonem Paulus 1. Timot. 12. concessit: solùm Pepuziani referente August. lib. 2. de Hæref. Hær. 27. talem fœminis indulgere principatum, vt Sacerdotio fungerentur, & de Collyridianis narrat Epiphanius hæresi 80. vel 79. quod cum Deiparæ Virgini ceu Deæ cuiquam locassent Aras, fecerant in ijs panem à fœminis

in nomine Deiparæ ritu sacrificio offerri, quin & ipsdem antiquior Tertull. lib. de præscript. simile quidpiam de sui temporis hæreticis testatum reliquit, inter eos nonnullas mulieres in eam procacitatem desipuisse, vt baptizare, & sacerdotalia munera exercere præsumperint, tantum abest quod Ecclesia vnquam huius leuè admiserit Sacerdotes.

6. Quod autem Virgines alicubi liberalius etiam impolluta nominentur Sacerdotes ab orthodoxis, impropria locutio accipienda est, quemadmodum & sacrificium laborum, hostia proprii corporis & huiusmodi, quæ Deo votis Virginibus velut Christianis Vestalibus paræneticè attribui solent: colligitur hoc perspicuè satis ex Chrysolog. term. 108. cum illa Apostoli verba: obsecro vos vt exhibeat corpus vestra hostiam viuam &c. exponens ita ait: Apostolus rogando sic omnes homines ad sacerdotale fastigiũ prouexit, hoc est ad aliquam similitudinem analogiam, subditque O inuidium Christiani Pontificatus officium, quando homo sibi ipsi est & hostia & Sacerdos, quando homo non extrinsecus, quod Deo est immolaturus inquit, quando homo secum, & in se, & quod pro se est, Deo sanctificaturus adportat, quando & eadem manet hostia, idem permanet & Sacerdos, quando hostia mactatur & viuus, Sacerdos nescit occidere qui lit auit: mirum sacrificium vbi corpus sine corpore, sine sanguine sanguis offertur. & mox: Hoc sacrificium Christi descendit ex forma, qui Corpus suum pro vita seculi vitaliter immolauit, & verè Corpus suum fecit hostiam suam viuã, quia viuus occisus, in tali igitur victima mors expenditur, viuus hostia, mors punitur: en elegantem huius analogiæ rationem, quam deinde in martyribus speciatim exprimit, vti & Basilius in deuotarum Virginum Martyrio increuto.

7. Diaconissæ verò, eo quod ad quædã externa ministeria in Baptismo fœminarũ, aliaque

Quomodo
Virgines
vocentur
Sacerdotes
à Patri-
bus.

Chrysologe-
dictum si-
mile expen-
ditur &
similiter
exponitur.

Secundo e-
ludit per-
perã An-
gustinum
obijciens.

Consuetu-
tio eiusdem
obijctionis.

Duplex ge-
nus imposi-
tionis
manuum
tradiunt à
DD.

Manus
impositio
non erat
Sacramen-
talis, reite-
rari solita.

*Qua erit
Diaconif-
a, & quod
nam offi-
cium exer-
cebant.*

aliaque Templi seruitia per manuum im-
positionem seligebantur, id nominis obti-
nerunt, non quod eis aliqua sacri mune-
ris portio competeret, vnde idem Clemēs
lib. 8. Constitut. Apost. c. 28. declarat: *Dia-
conissa neque benedicit, neque facit aliquid eorum
quae Presbyteri aut Diaconi faciunt, nisi quod ia-
nuam custodit, & Presbyterū ministrat cum bap-
tizantur, idque propter decorem & honestatem.*
Accedit quod cum in Concilio Nicæno
can. 19. expresse caueatur ne Diaconissis
imponerentur manus, sed vt omnino ha-
berentur inter Laicas, manifestè distingui-
tur illa sacramentalis Chirotonia ab altera
communiori manuum impositione seu
simplici benedictione, caueatur enim, ne
quæ hoc pio ritu benedictæ fuerant, se-
cundo quoque illo sacramentali benedicerē-
tur, quod confirmat Epiphanius loco cit.
inquit: *diligenter obseruandum est, solum Dia-
conissarum officium ad Ecclesiasticum Ordinem
(nempe ad munia illa & obsequia à Cle-
mente assignata) necessarium fuisse, ac viduas
quidem nominatim expressas, & inter illas qua-
eque Presbyteras vocatas, nunquam Pres-
byterissas aut Sacerdotissas esse factas, nam neque
Diaconis quidem ipsis vllum in Ecclesiastico Ordi-
ne Sacramentum perficere conceditur, sed hoc dū-
taxat, vt eorū quae perficiuntur ministri sint; vnde
nā igitur recōs illa nobis est excitata fabula? vnde
hic mulierum fastus, vel muliebris potius furor?*

*Obiectio 4.
eiusdem
Spalatensis.*

8. *Instat quare* Spalatēsis: *& sanè* (inquit)
sunt ex nostris Scholasticis qui expresse asserunt
manuum impositionem non esse sacro Ordini es-
sentialem sed accidentalem.

*Resp. ad
eamdem
obiectionē.*

9. *Respondeo:* Quodcunque horum dica-
tur (nam etiamnum id sub quaestione est
inter scholasticos) saltem certū est per hanc
manuum impositionem Ordinationis Sa-
cramentum, si non essentialiter, saltem ac-
cidentaliter perfici, semperque apud Pa-
tres eā distingui ab illa nuda impositione
quæ simplicem benedictionem continet.

10. *Instat quinto:* Hanc manuum imposi-
tionem in Ordinationibus verè ad diuinā
gratiam precibus implorandam olim ad-
hibitam, plerique (quos risit Hieronymus
in cap. 58. Isaia) eō fieri solitam arbitrati
sunt, vt ipsa manuum impositione super
caput ordinandi moneretur & signaretur
is, qui vocis imprecatione ordinabatur, ne
alioquin clandestina putaretur & incerta
Clericorum Ordinatio. Hanc interpreta-
tionem Scriptores Catholici illorum tē-
porum venati non fuissent, si ipsa imposi-
tio manuum fuisset certa & constans, ec-
clesiastica, & sacramentalis in Ordinibus
conferendis cæremonia, nam & Christus
Dominus manus imposuit super pueros,
orando tamen & non ordinando.

*Obiectio 5.
eiusdem
Spal.*

11. *Respondeo:* Non tantum ad diuinam
gratiam implorandam, quam ad eandem
efficaciter illic producendam (vt ex Pa-
tribus citatis liquidum est) illam manuum
impositionem fieri solitam: neque tam ad
indigitandum cum inter cæteros qui or-
dinabatur, quam ad eundem consecran-
dum visibili cæremonia, &c. certitudo ve-
rò clericalis ordinationis ad huiusmodi
Chirotoniæ actionem publicam refere-
batur non per se ac simpliciter, sed ex ad-
iuncto, quia nimirum in præsentia pro-
miscui Cleri talis Ordinatio celebraba-
tur, & hic sensus est illorum Scriptorum
Ecclesiasticorum, non is quem sibi com-
miniscitur Aduersarius, vnde perperam
sacramentalis illi denegatur efficacia; ne-
que illa à Christo Domino super pueros
facta manuum impositio quidquam facit
ad propositum, cum non esset ad denotā-
dum sacramentalem effectum sed tantum
ad communem benedictionem.

*Resp. ad
eamdem 5.
instantiā.*

*Resp. ad
eamdem
obiectionē.*

12. *Instat sexto:* præmittens palamque iā
concedens, in scripturis ac dictis Patrum
apertè manifestari, quod in hoc sensibili
signo gratia conferatur, citatque can. 1.

*Quid ma-
nuum im-
positio
Christi
Domini
super pue-
ros signifi-
carit.*

*Sexta ob-
iectio Spa-
lat.*

Conc.

*Christi
Domini
per potes-
tem ex-
lentia c
ferebat
Sacram
absequ
eram.*

Conc. Chalced. August. in qq. vet. & noui Test. Nyss. lib. de Baptif. quorum verba in classe Patrum supra citata sunt, at mox subinfert num. 33. Hoc tamen non efficit vt in Ordinatione verum cogamur admittere Sacramentum, quia iam, inquit, ostendimus, gratiam hanc, & hunc diuinum operationis concursum non esse vlli externa caremonia à Deo alligatum, vt infallibiliter adsit semper, & tamen nullus ritè ordinatur, in quo gratia hac præsto non sit & hic concursus.

Non potuisset sanè impudentiùs ineptire ridiculus Protheus, quam id quod supra totis lacertis lacerare atque conuellere conabatur, hic concedendo, muniendoque ex agnita scripturæ Patrumque sententia, & nihilominus auctæ rationem Sacramenti adhuc inficiando, ad instantiam ergò inconstantem.

13. Respondeo: magna æquiocatione nutare hanc quam adfert seque probasse putat, propositionem: Diuina gratia nulli externæ caremonix alligata est. Si enim hunc prætendit sensum, quod potestas excellentiæ Christi totam se absolutè ac simpliciter ad sensibilia signa non restrinxerit, quin extra ordinaria iustificationis instrumenta gratiam quoque conferre possit, certum est sic diuinam gratiam nulli externæ caremonix esse alligatam, ita enim patuit in Magdalena Lucæ 7. remittuntur ei peccata multa; in Paralytico Marci 5. dimittuntur tibi peccata tua &c. at hic sensus Spalatensi nil auxiliatur, cum sic nullum omninò Sacramentum agnoscere debuerit; si verò id dicere voluit, Christum sua illa excellentiæ potestate nulla sibi visibilia signa delegisse quibus tanquàm instrumentis ordinariè gratiam in fidelibus operatur, eoque sensu illis tanquam canalibus gratiam alligasse dicatur, rursus vnico ictu euertitur tota omnium Sacramentorum Oeconomia, nec vel Baptif-

num quidem habebimus reliquum. Denique si hoc intendit Nouator, gratiam nulli externo Ecclesiæ Symbolo tam strictè necessarioque colligatam esse, quin illud nonnunquam applicetur sine gratuiti effectus consecutione (id quod in omni Sacramento accidere posse compertum est, at ex subiecti obicem opponentis indispositione, non ex Sacramenti vacuitate) iterum aut nihil dicit, aut simul omnia Sacramenta rejicit, cum vel Baptismus ipse indignè susceptus nullam cõferat gratiam sanctificantem. Sic ergò ritè, id est, dignè Ordinis Sacramentum non suscipi fateatur, attamen validè, vbi gratiæ ponitur obex.

14. Instat denique septimo: prætendens Ordinationem à PP. vocari Sacramentum propter similitudinem quam habet cum vero Sacramento, licet ipsa reuera Sacramentum non sit, ac idcirco duntaxat, ait, August. toties eam Sacramentum vocat, & gratiam conferre contendit.

Confirmat, nam vbi de vero proprieque dicto Sacramento est quæstio, idem August. non nisi duo tantum agnoscit Sacramenta, quæ clarè & expressè pateant à Christo esse instituta, sic enim loquitur epist. 118. vnde Sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatione præstantissimis societatem noui populi colligauit, sicut est Baptismus Trinitatis nomine consecratus, communicatio Corporis & Sanguinis eius. & si quid aliud in scripturis canonicis commendatur. & subdit ipse [habet igitur Ordinatio gratiam & semper habet si sit legitima, alioquin non habet, quantumcunque & manus imponantur, & verba proferantur, non tamen illam per modum Sacramenti per certam caremoniam, sed ex sola deputatione legitima autoritate in legitimam personam à Deo præelectam, & morali aliquo modo humano manifestatam facta.]

Septima instantia Spalat.

Confirmatio eius scilicet ex dictis Aug.

Obiectio 5. eiusdem Spal.

Resp. ad eandem 5. instantiam.

Resp. ad eandem 6. obiectionem.

Christus Dominus per potestatem excellentiam conferrebat ritè Sacramenti absque Sacramentum.

quid maius imitatio Christi homini per puer significationem. Obiectio Spal.

15. Respondeo hic omninò dignosci, quam longè à se Spalatensis cum religione frontem ne qua erubescere posset. depopuerit, quis enim sic vnquam explicauit Augustinum? aut si ita omnia eius dicta explicari possunt de locutionis impropriate, quæ tandem erit rerum certitudo? puter certè insigne mendacium, cum Augustinus non ex Ordinis cum alijs Sacramentis leui similitudine, sed perpetua ferè cum Baptismo vniuatione tam clarè profiteatur Ordinem Sacramentum esse, vt vnico verbo vtrumque complectens dicat, *vtrumque esse Sacramentum*, expendantur eius loca superius allegata de bono coniugali cap. 4. 1. contra Parmenianum cap. 13. de Baptismo contra Donat. c. 1.

Resp. ad confirmationem.

Non ex co- no Patre sed alijs colligendus sensus Ecclesia.

August. duo Sacramenta ali- bi nume- rans cæte- ra non ex- cludit.

16. Ad confirmationem cariosam totiesque tritam (nam totidem verbis eam à Lutero, Caluino, alijsque per duellibus mutuam suis in crustauit nænijs) dicendum primò: hanc esse quæstionem facti, admiseritne plura quam duo Sacramenta Augustinus: quare imprimis non ex solo Augustino, sed ex cæteris quoq; Patribus at texenda erateius dogmatis contestatio, si nostrum cupiebat pondus paris appositionis pondere eleuatam, at sic vel ipso monstrante Lutero inuenisset Spalatensis apud vetustissimum Dionysium non minus quam 6. Sacramenta.

Item, si Augustinus citatus duo tantum Sacramenta nominans cætera non excludit, clarum est, argumentum M. Antonij esse ab auctoritate negatiua, vt si arguatur S. Augustinum illic non expressisse tres Personas Sanctis, Trinitatis, ergò nec tales dari ex mente ipsius, quod ridiculum nimisque puerile est: Quod si nominato Baptismo & Eucharistia subiunxisset, nec aliud ab huius in scripturis expressum inuenitur aut commendatum: aliquid pro Spalatensi colligi poterat, nunc verò cum dixerit Sanctus,

& si quid aliud in scripturis Canonicis commenda- datur, quis non videat vltiorem Sacra- mentorum numerum potius insinuari quàm excludi? sicut si, cum Spalatensis in Angliam secederet, regio edicto mandatū fuisset, omnes Angliæ Episcopi mariti sunt, & si quis alius è Romana vniione transfuga huc se recepit, certè non credidisset M. Antonius se tali lege arceri à nuptiarum priuilegio, sed ferè expressè in- cludi.

17. At, inquiet, saltim ea sola agnosci vult Augusti, Sacramenta quæ in scripturis expressa sunt.

18. Respondeo, etiam id falsum esse, factum est ex mente Augustini ea qualitercunque in scripturis commendari, siue insinuari obsecurius, dummodo apertius deinde ex Apostolica traditione colligantur, ita enim ipse docuit in 3. de Doctrina Christi. ca. 9. dicens quod Sacramenta, ipse Dominus & Apostolica tradidit disciplina.

19. Denique si Augustinus loco apud Spalatensem cit. nullum vltius, post illa duo, agnoscat Sacramentum (quod tamen falsum ostendimus) quid dicet ad eundem Augustinum alibi post eadem duo admittentem etiam cætera, idque non hypotheticè, sed absolutè legatur in Psal. 103. vbi inquit: *Multa mali habent pulchra Dei dona, nemo negat, sed vide cum quibus communia, respice ad munera ipsius Ecclesia, munus Sacramentorum in Baptismo, in Eucharistia, in cæteris sacra- mentis, hoc cunctis est vbi que non nisi duo agnoscere? imò videatur in Psal. 141. occasione Sacramenti Confirmationis, quo frons Christiana Crucis ignominiam erubescere dediscit, integrum septenariū compendio modicæ periodi complectès, cum enim de Confirmationis signaculo dixisset, vsque ad eam de Cruce non erubescio, vt nō in occulto loco habeam Crucem Christi, sed in fronte portem, mox infert: multa Sacramenta*

Instanciam!

Solutio.

Plura quæ duo August. non Sacramen- ta.

Quæ- rime- ore q- in fro- quæ d- totū c- excipi-

De sin- vjemp- vjnt.

aliter atque aliter accipimus (audi multa non duo tantum) quadam, sicut nostis, ore accipimus, quadam per totum corpus accipimus, & quia in fronte erubescit ille, qui dixit qui me erubescit &c. ipsam ignominiam quodammodo, & quam Pagani derident, in loco pudoris nostri constituit, audis hominem insultare impudenti, & dicere frontem non habere &c. impudense est,

Quaedam sacramenta ore quadam in fronte, quadam per totum corpus accipimus.

regat eam Crux Domini mei, id est, muniatur Confirmationis Sacramento ad hoc instituto, ne Christum erubescamus. In fronte ergo accipimus Confirmationem, ore nonnulla alia, ut Eucharistiam, ac Pœnitentiam, quam ore confici scribit August. in Psal. 102. conc. 2. dicens: Cum audis hominem confitendo proferre conscientiam, iam de sepulchro eductus est, sed non iam solutus, quando soluitur? a quibus soluitur? qua solueritis, inquit, in Terra erunt soluta & in Cælo; quod fit cum ore profertur absolutio: similiter Ordinis Sacramentum, quod quidem fit teste S. Thom. præcipue per translationem potestatis ab ordinatore seu Consecratore, maximè in ore administrantis accipitur, propter quod Augustinus vel quicumque sit auctor q. 2. ex qq. veteris & noui Test. asserit à Deo dictum esse: Vos ponite nomen meum super filios Israel ego Dominus benedicam eos, ut scilicet gratia per ministerium Ordinantis transfundatur hominibus. Deniq; & in Matrimonio consensus mutuus per verba de præsentem, ore regulariter explicatur, de quo Aug. lib. 1. de nuptijs & concup. c. 11. Coniux vocatur ex prima desponsationis fide. Cætera toto corpore excipiuntur Sacramenta, ut Baptismus in quo conspelimur Christo, maximeque id in antiquo ritu patuit cum trina merfione lustrarentur Christiani, & etiamnum, quando per modum effusionis ac salutaris asperginis adhuc in Ecclesia celebratur. Extrema quoque Unctio, totum peruadit Corpus, cum ea omnes humani corporis sensus il-

liniantur, vnde August. de red. Cath. conuers. tom. 9. inquit: Oleum benedictum ab Ecclesia fideliter petat, vnde corpus suum vngatur &c. Videat nunc Spalatenfis si vbique immò si vllibi ad duo se restrinxerit Sacramenta August. Cæterum quia vario ingenio Sectarij omninò omnes desudant Augustinum transuersum rapere, ne Orthodoxus Sacramentorum Heptastylus tanto præsidio obarmati videatur, dabit veniam benignus Lector, si prolixitate non nihil operosiori ex Augustini armamentario selectas aliquot pro singulo quouis Sacramento præter Bap. & Euch. quasi curtules machinas statuero.

§. 3.

DIGRESSIO ADVERSUS EVNDEM.

Vbi Augustini de Sacramentorum septenario sententia expenduntur, & vindicantur.

1. PRIMUM ergo post Baptismi & Eucharistiæ ratam statam vtrique asseritionem defenditur Confirmatio: lib. 19. contra Faustum Manich. cap. 14. cum dicitur: Si Machabeos cum ingenti admiratione proferimus, quia escas, quibus nunc Christiani licite vtuntur attingere noluerunt, quia tunc pro tempore prophetico non licebat, quanto magis nunc pro Baptismo Christi, pro Eucharistia Christi, pro signo Christi (en Confirmationem) ad omnia perseveranda paratior debet esse Christianus, cum illa fuerint promissiones rerum completarum, hæc sint indicia completarum? idem dicit lib. 5. contra Donat. cap. 19. inquit: quomodo aquam mundat & sanctificat homicida? quomodo benedicunt Oleum tenebræ? si autem Deus adest Sacramentis & verbis suis, per qualeslibet administrantur, & Sacramenta Dei vbique recta sunt, & mali homines quibus nihil profunt, vbique peruersi sunt. 2. contra Peril. cap. 10. Sacramentum Christianitatis in genere visibilibus signorum sacre sanctum est, sicut ipse

Clarè ex dictis Spalat. de mēdacio conuincitur.

Nodū Baptisma & Eucharistia sed confirmatio agnita ab August.

Ad omnia perseveranda Christianus Confirmatione armatur.

Instancia?

Solutio.

Pluraquā duo August. nomina Sacramentorum.

De singulis exemplis datur.

Baptismus, sed potest esse in hominibus pestimis, & iterum: discernere ergo visibile sacramentum, quod esse & in malis & in bonis potest, ab inuisibili vnctione charitatis qua propria est honorum &c. lege eundem in epist. Ioan. 6. & Tractat. 118. in eiusdem Euang. contra Petil. lib. 2. cap. 104. in Psalms. 6. & alibi passim, vbi complura similia per occasionem enunciantur.

Pœnitentiam agnitam quoque pro sacramento ab Aug. ostenditur.

2. Pœnitentiam ex effectu, necessitate, Ecclesiæ ministerio &c. Baptismo comparat in ratione sacramentali. ita enim dicitur in epist. 18c. ad Honorat. an non cogitamus de extrema obligatione, cum ad istorum periculum peruenitur, nec est potestas vlla fugiendi, quantum in Ecclesia fieri soleat ab viro, sexu atque ab omni aetate concursus, alijs Baptismum flagrantibus, alijs reconciliationem, alijs etiam Pœnitentia ipsius actionem, omnibus consolationem & Sacramentorum confessionem & erogationem, vbi si ministri desint, quantum exitium sequitur eos qui de isto seculo vel non regenerati exeunt vel ligati; Idem lib. de adulter. coniug. cap. 28. qua autem Baptismatis, ea reconciliationis est causa, si forte finienda vita periculum præoccupauerit, nec ipsos enim ex hac vita sine arrha sue pacis exire velle debet mater Ecclesia. Eadem ergo causa est administrandi arrham absolutionis periclitanti peccatori, quæ est adhibendi regenerationis Lauacrum Catechumeno moribundo, vtrumque dispensat Ecclesia, neutrum ex priuati hominis potestate, aut, vt Theologi dicunt, ex opere operantis efficaciam sortitur.

Extrema Vnctio ex quibusdam opusculis D. Aug. attribuitur probatur.

3. Extremam Vnctionem nonnulli probare consueverunt ex serm. 215. de tempore: Quoties aliqua infirmitas superuenerit, Corpus & Sanguinem Christi ille qui agrotat accipiat, & inde Corpusculum suum vngat, vt illud quod scriptum est impleatur in eo, infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros. Allegari etiam solet sermo seu liber de Visitatione Infirmorum, ac rectè quidem, nisi huic

supposititium esse partum suspicarentur plures, clarius est, minusque dubitatum quod supra adduxi ex lib. de rectitudine Cath. conueit.

4. Matrimonium attentio externo symbolo, externaque illa cōiunctione per mutuum consensum expressa verum Sacramentum agnoscit Tract. 9. in Ioannem, aiens: Per hoc ergo Dominus inuitatus venit ad nuptias, vt conjugalis castitas firmaretur, & ostenderetur Sacramentum nuptiarum. rem huius Sacramenti, seu fœdus illud nuptiale isto elogio decorat cap. 7. libri de bono coniug. vsque ad eod. fœdus illud nuptiale cuiusdam Sacramentis est, vt nec ipsa separatione irritum fiat &c. & iterum cap. 13. non simulacrum Sacramenti gerere, sed ipsummet tale esse satis declarat dicens: Semel initum connubium in Ciuitate Dei nostri, vbi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam Sacramentum nuptia gerunt, nullo modo potest, nisi alicuius morte dissolui. cap. 18. in nostrarum quippe nuptijs plus valet sanctitas Sacramenti, quam fecunditas vteri. cap. 24. Bonum igitur nuptiarum per omnes gentes est, etiam in fide castitatis, quod autem ad populum Dei attinet, etiam in sanctitate Sacramenti, per quam nefas est, etiam repudate intercedente alteri nubere dum vir eius viuit &c. Sanctitatem Sacramenti suspicit in illo nexu indissolubili Auguff. quem esse effectum supernaturalem hoc ipso satis declarat, & liberius libr. cit. de bono coniug. cap. 7. inquit: Quem non faciat intentum, quid sibi velit tanta firmitas conjugalis? quod nequaquam puto tantum valere potuisse, nisi ex hac infirmitate mortalium quoddam Sacramentum, quod deserentibus hominibus, atque id dissoluere cupientibus, illis maneret ad penam. en effectum supernaturalem, quem Scholastici rem & Sacramentum dicunt.

5. At fortè huius Sacramenti cum Baptismo aliquam ex Aug. comparisonem deside-

Matrimonii agnitum à S. Aug. vt sacramentum.

Nomine sanctitatis nexus indissolubilis intelligitur.

Matrimonii nexum comparatur.

mi ch.
Seri B
pistini

Per
Dita
eran
Aug
lexic
siam
diffe

in chara-
teri Ba-
ptismi.

desideras. audi eundem c. 5. de bono con-
iugali, sic enim ait: *Sicut manente in se Sacra-
mento regenerationis excommunicatur, qui reus
est criminis, nec illo Sacramento caret etiam si
nunquam reconcilietur Deo, ita manente in se
vinculo federis coniugalis vxor dimittitur ob
causam fornicationis, nec carebit illo vinculo et-
iam si nullo modo reconcilietur viro &c.* Vbi
notandum quod, quanquam Augustinus
non ponat in matrimonio talem chara-
cterem qualem in Baptismo agnoscit esse
causam perpetuitatis, apertissimè tamen
vtrumque Sacramentum comparat secū-
dum ea quæ vtrumque suo modo comple-
ctitur, vt sicut in Baptismo inueniuntur hæc
tria, scilicet externum seu visibile elemen-
tum, insuper character omnino perpe-
tuus, & gratia, quorū primum dicitur Sacra-
mentum tantum, postremum res tantum,
ita & in matrimonio mutus consensus
foris expressus dicitur Sacramentum tan-
tum, perpetua verò federis mutui obliga-
tio similis characteri res & Sacramentum,
gratia demum res tantum. Et quoniam
priora duo etiam in connubijs infidelium
intercedunt, non verò tertium, dicente Au-
gustino: *Cōiugium omnibus commune est, san-
ctitas autem Sacramenti non est nisi in Ciuitate
Dei nostri, & in monte sancto eius (vbi per san-
ctitatem Sacramenti gratiam sanctifican-
tem ei annexam intelligunt Hugo de S.
Vi&ore 2. par. de Sac. fidei c. 7. & S. Tho-
mas in 4. d. 31. q. 1. a. 2. & 4. cōtra G. c. 78.)*
idè sat constat ex Augustino diuinitus a-
liquid in Christianorum quàm Gentilium
matrimonio esse suscipiendum, quod Sa-
cramenti rationem complet, quia enim
*Lex diuina apposuit ei supernaturalem quandā
rationem indissolubilitatis, scilicet ex signifi-
catione inseparabilis coniunctionis Christi cum
Ecclesia, vt loquitur S. Thom. cit. intolera-
bile certè, peiorisque conditionis fuisse*

connubium Christianorum quàm Paga-
norum, quando ob hanc significationem
adultera, elephantiaca, rixosa mulier di-
mitti non poterat, nisi meliori bono an-
nexæ gratiæ fuisset compensatum cōmu-
ne iugum coniugum fidelium, seu rigor
tantæ obligationis, vnde oportune de gra-
tia prouisum est, eo quod esset illis maxime
necessaria teste D. Th. vt sic carnalibus & ter-
renis intendant quòd à Christo & Ecclesia nō dis-
iungantur. quæ causa etiam est, cur contra-
ctus iste aliàs merè naturalis ad Sacramenti
dignitatem debuerit eleuari. Hæc pro mo-
dernis fusiùs dicta sunt, vt agnoscant Se-
ctarij, meliora nos quàm ipsos de nuptijs
casto que thoro sentire.

6. Restat vt *Ordinem* cæteris Sacramen-
tis aggreget Augustinus, Lib. igitur 5. con-
tra Donat. c. 20. inquit: *Si ergo ad hoc valet
quod dictum est in Euangelio, Deus peccatorem
non audit, vt per peccatorem Sacramenta non
celebrentur, quomodo exaudit homicidam
deprecantem vel super aquam Baptismi, vel
super oleum, vel super Eucharistiam, vel su-
per capita eorum quibus manus imponitur? en-
qua serie Baptismum, Confirmationem,
Eucharistiam, Ordinem copulat in hoc
quod à malo administrante non euacuan-
tur.*

7. Ex his patet, quàm incautè ineptè;
Augustinum Spalatenis in sui erroris ac-
ciuerit Aduocatum, & tum quidem cum
maximè putaret vno alterove eius verbu-
lo malè intellecto, pertinaciterque appre-
hensio se eum per li ciniam in suas omni-
no partes attracturum; liceat hic mirari
id quod & Gnosticis exprobrauit Irenæus
lib. 5. cap. 13. *Vani igitur & verè infelices, qui
sic manifesta & clara nolunt conspiceri, sed su-
gillum lumen veritatis secundum tragicum Oedi-
podem semetipsos excæcantes; & quemadmo-
dum in palestra insueti concertantes alijs, vnam
quamlibet partem corporis totis complectentes*

Opportundè
de gratia
prouisum
est matri-
monij sa-
cramento
à diuina
largitate.

Ordinem
quoque cæ-
c. Sacra-
mentis
Aug. ag-
gregans.

Funditus
calumnia
Spalat. in
Aug. eua-
chatur.

Pulebra
similitudo
aduersus
refugientes
lucem va-
rietas.

Matrimo-
nii agnitiō
à S. Aug.
vt sacra-
mentum.

Per san-
ctitatē Sa-
cramenti
Aug. intel-
lexit gra-
tiam san-
ctificantē.

Nomine
sanctitatis
nexus in-
dissolubilis
intelligi-
tur.

Matrimo-
nii nexus
comparatur.

manibus, per illud quod deriment cadunt, & cadentes putant se vincere eo quod contentiose teneant, quod primum apprehenderunt membra, super hoc autem quod ceciderunt dersui habentur, sic hæretici duas vel tres dictiones tollentes à scripturis à PP. neque sensum perspexerunt neque virtutem dictionum scrutati sunt; unde autem ipsas dictiones tenentes circa eas moriuntur, vniuersam Dei dispositionem, quantum in seipsis est euercentes. nempè hic ipse successus est Marci Antonij, Augustinum opponentis.

8. Maiori tamen imprudentia dicam an impudentia suum inane cerebrum illi sit authoritati Conciliorum Florentini, & Tridentini, quæ nouit suæ in Ordinis demolitione audaciæ validè contrariari, ait enim, Eorum de Ordine diffinitiones, aut reuerenter de Sacramentis in latiori significatione sumptis interpretandas, aut, si glossari reuolunt, opponetur eis (en ad Triarios recurrit afflictus) neque fuisse verè & propriè generalia, neque ea fuisse à tota Ecclesia Christi acceptata, & approbata, & fortasse ea in multis esse ex diametro alijs antiquissimis ac sacrosanctis in tota Ecclesia receptis Concilij contraria, eorumq; destructiua.

O durum telum necessitas, nempè iam etiam manifestè (mox vt Concilij consonauit rumusculus) non cum Apostolis sed cum Apostaticis miscere dexteris compellitur Spalatenis, cum Arrio Nicænam, cum Macedonio Constantinopolitanâ, cum posterioribus hæreticis succedentes cum modernis modernas Synodos exauertorando, ne arguatur à luce. Benè est, appellatur à Iudice ad Codicem, à Codice ad sensum legitimum, ab hoc quò ad reu, ad seipsum appellat furcifer; retrogradus iste omnium Sectariorum processus est (an fortè etiam ideò hæresis vt cancer serpit?) & ingenuè tibi concedimus M. Antoni hunc tuum appellandi Ordinem

Sacramentum non esse, sacrilegium esse, videantur quæ de Conciliorum notis & auctoritate Tomo 4. nostratum præscrip. propediem in lucem exituro disputamus, cui proindè ceu loco proprio eum laborem referuamus, ne circa extranea ab argumento nostro hic prolixius euageinur.

§. 3.

Offensio Sacramenti Ordinis ex rationibus Theologicis.

1. **V**etus diuerbium est, *Fœnum habet in cornu, caueto*, ex hoc enim signo Prisci Cornupetam agnoscentes Bouem è via acturum se proripiebant; non aliter M. Antonius solerti agilitate forum declinat vbi Scholasticos, ac in eis primum illum Bouem mutum (S. Thomam) sibi sentit imminere: numero enim quadagesimo primo vt honestiùs commodiùque à Scholasticorum cõgressu se subducatur, criminatur eos interdum plus indulgere dialecticis ac ingeniosis humanarum rationu in subtilitatibus ac captiunculis, quàm studio sacrarum literarum, Conciliorum ac Patrum, & post Monarchiam Romanam iam stabilitam exortos esse ac multiplicatos. Verus hæc Sectariorum querela est, cui iam pridem satisfecit Melchior Cano in locis Theol. & nos aliquid diximus tom. I. controu. nec video quibus demum armis agi secum cupiat Spalatenis: postquam Patres & ipsa Concilia iam pernegauit. sit ergo.

2. Prima ac Palmaris ratio ex S. Thoma 4. contra G. cap. 74. sic collecta in aciem: *quandocunque spiritualis aliqua potestas, seu character vnà cum gratia sanctificante traditur sub signo aliquo corporali, hoc dicitur Sacramentum*, ita accidit in Ordinatione, vbi spiritualis potestas sub quibusdam sensibilibus signis hominibus traditur; qualia sunt certa forma verborum, determinati actus, puta impositio manuum, inunctio, & porrectio libri vel

Cali-

Peruersæ
extorsio.
Spalatenis
repugnans
verbis &
sensui Cõ-
cil. Flor.

Non cum
Apost. sed
Apostaticis
dexteris
miscet
Spalatenis

M. Ant. ut
Scholasti-
cos inin-
rim.

Prima ra-
tio ex S.
Thoma pro
sacram.
Ordinis.

In Or-
tradi-
pprius
potest

Inaf

Fract

Calicis, aut alicuius huiusmodi, quod ad executionem spiritualis pertinet potestatis, item hic quoque confertur gratia sicut in alijs Sacramentis, ergo &c. Maior extra controuersiam est, ob receptissimam Sacramenti definitionem, cum dicitur esse id in quo sub tegumento rerum visibilium virtus diuina secretius operatur.

In Ordine
traditur
spiritualis
potestas.

Prima minoris pars de spirituali potestate seu caractere probatur: Omnis minister comparatur ad Dominum sicut instrumentum animatum ad principale agens, ac proinde sicut de natura instrumenti est participare aliquid de virtute principalis agentis, ita & minister aliquam sibi à Domino communicatam obtinet agendi potestatem, conformem, licet non æqualem, potestati auctoritati quæ in Domino reperitur, quomodo etiam quodlibet aliud instrumentum oportet esse proportionatum agenti: at verò homo per Ordinationem specialiter constituitur minister Christi, quatenus is auctoritate & virtute propria (id est, vt agens principale) nostram salutem operatus est, vt dicitur 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros & dispensatores mysteriorum Dei, id est, Sacramentorum, ergo per Ordinationem confertur ordinato aliqua potestas conformis potestati Christi, diuina, spiritualis &c.

Enasfo.

3. Dices hanc spiritualement potestatem ita à Christo in Discipulos deriuatam, vt ab ijs vltius in posteros neququam diffundi potuerit, adeoque modernam Ordinationem Sacramentum non esse, nec illam qua suos Christus iniuit, eo quod perpetuò cum Ecclesia duratura non erat, sicut nec potestas Apostolatus ipsorum.

Fractio.

4. Contra: necessitas ordinandi Apostolos inde erat, quod Christus qui Baptismum iniunxit, & Sacramentum sui Corporis & Sanguinis in cæna dedit & frequentandum

instituit, detrum corporalem sui presentiam erant Ecclesia subtracturus, vnde necessarium fuit vt alios instrueret sibi ministros qui Sacramenta fidelibus dispensarent, quæ quidem est illa ipsa potestas cuius meminit Apostolus 2. Corinth. vlt. Potestatem dedit nobis Dominus in adificationem &c. atqui etiam Discipulorum presentia corporalis subtrahenda erat Ecclesiæ successu temporis, nec minus post mortem ipsorum vsque ad finem sæculi necesse est adificari Ecclesiam, & illa Sacramenta perpetuò administrari, quibus ei applicanda est virtus passionis Christi, qui semetipsum tradidit pro ea, vt illum sanctificaret, mundauit eam lauacro aqua in verbo vite &c. Ephel. 5. ergo eandem spiritualement potestatem etiamnum confert Ordinatione.

5. Altera minoris pars de gratia probatur: Ad diuinam liberalitatem pertinet, vt cui confertur potestas ad aliquid operandum, conferantur etiam ea sine quibus huiusmodi operatio conuenienter exerceri non potest, atqui administratio Sacramentorum, ad qua ordinatur spiritualis potestas, conuenienter non fit, nisi aliquis ad hoc diuina gratia adiuetur, ergo in hoc Sacramento confertur gratia sicut & in alijs Sacramentis.

In eodem
Ordine con-
fertur
gratia.

6. Confirmatur: Impressio characteris cum gratia per solam susipientis indispositionem impedibilis non est veri Sacramenti effectus, atqui ista perficitur in Ordinatione, ergo idem.

7. Vt huius discussus effectus eluderet Spalatensis, primum quasi herbam porrecturus præfatur nonnulla, mox tamen vbi pressissimè stringitur erumpit lubricus, sic ergo numer. 38. respondet: Probant Sacramentum contra nos ex caractere, ex eo quod Ordo iterari non potest, & quia quantumcunque quis factè etiam cum peccato grauissimo ad accipiendum accedat, Ordinem tamen, hoc est potestatem illam accipit, & ita accipit, vt

Enasfo
Spalatens.

quoties actum Ordinis quem accipit consequetur: Hoc ergo quod Ordinatione accipitur proxime & directe etiam seclusa gratia, si quis non vult appellare characterem, appellet vim seu potestatem seu quidpiam tale, quod esse non potest nisi effectus veri Sacramenti. quis hic intelligat, num nostras partes accipiat an verò recenseat tantum? at pergit: Fauet in hoc ipsis Augustinus dicens lib. 2. contra epist. Parm. cap. 11. Spiritus enim Sanctus disciplina effugiet fictum, deest quidem saluti eius ut auferat se à cogitationibus que sunt sine intellectu, ministerium tamen eius non deserit, quo per eum salutem operatur aliorum. Consecratio igitur qua ordinantur ministri habet semper efficaciam per Spiritus sancti presentiam & operationem, & hoc sola vera Sacramenta habent proprium, ut neque dantur neque etiam recipientis indignitas impediatur effectum, quo minus valide si non fructuose & vilitate & dentur & recipiantur. Hactenus bene. At audiamus qua vertigine in gyrum actus se proripiat: Hac omnia, inquit, supponunt ut certum, id quod in ipsa questione versatur, nam probandum prius erat Ordinem esse verum Sacramentum sicut est Baptismus, & tunc optime sequetur ipsum habere suos effectus semper & necessario, saltem characterem, siue quicquid illud sit quo Sacramentum ducitur valide datum & receptum, etiam si ex defectu recipientis, gratiam gratum facientem non operetur, sequetur etiam ipsum esse indelebilem & inamissibilem.

8. Ne mirere fatuitatem istam Lector, si enim qui diu in gyrum agitantur, putant circumstantes domos sedibus emotas pariter in circulum ire, cur non & hæreticus qui circumfertur omni doctrinæ vento putet S. Thomam argumentantem vicioso circulo laborare? Faretur Aduersarius proprium Sacramenti effectum esse characterem, addit Augustinum nobis fauere in eo quod ab Ordine characterem ordinatis imprimi nobiscum dicat, quid

ergo obest conclusioni, proinde Ordine esse Sacramentum, siue discursus iste à priori siue à posteriori scilicet ab effectu ad causam constituatur? sic nec Spalatensi Solem ex luce meridiana demonstrare poteris.

9. At prosequitur exceptionem suam tergiverfator, aliudque exigit: Siue, inquit, saltem à posteriori probent prius in Ordine illa esse nempe characterem & indelebitatem ac inamissionem, & tum ex his probatis optime colligent Ordinem esse verum Sacramentum.

10. Quid? an non ergo spiritualem potestatem ad conficienda, tractanda, dispensanda Sacramenta eamque perpetuam probavit S. Thomas? & quid demum aliud est character in Ordine? Interim nos negamus, inquit, in Ordine ista semper adesse, nam probauimus contrarium, & efficaciam illam ex opere operato non inuenimus. pulchrè, ingeniosè, negandum imò nugandum est ne concludaris. At Augustinus quem ipse adduxisti, affirmat, nobisque patrocinator ac fauet ut ais; quid ad hoc? quin etiam istud negandum est modò: Augustinus enim, inquit, Ordinationem intelligit que fit ordinarie, & modo ordinario ab Ecclesia prescripto, & ut ordinans Pastor sit non Lupus, & ordinatus rite cognitus & examinatus probatusque, promoueatur, tunc enim quantumcunque ordinans sit peccator (exceptis illis grauissimis ut supra) sibi quidem nihil meriti lucratur cum non sit in gratia, ordinatio tamen bene prodest. Hinc vero non sequitur Ordinem esse proprie Sacramentum, sed habere in se aliquid valde simile & proportionale Sacramentum.

11. Augustinus quid intelligat, satis passim euulgat, quando potestate Ordinis tamen indelebilem predicat, ut eam etiam in Hæreticis Episcopis quondam secundum Catholicum ritum ordinatis reuereatur, quam iidem ab Ordinum executione suspendantur, faretur enim ad dignam Ordinum administrationem exigi per Ecclesiam statuta, ut ordinans Pastor sit non lupus, sed

Alia causa
suo vol ex-
ceptio Spa-
latens.

Consecratio
eiusd.

Sub Aug.
verbis se
palliat
Spalat.

Spalatens.
verfus
& malitia
detegitur
sub Aug.
verbis oc-
cultata.

Ex su-
verbi-
liatis
reun.

Alia
instan-

Respo-

Secun-
ratio
proba-
Ordi-
Sacr-

sed ne utiquā hoc Sacramenti attingit substantiam, nam ouis etiam à lupis signata ad Dominicum gregem pertinet, non secus ac moneta etiam à furibus ob signata non iterum cuditur, sed inter regias gazas annumeratur.

At si etiam condonemus Spalatensi nil amplius velle Augustinū, ergo saltem Ordinatio modo ordinario à Pastore nō lupofacta &c. propriè Sacramentum erit, cū saltem in tali indelebilem ac inamissibilem (ipso teste) prædicet characterem Augustinus, consequentia liquet ex ipsius M. Antonij verbis cit. cum inquit: *Et tum ex his probatis optime colligitur Ordinem esse verum Sacramentum. quamquam mox sibi cōtradicat subiungens: Hinc verò non sequitur Ordinem esse propriè Sacramentum. piget his M. Antonij contradictionibus distineri, sat esto, eum non doctrinam tantum sed & phrasim errandi mutuo accepisse à Donatistis, quorum hoc quoque principium erat, Sacramēta à lupis, id est hæreticis collata inualida esse ac proinde iteranda.*

12. Instat quoque aduersus secundam minoris probationem, contendens ex gratiæ collatione non colligi naturam Sacramenti, quia etiam confessioni fidei coram Tyranno promittitur Spiritus S. congregationi duorum vel trium in nomine Christi præsentia eiusdem in medio eorum, operibus misericordiæ certa merces &c. nec tamen hæc cum sexcentis eiusmodi Sacramenta dicuntur.

Responsio. Respondimus suprā, & respondebit quilibet septennis Catechista, aliud esse conferre gratiam ex opere operantis & ex opere operato.

13. Secunda Theologorum ratio est: Illud maximè Sacramentum institui debait, quod ad aliorum Sacramentorum perfectionem ac dispensationem à Christo Ecclesiæ relictum est, atqui talis est pote-

tas Ordinis, quæ licet præcipuè ordinetur ad sacrosanctæ Eucharistiæ distributionem, vt tradit S. Thomas cit. *Quia, inquit, inter Sacramenta nobilissimum & consummativum est aliorum, quia tamen eiusdem virtutis esse videtur aliquam perfectionem tribuere, & ad susceptionem illius materiam preparare, sicut ignis virtutem habet vt formam suam transfundat, & vt materiam disponat ad formam susceptionem, ideo potestas Ordinis, quæ Sacramentum Corporis Christi conficit & fidelibus tradit, oportet quod etiam ad hoc se extendat, quod fideles aptos reddat & congruos ad huiusmodi Sacramenti perceptionem, redditur autem aptus & congruus fidelis per hoc quod est à peccato immunus, non enim potest aliter Christo spiritualiter vniri, cui sacramentaliter coniungitur hoc Sacramentum percipiendo.* Ergo restat vt potestas Ordinis se extendat etiam ad Sacramēta remissiva peccatorum, Baptismum, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem &c. Videatur Ricardus in 4. dist. 24.

14. Tertia ratio: Cætera Sacramenta sunt vasa gratiæ & meritum Christi, instituta ad hominum sanctificationem, & quantum fieri potest condigna reuerentia pertractanda, ergo necessarium fuit illam ipsam potestatem Ordinis, qua certi fideles in Ecclesia selecti & ob eorum reuerentiam segregati efficiuntur digni eorum tractatores, conuenire cum reliquis in sublimi dignitate ac gradu sacramentali, nec esse inferiorem, aut humilioris æstimationis, ergo cum non poterit esse altioris excellentiæ relinquatur esse æquale cæteris in ratione saltem præcisa dignitatis sacramentalis, ne videatur non prouisum alijs Sacramentis de idonea, & quanta par erat, congrua administratione.

15. Plures alias Scholastici speculantur cōgruentias ingeniosas, admodumq; probabiles,

Potestas Ordinis se extendit ad reddendum aptos fideles ad perceptionem Eucharistiæ.

Vltima ratio ad idem probandum.

Scholasticorum rationes

Alia exceptio Spalatens.

Confusio eiusd.

Sub Aug. verbis se palliat Spalat.

Spalatens. verus iustia & malitia detegitur sub Aug. verbis oculata.

Ex suis verbis palatii idem renincitur

Alia Spal. instantia.

Responsio.

Secunda ratio ad probandum Ordinis Sacrament.

vel con-
gruentias
spernunt
Hæretici
inmerito.

babiles, quas tamen non capiunt, aut capere nolunt hæretici, cum palato non sano pœna sit etiam panis, & oculis ægris odiosa lux quæ puris est amabilis, ergo in illis ipsismet quærendum restat, vnde plenè confutentur, nam nunquam rumpitur vipera, quam à propriorum viscerum partu.

§. 4.

Ostensio vltima ad hominem.

Non recipit (aiebat Salomon Prou. 18.) stultus verba sapientia, nisi ea dixerit qua versantur in corde eius: quare dum Concilia, Patres, Scholasticos, aliosque scriptores non recipit M. Antonius, ex ore suo & suorum iudicetur seruus nequam: imprimis Calvinus (cui non vt Apostolis Paulus, societatis dexteram miscuit desperabundus, sed vt Apostata) lib. de vera reformatione. & lib. 4. Inst. c. 3. num. 16. ita Spalatensi contradicit: Licet nullum extet præceptum de manuum impositione, quia tamen fuisse in vsu Apostolis videmus, illa tam accurata eorum obseruatio præcepti vice nobis esse debet, & mox. Hoc postremò habendum est, non vniuersam multitudinem manus imposuisse suis Ministris sed solos Patres; Idem scribens ad Cantorem Lugdunensem ait, se defectu huius manus impositionis pure Laicum & prophanum fuisse. Et licet in primo limine offendat Calvinus nullum de manuum impositione agnoscendo præceptum, videlicet illud Apostoli non penetrans, constituas per Ciuitates Presbyteros &c. tria tamè proposito nostro vtilia suggerit. Primo videlicet religiosam illam nec magno mysterio carentem obseruantiam impositionis manuum Apostolis in vsu fuisse. Secundo, eandem non à promiscua plebe sed ab Hierarcha ac legitimo Pastore fieri solitam. Tertio per eam tale quid communicari ordinato, quo à Laicis distinguatur, firmatus in statu sublimiori, quod quidem

Testimonio Caluini euincitur desperabundus Apostata. Calvinus pro orthodoxis notè testimoniū profert.

an character sit, aut commodè dici possit, viderint Caluini Sectatores. Mihi mirum est, tantundem Caluini calamo excidere potuisse in hac materia, qua tota sua causa penitè euertitur: nam quis Pastor aut Hierarcha Caluino manus imposuit? quis Geneueses Dominos Cōsistoriales creauit Sacerdotes ac Sacramentorum dispensatores? Agnoscite ô miseri Synagogam vestram Sacerdotio destitutam esse, proinde lege, si quid valet Pauli ad Hebræos consequentia: quàm benè in simili proposito (vt dicebam à principio) Hieronymus lib. contra Luciferianos cap. 8. hanc vestram perstringit infœlicitatem dicens: *Hilarus cum Diaconus* (Calvinus cum Laicus seipso teste) *de Ecclesia recesserit, solusque vt putat, turba sit mundi, neque Eucharistiam conficere potest Episcopos & Presbyteros non habens* (vñ & nunc Puritani) *neque Baptisma sine Eucharistia tradere, & cum iam homo mortuus sit, pariter interiji & secta, quia post se nullum Clericum Diaconus* (multò minus Laicus) *potuit ordinare, Ecclesia autem non est, quia non habet Sacerdotes.*

Synagoga protestantiu sacerdotio destituta.

Initio defectio septem sacramentorum professa sunt.

Hilarij Diaconi secta comparatus protestantissimus.

2. At Calvinum fortè excuset M. Antonius, eum in alijs locis ad duo tantùm Sacramenta se restrinxisse. Fateor, at nihilominus idem postea lib. 4. Inst. cap. 14. & 19. §. 31. re meliùs inspecta tam manifestè Ordinem inter vera Sacramenta numerat, vt Bilsonus deuotus Calvinista (qui & ipse hanc sententiam sequitur) eum testem citet in suo illo lib. de perpetuo regim. Eccl. Christi pag 109. hancque mentem esse Magistri sui constanter propugnet. Imò Calvinus ipse loco proximo cit. ne sibi alibi aliter docenti contradicere videatur, inquit, [duo quidem se nonnunquam Sacramenta posuisse, eo quod tunc loqueretur de ijs Sacramentis, qua omnibus fidelibus essent communia.] Ergo Spalatensis non tantùm sapuit quantum Calvinus respuit.

Caluinus Ordine vt sacramentū agnouit

Spalateni omnibus dicitis hæreticos pudens & impudentior

Melanctho
Ordinē in-
ter Sacra-
menta ro-
cenjuit.

3. Philippus Melancthon hic etiam Spalatenſi modeſtior expreſſè in locis ſuis communibus 1552. excuſis Ordinem inter Sacramenta numerat, & quod mirere conſtanter in reliquis editionibus idem aſſeuerat, vt videre licet in editione 1558. & altera 1561. pag. 383. & 384. donec tandem in poſtrema 1566. titulo de numero Sacramentorū manifeſtiſſimè dicat: *Maximè mihi placet Ordinem, vt vocant, inter Sacramenta numerari.* Quid quod & ſub initium ſecefſionis à Romana Eccleſia Proteſtantes omnes ſeptem Sacramenta, ac proinde inter ea Ordinem venerabantur: ita videlicet tum ſentiebant Theologi illi Proteſtantes in Collatione Lipſiæ teſtante Illyrico in ſua exhortatoria ad conſtantiam in agnita Chriſti Religione &c. edita Magdeburgi 1550. Similiter alij Theologi in Colloquio Ratiſbonenſi anno 1541. idem confeſſi fuerant teſte Bucero, qui in Acta memorati Colloq. expreſſè id enarrans: *Proteſtantes (inquit) nō grauatiſſimè admiferunt ſeptem Sacramenta.* quanquam poſtea magis magiſque à veritate Catholica ſe elongātes inuenerint pauciora. quam ergò oportet iſtis peſtilentioſiſſimè fuiſſe Spalatenſem, qui tantis mox paſſibus ab Eccleſia digreſſuſeſt, vt primo etiam ſaltu eo pertingeret, quo cæteri Proteſtantes non niſi paulatim ſunt deuoluti. nempe per poſtā errare cōſtituerat. Nonnulli tamen etiam ex recentioribus Sectarijs in ſana illa de Ordinis Sacramento ſententia perdurant, præterquā enim quod Virgiſtus in deſenſ. pag. 389. & ſeqq. de Diaconatu complura veritati conſentanea profiteſtur, inter cætera eum *diſtinctum Ordinem eſſe à Sacerdotio & quaſi gradum quēdam ad illud* (quod iam conſtanter defenditur in Eccleſia Anglicana) Bilſonus quoque citatus, & Hookeſius Eccleſ. Politicæ lib. 5. ſect. 77. pag. 230. eandem amplectuntur; Kemnitius licet

contrariæ cum ſuis adhæreſcat, fateſtur tamen noſtram apertè ex cit. illo Cypriani de ablut. pedum ſermonè colligi, vt autem ſe ab irreuerentia excuſet, ſubiāgit in examine p. 2. pag. 7. Sermonem illum Cypriani nō eſſe. Similia ex antiquitatis archiujs narrat Centuriatores, vnde Ordini Sacramenti dignitas propugnata manet, dicunt enim Cent. 4. col. 435. *Conſtitutiones Concilij Laodiceni Ordinationes iudicio multitudinis fieri prohibuerunt.* ibidem poſt pauca: *ac pro ijs apud eum Episcopum penes quem ius eſſet ordinandi precabantur, quemadmodum ex epiſt. 4. Baſilij & Gregorij, eiſdemque ad Cæſarienſes 30. apparet.* ibid. col. 489. *Ordinatio Miniſtrorum propria erat Episcopis &c. de ſacramentum impositione* ibid. col. 435. *Recitat Theodoretus rursus & alios ritus &c. vt genibus flexis ad ſacramentam adſiſtere, & in frequēti populi conuentu manus imponere, qui ritus inde ab Apoſtoliſſimis (à Chriſto) in omnium locorum Eccleſijs diutiſſimè haſit.*

4. At Spalatenſi ludus eſt quicquid ex Patrum ſcriptis traducitur, quicquid de Concilijſ recitatur, certè non ſic Caluiniiani ipſi in confeſſ. fidei quam Beza Geneva Poſſiacum detulit, vbi cum art. 2. diceretur. *Tres perſone non ſunt conſuſe, ſed diſtinctæ, eiſdem eſſentia, æternitatis, & equalitatis,* mox additur: *& in hoc admittimus quod determinatum fuit per antiqua Concilia, & deſteſtamur omnes ſectas & heræſes, qua reiecta fuerunt per ſanctos Doctores videlicet S. Hilarium, S. Athanaſium, S. Ambroſium, S. Cyrillū.* quod ſi ergo in nominibus perſona & eſſentia, quæ in ſcripturis non reperiebantur expreſſa, ad antiqua Concilia & Patres conſugiunt, vt quid in Ordinis Sacramento ijs reiectis niſi mera ſcriptura (quam quidem etiam hic non nimis expreſſè loqui fateſtur) exigitur?

5. Ad Spalatenſem reuertor, ſi fortè auctoritatem ſaltem ſuam propriam in varijs

Initio ſua
deſecefſionis
ſeptem Sa-
cramenta
profeſſi
ſunt.

Hilarij
Diaconi
ſecta com-
paratus
proteſtan-
tiſſimus.

Caluinus
Ordinē vt
ſacramen-
tū agnouit

Spalatenſis
omnibus
diſtis Ha-
reticis im-
pudentior
& impru-
dentior.

Censura
tores ex
antiquita-
te ſeruentur
Ordinem
agnitū vt
Sacramen-
tum.

Caluiniſta
ſe recipere
ſaſſi ſunt
prima
quatuor
Concil.

*Videtur à
veritate
facitur
Spalat.
gratiam
causari in
Ordine.*

hinc inde sparsum dictis dignabitur admittere ac sustinere: is ergo iuuipius multoties immemor, n. 32. ait [effectum gratiæ quem semper manuum impositio videtur operari, & in Scriptura sacra & in Patrum libris manifestari] adducitque loca 1. Timot. 4. 2. Timot. 1. Concil. Chalcedon. c. 2. Aug. qq. vet. & nou. Test. q. 93. Nyssænũ serm. de Baptismo nu. 49. Pro causalitate gratiæ admittit Cyp. serm. de ablat. pedũ, Chrylost. & nu. 45. externum Symbolum impositionis manuum, denique n. 43. mādatum acceptat, siue diuinam institutionem in istis verbis, *Hoc facite in meam commemorationem.* Atqui ex communi quoque Protestantium sententia, Apolog. Augustana c. 13. vbicunque est mandatum, symbolum, & promissio gratiæ, reperitur tota ratio Sacramenti, ergo cum horum nihil desit Ordini, fatente Marco Antonio, vti que & ipse erit Sacramentum.

*Vi anguila
resistit à
sua confessione.*

6. Sed Versipellis elabitur nu. 43. de nouo criminans, illam manuum impositionem non esse ceremoniale vel sacramentale signum, sed preces dumtaxat & orationes continere. Non esse adhibitam nec præceptam à Christo. Non habere promissionem gratiæ, quia quod principaliter recipit ordinatus est, vt possit conficere & ministrare Sacramenta. Hoc autem, subdit, *tam perfecte ad effectum perducit ipse Sacerdos si sit in gratia, atque si sit in peccato mortali, vt concedunt Scholastici omnes, non ergo Ordo est eo institutus vt dignè quis possit ministrare, sed absolute vt possit ministrare: atque adeo secũdũ ipsos Ordo non minus recipitur ab inimico atque ab amico Dei: & in gratia Ordinis est efficacia operãdi id ad quod ordo siue officium ritè datur: ex hoc enim quod quis sit legitime ordinatus, mira facit, que non ipse facit qui ordinatus non est, sed Ordo & officium ipsum quod suscipit, hoc est Deus, qui plantat & rigante homine, dat incrementum & fructum, etiamsi ille qui plantat*

*Sophisma
M. Anton.*

& rigat, aridus in se sit & infœcundus, sicut enim inquit Ambrosius in 1. Corint. 12. qui dicit: Dominus Iesus, in Spiritu sancto dicit qualisuis sit, ita & in loco Ordinis officij Ecclesiastici peritus gratiam habet, qualisuis sit, non vti que propriam, sed Ordinis per efficaciam Spiritus S. unde & inter initia dicit, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus; & paucis interiectis; diuisiones autem gratiarũ sunt officijs Ecclesiæ nõ humanis meritis deputatæ, & hoc est opus operatum non operantis.

7. Quam subtiliter cum Bombycibus filare nititur, cum sit Araneus, qui tamen hoc tãtum assequitur, quod è proprijs visceribus seipsum illaqueat moriturus; certè eodem damno suo Scholasticum columtricis suis torquere gestit Spalatenfis, vt mox ostendemus, dum tamen primo cauillum diluerimus.

7. Notandum ergo, quædam esse Sacramenta, quæ ad propriam tantum vniuscuiusque sanctitatem ordinantur dum suscipiuntur, alia verò quæ præter sanctificationem suscipientis etiam commune bonum Ecclesiæ respiciunt, quando illi de Sacramentorum ministerio prouidetur: primi generis sunt Baptismus, Confirmatio & alia, in secundo censetur Ordo: primum igitur totus finis est in eo qui gratiam suscipit, qua in filiorum Dei numero reponatur, secundi autem generis finis quidem integer & adæquatus est sanctificatio cuiusdam personæ priuatæ in ordine ad sanctificationem totius cõmunitatis ac bonũ publicum Ecclesiæ. Non ergo excluditur à ratione Sacramenti Ordo, quanquam principaliter ad sanctificationem Ecclesiæ tendat, nam saltim *per se secundo* peculiari quædam sanctitate ipsummet quoque initiatum perfundit, decebat enim vt calcantes oliuam vel vvas, oleo quoque ipsi mutoque non fraudarentur; Et si ergo primo & per se ex vi Sacramenti character recipia-

*Duplex
Sacramen-
torum ge-
neris, quod-
dam primi
bonũ pri-
uatam,
quoddam
bonum cõ-
munitatis
Ecclesiæ
respicit.*

*Soluitur
sophisma
allatum à
Spalat.*

*Grati-
tur li-
liter à
ordine
ad re-
vsum
rame*

*Grad-
Mini-
rũ m-
indig-
sancti*

tur (qui etiam vt dispositio ad propriam gratiam saltem natura prius illa communicari sat probabiliter à multis putatur) si tamen obex nō fuerit, gratia quoque admiscetur; cū enim Dei perfecta sint opera, non sufficit diuinæ largitati quomodocunque fecisse ministrum, sed idoneum ministrū, cui ad vsum suæ potestatis competentē ac congruum adiuncta sit gratuiti cuiusdam Charismatis liberalis inunctio, & hic est finis adēquatus institutionis, videlicet collatio potestatis cum gratia sanctificāte ad dignum illius vsum, quem finem assecutus erat Apostolus cum gloriabatur 2. Cor. 3.

*Gratia datur liber-
liter à Deo
ordinatis
ad rectum
vsum Sa-
cramenti.*

fecit nos idoneos ministros noui Testamenti, non litera, sed spiritu, ita enim decebat Spiritum S. ministros sibi createm, quomodo si quidem sub sacrilegij maledicto à Sacramentorum ministris exigitur, vt dignè ea administrent cum decenti puritate, reuerentia, mundaque tractatione, si iisdem nulla conferebatur personalis sanctitas (quantum quidem est ex virtute initiatiōnis) ad dignè ministrandum.

7. Esto igitur ex caractere præcisè id habeat Ordo vt simpliciter ministrare possit ordinatus, nō tamē vt dignè id possit, si abfuerit gratia sanctificans. Item gradus ministrorum ac præcipuè Sacerdotū (vt potè mediatorum inter Deū & Populum) tantus est in Ecclesia, & porro ob reuerentiā Dominicæ Carnis tantus esse debuit, vt priuata quæcunq; sanctitas ad eius obeunda munia nō sufficeret, reprimere- turque præsumptio cuiuslibet de populo exiliētis, ac se ex tempore sacris ministerijs ingerere cupientis. prætenfa scilicet sufficiēti sanctitate, ergo aut sine competēti ac speciali quadam ministri sanctitate perpetuo Sacramenta administranda erant in Ecclesia, non volente aut non valente Spiritu S. dignum aliquod rāto officio annectere auxiliū gratiæ, aut (quod intendo) huic mi-

*Gradus
Minist-
rū magna
indiget
sanctitate.*

nisterio annexa est gratia sanctificās certa aliqua specialis auxiliij energia modificata, ad quam sub tali modo conceptam per reliqua Sacramenta nō poterat perueniri.

8. Nunc taxamus Spalatenfis è dictis suis argumentum: Gratia secundum te nō est nisi efficacia operandi id ad quod ordo siue officium ritè datur, vt absolute & simpliciter quis possit operari, seu est id per quod legitimè ordinatus mira facit, quæ non ipse facit qui ordinatus est, sed ordo & officium (character, dicimus Catholici) ipsum quod suscepit, & Deus principaliter nempè qui plantante & rigante homine etiam in se sicco dat incrementum, & hoc totum est opus operatum & non operantis, ergo dicendum est Ordinem esse verè & propriè Sacramentum, secundū omnia etiam ab Aduersario ad eius rationem requisita. Probatur consequentia: nam efficacia externo symbolo tradita non habetur nisi ex opere operato & à Deo, vt fate- tur M. Antonius, ergo cum illa sit supernaturalis, non ex vi naturali symboli exterioris, sed diuina virtute eleuante symbolum causatur, atque producitur, atqui vbi hæc tria concurrunt, symbolum, institutio, effectus gratiæ supernaturalis ex opere operato, est Sacramentum, ergo &c.

9. Quid dicet ad ista M. Antonius? no- uam pro Theologis grammaticam com- miniscitur, dicitq; opus operatum sic accipiendum esse, vt tota actio Ministri Sa- cramenta conficientis nō quidem sit actio potestatis alicuius aut operantis caracte- ris, sed opus operatum à Spiritu Sancto, per solam eius assistentiam efficacem, opera- tur enim is ordinariè cum Ministro suo non solum in Sacramentorum tractatio- ne, sed etiam quando docet, instituit, euā- gelizat, hoc enim illud propriè, plantanti & irriganti dare incrementum, & illud, o- perari Petro in Apostolatū &c.

*Argumē-
tum strictū
ad hominē
cōtra Spal.
ex suis dā-
ctis.*

*Spalaten-
sis nouā
gramma-
ticalem cō-
miniscitur
soluionē.*

*Duplex
Sacramē-
torum ge-
nus, quod-
dam primū
bonū pri-
natam,
quoddam
bonum cō-
munitatis
Ecclesia
respicit.*

*Soluitur
sophisma
allatum à
Spalat.*

*Secd vultus
idem M.
Antonius
di Fuis suis
quincitur.*

10. O lepidum caput. Ergone Ministri sunt velut lapides in aceruum testimonij collecti, ad quorum otiosam dumtaxat præsentiam Spiritus S. baptizet, Euchari- stiam præbeat, inungat &c. at ex d. Ctis tuis te conuenio M. Antoni, fateris per Ordinem velut per opus operatum obtineri eã efficaciam ab ordinato, qua mira faciat, non ipse quidem (virtute scilicet naturali) sed officium & Ordo (vt quo sicut Schola explicat) quis ergo est iste, qui per recen- tem Ordinem hæc præstat, vt quod seu vt suppositum ac persona? Ordo ille seu po- testas per manum impositionem commu- nicata cui demum est ratio & vis operan- di, qua nunc videlicet possit quod antea non poterat, qua nunc ipse faciat, quod fa- cere alius non ordinatus non potest? quã differunt Sacerdos & Laicus, ordinatus & non ordinatus, si neuter aliquid facit? si tantundẽ potest vnus ac alter, nẽpẽ ad esse testis aut Ipektor Spiritui S. iustificanti.

Euasio.

11. Si dicat vnum posse adhibere sym- bola externa iustificando, alterum id non posse.

Præclusio.

12. Contra: Potestas adhibendi sym- bola corporalia vt sic non nisi corporalis est, vt ad ea taliter applicanda, verbi gratia ad affundendam aquam baptizandis aptior sit robustus aliquis aquæ baiulus quam decrepitus longa que in dia confectus Sa- cerdos, si hoc tãrum velis, spiritualis ergo potestas in Ordine est, quam etiam supra ipse agnouisti, quæ tamen cum purẽ in- strumentalis sit ac nequiquam principalis, meritò sicut de Euangelistis ita & de Sa- cramentorũ ministris intelligitur, quod *neq; qui plantat est aliquid; neque qui rigat*, ad excludendam videlicet principalitatem, sic tamen vt non omnino omnis ministro- rum cooperatiua ac subordinata potestas auferatur, *Dei enim adiutores sumus*, inquit. *hæt. Apóst.*

*Alia con-
tra Spalat.
instantia
ad hominẽ.*

*Optima
ronia c
træpro
stantes*

13. Denique fateatur Spalatensis, talem in Ordine gratiam conferri, quæ indignè suscipientibus nequiquam communice- tur, vult enim valorem initiationis depen- dere etiam ex dignitate recipientis, hic verò gratiam Ordini annexam vocat gra- tis datam solum, nempẽ quia in peccatore etiam perseuerat, & impijs communis esse potest, vt ergo ista cohæreant, fateatur o- portet, in Ordine ex vi Sacramenti vtram- que conferri gratiam, aut quod mallet ipse, neutram, sicque Ordinationem non mysterium esse, sed otiosum nudumque ludibrium hominum, quod quidem Sym- mistæ sui nondum (his verbis & loquendi formula) asseruere patenter quod sciam, nec id ausi, quamuis maximè eorum in- teresset etiam Sacerdotium ab Ecclesia tollere, quippe qui iam pridem verum ab ea sacrificium abstulerunt, vt sic propria etiam eorum, quam adduximus, Confes- sio malè sibi constet, quando admittunt eorum aliqui, Sacerdotium saltem esse ri- tum eligendi ministros verbi Dei, vel offi- cium tantum nudum prædicandi Euan- gelium, eosque esse legitimos ministros verbi Dei & Sacramentorum, qui non ab Ecclesiastica & Canonica potestate ordi- nati, sed aliundè veniunt, & tamen Sacrifi- cium negant, vtique volentes potius otio- sum suum Sacerdotium habere, quam admittere iuge Sacrificium. At Spalaten- sis etiam profanum cupit, nempẽ sacræ dotis characterem non intelligens, sicque totum Ordinationis negotium ad huma- nã deputationis vim ac variabile dispo- sitionẽ reuocans, quatenus sublato eo Sa- cramento quod cætera conficit, auferatur & reliqua. Iustificet protestãtica deinceps fides sola, monstretur alia compendio- sior quam per tot Sacramentorum amba- ges ad Cælum via, cui proinde consonet illud Tertulliani lib. 3. contra Marcionem

sub si-

*Optima i-
vonia con-
tra prote-
stantes.*

sub finem, Prius est aliquod exemplum indulgentia proferas, ne meritis dubitem de fide tanta promissionis quam sperandam dicit &c. at nunc vocas ad Cœnam illam tuam crudam Calu- nificam, nec domum osiædis eliminato Pres- byterio, in qua Cœna adaptatur, allegas Regnum nec regiam monstras, hæc ille contra Ponticum, quæ contra Spalatensem per- bellè velat duo parallela concurrunt.

Transitio ad sequentes Disputationes.

Iam verò veritate orthodoxa commu- nita in prima hac disputatione superest modò ad fundamenta Spalat. responde- re, quæ non sunt nisi aliæ languentes quæ-

stiones, contra institutionem, materiam, formam, effectus, præsertim Sacerdotij & contra alios Ordines maiores & minores, nec non de Episcopatu contentiones exci- tantis, ad totius Sacramenti Ordinis mole- lem (si fieri posset) euertendam. Et ex qua- cunque disputatione & controuersia mo- ta, sicut apparebit dubitantis & disputan- tis inscitia: sic ex cuiuscunque dubitationis resolutione veritas orthodoxa illustrior apparebit, nam vt dicit egregiè Augusti- nus, *Quæstio ab hæretico mota, existit discendi, occasio & sapientiam Ecclesia exercet, ipsam- que veritatem reddit illu- striorem.*



DISPUTATIO SECUNDA.

De mandato siuè diuina institutione circa sensibilia
signa.

H O C E S T,

*De materia & forma assumptis ad consecrandum &
sanctificandum initiatos: aduersus Spalatensis gar-
rulitatem & impietatem.*



Vppositis tribus requisitis ad Sacramenti consistentiam (etiam aduer- sarijs fatentibus) nimirum, diuina institutione seu mandato, symbolis vel ritibus aut cæremonijs externis, gratiæ promissione; methodicè de his differendum est (vt omnia argumenta Spalatensis dissoluantur, quibus Ordinis Sacramentum oppugnat) per tria capita, discurrendo nempe de institutione, materia & forma, & mox sequenti disput. de effectibus disserta- bimus.



De mandato vel institutione Sacramenti Ordinis.

CAPVT I.

Spalatenſis
impious &
hereticus
diſcurſus,
quo Ordinis
Sacramentum
oppugnat.

1. **N**egat Spalatenſis vllam extate diuinam institutionem de ſacra Ordinatione. ſic ergò diſcurrit lib. 2. cap. 3. num. 17. Iam verd mihi Ordinem an ſit Sacramentum inuicè conſideranti, illud occurrit: Sacramenta eſſe res maximi momenti in Eccleſia, & ea à ſolo Chriſto immediatè inſtituta, & Eccleſia tractata ac mandata fuiſſe. Quis enim obliget Deū, vt ex pacto adſit operatione certa, ſupernaturali, ſemper, quoties nos certas naturales operationes exercemus, niſi is qui talia inſtituit ſit Deus? & vt argumentum eſſet in forma, ad euertendum Ordinis Sacramentum, ſubſumit mediū. De Ordine nihil prorsus habemus, quo ipſius inſtitutio ad modum Sacramenti appareat, vt nimirum aliqua res ſenſibilis certa & nota aſſumatur, aut aſſumenda præcipiatur ad effectus ſupernaturales, ſicut aqua lotio adhibenda præcipiebatur in remiſſionem peccatorum, & panis conſecrabatur ac conſecrari mandabatur in corpus, & vinum in ſanguinem, vt cibus corporali anima etiā ſpiritualiter paſceretur, qui ſunt effectus certi & inſallibiles promiſi à Chriſto, omnem tamen naturalem vim longè excedentes. Ad probationem verd huius minoris ſeu mediæ ſic procedit: Si quippiam tale fuiſſet à Chriſto inſtitutum, ad eone latenter & obſcurè id feciſſet, vt adhuc poſt mille & ſexcentos annos in Eccleſia noſtra incertū ſit, quæ ſit propria huius Sacramenti materia ſiue res ſenſibilis, quæ in ſcholis appellatur elementum? num ipſa manuum impoſitio? num traditio Calicis & Patena, de quibus certat Scholaſtici, ſicut & circa formam ac verba quibus prolatis impleatur Sacramentum: nam in Presbytero ordinando formam aliqui eſſe volunt: Accipe poteſtatem remittendi peccata: alij verd Accipe poteſtatem, ita ne facimus vnum Sacramentum à Chriſto inſtitutum de cuius tota ſubſtantia adhuc ſumus incerti? An Chriſtus ludit & illudit ſuam Eccleſiam? & n. 19, mirabundus addit: Mirā-

dum, inquit, quod Eccleſia Romana Canonistarū quoddam dictum aded probat, vt ne mutire quidē contra ipſum ex Catholicis audeat, nempe Sūmum Pontificem ſolo verbo poſſe facere & Sacerdotem & Episcopum ſi dicat alij ui duntaxat: Eſto Sacerdos, vel eſto Episcopus; tunc enim illum pleniffimè iam factum vel Sacerdotem vel Episcopum nolunt ſubinde dubitari. n. 19. ſolo verbo S. Petrum Apollinarem conſecraſſe: Episcopum apparet, ſubdit, ex ſcripto Legati (nempe Petri Damiani) qui ſic habet, ſerm. 32. introducens Petrum loquentem Apollinari diſcipulo ſuo: Quid ſedes nobiſcum? ecce eruditus es de omnibus, quæ fecit Ieſus. Surge accipe Spiritum S. ſimulque Pontificatum, & perge ad urbem qua vocatur Rauenna. & concludit: Facile ipſe & Canoniſtis cōſenſerim, & factum legati approbarim (Damiani) poſſe non modò Papam, ſed quēcunque Episcopum ſolo verbo Presbyterū, & Episcopū facere. Hæc ille. Sed aduerſus hanc impudētiſſimam hæreſim ſequentia pronunziata ſtatuantur in tribus ſequentibus punctis.

Primum Pronunziatum.

1. **O**rdo immediatè à Chriſto Domino inſtitutus eſt tanquam vnum ex ſeptem Eccleſia Sacramentis. Est de fide in Concilio Trid. definitum ſeſſ. 23. can. 3. vbi ſic dicitur: ſi quis dixerit Ordinem ſiue ſacram Ordinationem non eſſe verè & propriè Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe ſignificum quoddam humanum excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, anathema ſit. Primum pronunziatum: Ordinis Sacram. à Chriſto inſtitutum eſt.
2. Probatur primò ex Sacra Scriptura. Nam in veteri teſtamento ex diuina inſtitutione ritus & cæremonix ſunt præſcriptæ, quibus Sacerdotes & Leuitæ & Pontifex initiabantur. Ritus enim conſecrandi Pontifices & Sacerdotes diſcretè habentur Exod. 29. & Leuit. 8. qui conſiſtebant in purificatione eorundem, in conſecratione, in applicatione ad vſum miniſterij: Prima probatio ex ſcripturis veteris teſtamenti.

Ritus

Ritus verò consecrandi Leuitas habetur, Num. 8. ver. 6. ergo multo magis pro Sacerdotibus nouæ legis diuina institutione præscribendi erant ritus quibus initiarentur. Patet consequentia, quia si Ordo in veteri testamento quod erat Sacramentum vetus & figura Sacerdotij nostri, indiguit diuina institutione, multo magis in noua lege determinandi erant ritus ex diuina institutione, quibus Sacerdotes sacraentur. Quod fuerit Ordo legale Sacramentum eleganter probat S. Thom. 1. 2. q. 102. art. 5. in corp. Fuisse verò idem (vt &c. Sacramenta vetera) nostrorum figuram edocemur ab Apostolo dicente: *omnia in figura contingebant illis. & iterum: Vmbra habens lex futurorum*, idemque S. Tho. loc. cit. resp. ad 6. dicit: *Consecrationi autem Pontificis & Sacerdotum, respondet (in noua lege) Sacramentum Ordinis*. Si igitur hoc promeruit, Sacerdotium Leuiticum in lege quæ ad perfectum non duxit, sed solum gratiam dandam per Christum figurauit, vt designarentur ritus consecrationis Sacerdotij illius, quid non promerebat Sacerdotium illius, qui non secundum ordinem Aaron (vt describit Apostolus) exurrexit? translato si quidem Sacerdotio, legis quoque translatio facta est, & quidem in melius & perfectius, vt idem probat Apostolus ep. ad Hebræos cap. 7. Si ad significandam futuram gratiam res diuinitus assumptæ, multo magis ex perfectione ampliori & meliori, ad significandam gratiam quæ tribuitur in præfenti, diuinitus determinandæ erant. Perbellè Irenæus lib. 4. adu. hæreses cap. 22. *Plus autem & minus non in his dicitur, quæ inter se communionem non habent, & sunt contraria natura, & pugnant aduersus se; sed in his quæ eiusdem sunt substantia & communicant secum, solum autem alitudine & magnitudine differunt, quemadmodum aqua ab aqua, & gratia à gratia. Maior igitur est legislatio*

qua in libertatem, quam qua data est in seruitutē. ampliora ergo sunt & efficaciora nostra Sacramenta veteribus. Terreno quidem & temporali Rege (subdit Irenæus infra) cū sit homo, licet aliquoties maiores profectus attribuere his qui sunt subiecti, Deo autem non licebit, cum sit idem, & semper maiorem gratiā præstat humano generi, & pluribus muneribus assidue honorare eos qui placent ei? Quamuis ergo in ratione significationis nostra cum veteribus vniuocentur Sacramentis, ampliora tamen sunt nostra ex collatione eiusdem gratiæ quam solum vetera significabant. Si diuina institutione determinatum est quibus similitudinibus res spirituales & futura bona in certis scripturæ locis significarentur, diuina institutione determinandum erat, quibus iam exhibita ministrarentur. Quæ si determinata solum essent in veteri lege non in noua, non amplioris gloriæ esset lex noua veteri, nec melior Ecclesia Synagoga, nec Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech Aaronico & Leuitico; & melius per Angelos data esset lex singula præscribens, quam quod nobis locutus esset in Filio, quæ omnia funditus totam doctrinam ep. ad Hebr. descripram prosternunt. Hoc argumentum non tam symbolicum, quàm à minori ad maius, è diuinis litteris desumptum, at clariora proferam.

3. Amplius ex scripturis noui testamenti constat, Christum Dominum in Cœna sub sensibilibus signis potestatem dedisse Apostolis offerendi sacrificium, & iterum postea facultatem dedisse remittendi peccata, ergo tunc pariter quando institutum est hoc Sacerdotium visibile & externum, in quod vetus translatum est, tunc quoque in Sacramentum eleuatum. Antecedens patet: nam ex Luc. 22. & 1. Cor. 11. in porrectione consecrati panis & calicis dictum est: *hoc facite in meam com-*

Optimum argum. à minori ad maius, à figura ad figuratiu.

Secunda probatio ex scripturis noui testamenti.

Primum pronunciatum: Ordinis Sacram. à Christo institutum est.

Prima probatio ex scripturis veteris testamenti.

memora-

memorationem; quibus verbis Apostolos ordinatos esse Sacerdotes Concil. Trid. sess. 22. cap. 2. & can. 1. declarauit his verbis. Corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulit, as sub earundem rerum symbolis, Apostolis quos tunc noui testamenti Sacerdotes constituerebat, praecepit, per haec verba: Hoc facite in meam commemorationem. & Ioan. 6. legitur vbi Christus in Discipulos insufflasset, dixisse: Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. quæ exponens Concil. sess. 14. cap. 1. ait. Quo tam insigni facto, & verbis tam perspicuis potestatem remittendi, & retinendi peccata ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos Apostolis, & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam vniuersorum Patrum consensus semper intellexit, sub symbolis & verbis, & iterum sub facto & verbis, vt loquitur Conciliū, quibus vsus est Christus in collatione vtriusque potestatis conficiendi Eucharistiam, & fideles absoluedi à peccatis, Sacerdotium visibile institutum ex scripturis & Patrum sensu prædicat, & tenendum suis decretis præscribit. Ad hæc loca respexisse videtur S. Thom. 3. p. q. 82. ar. 1. in corpore dicens: sicut autem baptizato conceditur potestas à Christo sumendi hoc Sacramentum, ita Sacerdoti cum ordinatur confertur potestas hoc Sacramentum consecrandi in persona Christi, per hoc enim ponitur in gradu eorum quibus dictum est à Domino: Hoc facite in meam commemorationem &c. & in Ioan. c. 20. le. 6. ex Aug. dicit lib. 4. de Trinit. Flatus ille corporeus substantia Spiritus sancti non fuit, sed demonstratio per congruam significationem &c. super Apostolos autem descendit in flatu ad designandam propagationem gratia in Sacramentis cuius ipsi ministri erant. Datus est autem Spiritus sanctus ex Chryl. discipulis, non communiter ad omnia, sed ad aliquem effectum, scilicet ad dimittendum peccata. hæc ibi. & in addit. q. 29. ar. 3. ad 1. de expressa

institutione Ordinis meminit dicens, Illa præcipue curauerunt Euangelista tradere, qua ad necessitatem salutis & Ecclesia dispositionem pertinent: & ideo potius institutionem Baptismi & Eucharistia & Ordinis factam à Christo narrauerunt, quam Sacramentum Extrema Vnctionis, qua neque de necessitate salutis & ad Ecclesia dispositionem suæ distinctionem pertinet. Alludit S. Thom. ad loc. cit. script. vbi Ordinis Sacramentum traditur, nullibi enim apertius quam in his locis commendatum.

4. Idem Marcus Antonius lib. 2. cap. 2. num. 50. contra se dat testimonium, & suorum quoque Symmistarum oppilat oralicet enim falsò episcopalem gradum & potestatem ad Missæ celebrationem, prædicationem, Baptismi administrationem contrahat (vt præter hæc nulla alia potestatis Episcopalis munera agnoscat, quantum attinet ad potestatem Ordinis) nihilominus hanc ipsam quam concedit Episcopis potestatem, quæ & Sacerdotibus communis est, ad diuinam institutionem refert, allegando sequentes scripturæ auctoritates: Sicut misit me Pater & ego mitto vos Hoc facite in meam commemorationem. Quæcunque alligaueritis &c. querū remisistis. Euntes docete omnes gentes. Accipite Spiritum sanctum, sed melius distinguere debebat, quod quædam pertineant ad Apostolatus amplissimam dignitatem, vt illud: sicut misit me Pater & ego mitto vos; quædam ad Episcopalem dignitatem, at non solam, sed vt Sacerdotibus etiam communem, vt illud, Hoc facite &c. & Accipite Spiritum S. Quædã (secundum extensionem ad potestatem iurisdictionis, quæ episcopali muneri annectitur) ad solam Episcopalem dignitatem contrahantur, vt illud, Quæcunque alligaueritis, vbi potestas excommunicandi quoque includitur. Ergò in potestate conficiendi Eucharistiã & remittendi peccata, quæ Sacerdotibus & Episcopis communis est,

Expendi-
sur auct.
Concil.
Trid.

Cum Con-
cil. Trid.
de Trina
S. Thom.
concors.

Quid fla-
tus signifi-
carit quæ-
do Chris-
tus in sus-
flauit in
Discipulos.

Ordina-
Apostolo
Sacerdo
facetur
& ar. A
tonius.

Ad Chri-
imitati
sensibili
Sacram-
to ab A-
stolis Sa-
cerdotes
Episcopi
nitiati

Tertius
batio.

M. Ant.
seipsum et
seipso re-
darguit.

est, & Sacerdotium nouæ legis constituit, diuina institutio ex scripturis à Spalatenfi cognita est. Et iterum lib. 1. cap. 3. non in seicrè differentiam Episcoporum & Presbyterorum tradens docet, illos institutos à Christo veluti, primi Ordinis ministros in Apostolis, quibus potestas inferiores ministros eligendi & ordinandi collata est, hos autem in inferiori Ordine collocatos ab Apostolica Ordinatione pendere voluit, & num. 7. quomodo à Christo vtriusque Ordinis institutio emanauit, & secundum eam Apostoli ministros initiarunt docet aperte. De Presbyteris enim ait: *Apostolo ordinasse eos ad Christi imitationem, sicut enim quando Eucharistia conficiende ipsis dabat potestatem dixit eis: Hoc facite in meam commemorationem, nimirum id quod me nunc videtis facere & vos facite, hoc est &c. ita initiandos per eadem verba tali potestate donabant, Accipe potestatem offerendi.* De Episcopis verò subdit: *ordinauerunt illos (Apostoli) eo pacto, quo Christum ordinantem viderant, & obseruant, licet postea hanc veritatem pardus iste maculatus vel leuiticus leprosus multis erroribus aspergat. Sat autem nobis est (M. Antonio iudice) ad Christi imitationem visibili Sacramento tam simplices Sacerdotes, quam Episcopos fuisse ab Apostolis consecratos.*

*Ordinatos
Apostolos
Sacerdotes
faciuntur
M. An-
tonius.*

*Ad Christi
imitationem
sensibili
Sacramen-
to ab Apo-
stolis Sa-
cerdotes &
Episcopi
initiati.*

*Tertia pro-
batio.*

5. Sed pressius ex loc. citat. Sac. Script. Act. 6. 13. superius de manuum impositione adhibita initiandis Christi diuina institutio demonstratur; cum enim per illam scripturæ allegatæ perspicuis verbis gratiam infundi demonstrant, non nisi per Christi institutionem fieri potuit, vt sensibile signum ab hominibus ministratum ad tantam excellentiam pertingeret, nisi ex hac mortalitate superius quidpiam diuina eleuatione tributum esset. egregiè enim (vt in omnibus) Angelicus Doctor scripsit, 3. p. quæst. 60. art. 5. ad 1. *Cum sanctificatio hominis sit in potestate Dei sanctificantis,*

non pertinet ad hominem suo iudicio assumere eos quibus sanctificentur, sed hoc oportet esse ex diuina institutione determinatum, & ideo in Sacramento noua legis quibus homines sanctificantur, secundum illud 1. Cor. 6. abluti estis, sanctificati estis, oportet vt rebus ex diuina institutione determinatis] nullum ergò alium Spalatenfis Sacramenti Ordinis institutorem noscat nisi Deum, nec alium ostendere potest, si non dicat Deum.

6. Sed & cum nostris sensisse incautum Spalatensem mox monstrabo: scilicet tanta est vis veritatis vt etiam ab inimicis quando que probetur: de quo rectè Tertullianus cap. 2. lib. de anima scripsit. *Plane non negabimus aliquando Philosophos iuxta nostra sensisse, testimonium est veritatis etiam inuentus ipsius nonnunquam & in procella confusis vestigijs salis & freti aliquis portus offenditur prospero errore, nonnunquam & in tenebris aditus quidam & exitus deprehenduntur caca felicitate, sed & natura pleraque suggeruntur quasi de publico sensu, quo animam Deus dotare dignatus est] id ergò Spalatenfi accidit, publico enim naturæ sensu maiore illa lumine naturali cognita, nempe [nullus potest assumere aliquid supra id, quod est in potestate eius] illaque de fide (ex sua tamè extineta fide opinabiliter cognita) videlicet [in potestate Dei est nostra sanctificatio,] id potuit nō Theologicè (cum Theologiæ cadauer solum in bis mortuo homine manserit) sed opinatiuè lumine naturæ syllogizando inferre [ergo nullus nisi Deus potest assumere quod nos sanctificat] & consequenter chirononiā illam Apostolicam non nisi diuina iussione designatam atque præscriptam.*

7. Ait ergo num. 52. *Apostolorum fuisse Episcopos creare, iisdem eam potestatem (nempe ad solam sacerdotalem secundum eundem Spalatensem falsò restrictam) quam à Christo accepissent, imperiri ac communicare, vt propterea iuxta Christi institutionem excludenda*

*Instituta
sensibili
ad sancti-
ficandum
homines
est Dei
opus.*

*Veritas ab
inimicis
probat.*

*Testimo-
nium va-
ritatis e-
iusdem in-
uencio.*

*Faciuntur
M. An-
tonius ab A-
postolo &
fit plebs*

*Apostolicis
per care-
monias &
manuum
impositio-
nem conse-
cratos mi-
nistros.*

fit plebs ab Episcoporum & Presbyterorum crea-
tione &c. & n. 53. Hanc tamen Episcoporum de-
putationem (consecrationem dicere debuit)
ab Apostolis primū, & deinde à successoribus i-
psorum, perpetuis temporibus in Ecclesia per con-
secrationem & ceremonias externas, praesertim
per manuum impositionem fieri solitas facile est
ostendere. Paulus ita scribit ad Timotheum: Noli
negligere gratiam qua in te est, qua data est tibi
per Prophetiam, cum impositione manuum Pres-
byterij. Item: Manum nemini citò imposueris
&c. Item. Resuscita gratiam qua data est tibi
per impositionem manuum mearum, imprimū i-
gitur Apostoli per impositionem externam ma-
nuum Episcopos faciebant &c. adsunt ibi care-
monia de Euangelis super caput ordinati impo-
nendis & alia. & multa addit concludens.
Omitto innumerabilia testimonia veneranda an-
tiquitatis de Episcoporum consecratione &c.] &
mox num. 54. Indubitatum itaque maneat,
manuum impositionem & alias sacras ceremonias
ab Apostolis Apostolicisque viris ab ipso nascentis
Ecclesia exordio in deputatione Episcoporum fuis-
se adhibitae, & à nobis inuolabili Ecclesia sanctae
consuetudine esse adhibendas] & in Ægyptium
Caluinum Ægyptius concurrentes (talise-
nim huiusmodi Briateorum gigantoma-
chia) sic inuehirur: Miror Caluinum dixisse,
praeter manuum impositionem nihil praeterca ca-
remoniarum adhibitum se legere, aliunde enim
legi & inueniri in vsu antiquissimas ceremonias,
iam ostendi. Multò magis miror eundem dixisse,
ordinationem nihil aliud esse quam merum ludi-
brium &c. nam vidimus pie & sanctè in ordina-
tionibus Episcoporum ceremonias adhibuisse &c.
& n. 59. Ex Christi itaque institutione potestas
ministrū propagandi data est solis Apostolis & A-
postolorum successoribus non plebi fidelium, vt osten-
sum est, quod & multis autoritatibus cō-
firmat. Bezam pungens, ad elevationē ma-
nuum populi suffragia ferentis, chirotoniā
interpretantē, cum potius (ait) ecclesiastici Scri-
ptores vtiuntur eo verbo chirotonia pro ipsa ma-

*M. Anto-
nius Cal-
uinū im-
pugnat.*

*Apostolos
& Aposto-
licis non
plebi tra-
didit in-
itiandi mi-
nistros fa-
ciatur Spa-
tis.*

nuum impositione cōsecratoria & Hieronymus
(ait) huius vocis interpretationem etiam pro ordi-
natione qua fit vocis imprecatione & manus im-
positione, ponit & admittit.

8. Hæc vertumnus, prius præiudicata &
damnata postea statuens, ad gloriam pro-
priae artis, quodlibet delruere & struere
assuetus, formas nunc rebus imponens,
quas vel peræquarat cum cæteris vel pri-
uarat præ cæteris. Vtinam in reliquis hoc
modo se corrigens, ad Dei & Ecclesiae Cy-
nosuram direxisset acum, neque enim sic
in peruersa dogmata suas opiniones im-
plicuisset Apostatarum spirituum doctri-
nam emulatus, qui ante ipsum suorum cal-
liditate ingeniorum etiam non exiguum
sæculi faciem peruerterunt.

*De incon-
stantia
Marci
Antonij.*

De materia huius Sacramenti.

C A P V T II.

Secundum Pronunciatum.

I. **D**eterminata res sensibiles, cum determi-
natis verbis, cum hoc Sacramentum in-
stitutum est, assumpta sunt.

*Secundum
Pronun-
ciatum.*

Hoc pronunciatum cum priori neces-
sario nexu coniungitur, cum enim Sacra-
menta non ex natura sua, sed ex institu-
tione significant, & causent inuisibilem gra-
tiam, ex diuino placito dependet, vt hoc
vel illud elementum, hæc vel illa res, aut a-
ctus, item hæc non illa verba sint assum-
pta, & omnem rē dicere esse assumptam,
vel nullam esse assumptam est nullitatem
Sacramentorum inducere, non secus ac
omnem sectam vocare religionem, & ver-
ram sua veracitate priuare nihil aliud est
quàm religionem profligare, nam & mul-
tiplicitas Religionum nullitas est Religio-
num, sic plura quam septem multiplicare
Sacramenta ex omnibus rebus assumptis
ad sanctificandum, vel nullum ex nullius
sensibilis rei assumptione ad sanctifican-
dum, est nullum Sacramentum profiteri,

*Probatio
efficax e-
iusdem.*

*Praecipue
Nouato-
in sacra-
mentum
ta sunt
baccha-*

cum tamen fides & Religio & Sacramenta Christianitatis sint fundamenta, vt quoadmodum hæc Religio cum his dogmatibus determinatis ad credendum præfixa est, ita & cum his Sacramentis determinatis in determinatis rebus consistentibus sit fundata: propter quod etiam scriptum est, *Euntes docete omnes gentes.* vide determinatam doctrinam baptizantes eos, vide determinata Sacramenta cum determinatis elementis. quod nam autem sit determinatum elementum vel res sensibilis, quæ determinata verba in Ordine, examinandum est, vt Dalmatæ respondeamus, per sequentium dubitationum propositionem & resolutionem.

DUBITATIO PRIMA.

Quinam sint determinati ritus à Christo Domino cum determinatis verbis prescripti, præcipuè in Sacerdotio.

2.



Partem omnium inuidiosissimam simulque difficillimam tanquam in asperrimum locum & syrtis periculosissimas deuentum est, dum quæ sit materia & forma præcipuè in Sacerdotio, ardua tractatio sese offert, ne dum propter argumenta hereticorum & Spalatenfis, sed magis ob varias quoque orthodoxorum sententias, & quod maius est propter Ecclesiæ Græcæ à Latina planè miram prima facie discrepantiam. & si vnquam alibi petulantes aduersarij, & hic omnis modestiæ fines excedunt. Etiam in re sacramentaria inter aliquos Theologos nostros ad explicanda mysteria de formis & materijs Sacramentorum diuersitas aliqua cernitur, sed in Ordine præcipuè elucet, saluis tamen fidei regulis, à quibus deviantes Hæretici turpissimè lapsi sunt. Similiter cū alij ritus saluis substantialibus in Latina Ecclesia sint, alij in Græca in administrandis Sacramentis, in

chirotonia, ad eò diuersi apparent primo occurso, vt toto cælo discrepare videatur. Propterea exactè hæc tractanda sunt, vt abundè Spalatenfi occurramus & nostrorum Scholasticorum concordia, totiusque Latinae Ecclesiæ cum Græca vniformitas mirabiliter eluceat.

§. I.

Refertur & expenditur sententia Ruardi Tapper & P. E. Petri Soto maior, dicentium determinationem signorum in particulari relictam Ecclesiæ arbitrio.

2. **D**Ecanus Louaniensis Ruardus Tapper per art. 17. quem sequitur venerabilis (sic appellatus ab Hosio) P. Mag. Fr. Petrus à Soto in instit. de sacr. Ord. le. 5. & alij, quibus subscribere videtur Petrus Arcudius in sua cōcordia de Sacram. Ord. lib. 6. cap. 4. docet Christum Dominum in Sacramento Ordinis generaliter instituisse vt Ordo sub sensibilibus signis & verbis, potestatem quæ confertur, explicantibus traderetur. horum tamen signorum in specie sicut & verborum determinationem arbitrio Ecclesiæ fuisse relictam.

Prima positio quam R. Tapper & M. Petrus de Soto defendunt.

3. Probatur hæc sententia, Primò: quia in Concil. Trid. sess. 23. c. 3. tantum habetur, quod sacra Ordinatio verbis & signis exterioribus perficitur. Quæ autem determinatè sint verba, quæ signa, nullo modo explicat, explicuisset autem, cum tota ratio Sacramenti ad viuum secaretur.

Primaria ratio huius sententia.

4. Secundò, quia & si quorundam Sacramentorum à Christo Domino determinatæ res & verba instituta sint, vt patet in Baptismo, Eucharistia &c. in Sacramentis tamen quibusdam non sunt indeterminata nisi in genere: In Matrimonio enim non est necesse vt sint hæc verba, seu signa exprimentia consensum mutuum, sed omnia & quæcunque illa sint, siue nuius,

Secunda ratio.


h 2 siue

De inconstancia Marci Antonij.

Secundum Pronuntiatum.

Probatio efficax eiusdem.

Præcipuè Nouatores in sacra Sacramenta sunt de bacchati.



sive aliquod huiusmodi quæ contrahentium expriment voluntatem. In Sacramento quoque pœnitentiæ loco rei non solum confessio verbalis, sed & signo (in necessitate facta vel scripto in præsentia Sacerdotis) habetur ut sufficiens materia. Item forma, siue explicetur his verbis. *Absoluo te, vel remitto tibi peccata tua*, verum Sacramentum conficit. Ergo similiter potest dici in Sacramento Ordinis materiam esse traditionem potestatis non hoc vel illo modo determinatè, sed quomodocunque expressa, vel per porrectionem instrumentorum, vel per impositionem manuum, vel per aliquid simile, dummodò exprimat voluntatem tradendi potestatem illam spirituales ijs qui Ordine insigniri volunt.

Tertia ratio.
4.

Tertiò, hoc ipsum accommodatissimo probatur exemplo, videmus enim cum fit aliqua inuestitura, adhiberi ab hominibus quædam externa signa, quæcunque illa sint quibus ea inuestitura significetur. Vnde & si apud diuersas gentes diuersimodè fiat, est solum diuersitas materialis, cum in formali nihilominus & in significatione dignitatis vel potestatis conueniant. talia erant sceptræ quibus Reges diuersi diuersimodè inuestiebantur, quidam enim securim, quidam gladium, quidam eandem regiam potestatem formaliter arguebat. Ergò credibile est Christum Dominum in genere instituisse ut Ordines Apostoli conferrent per aliquod signum sensibile, quo significaretur Ordinandum potestas veluti per quandam inuestituram, siue illud esset impositio manus, siue instrumentorum porrectio, vnde etiam diuersimodè sacrantur Sacerdotes in diuersis Ecclesijs, quæ differentia nihilominus materialis est, cum in re formali nempe signi sensibilis traditione nullatenus discrepent.

Quarta ratio.

6. Quartò, ex veteribus Scholasticis. nã

Riccardus 4. d. 2. 4. art. 3. ad 5. in fine, vbi differuisset, an in impositione manus infunderentur gratia & character, an verò in traditione calicis, an in inunctione, sic dicit: *Quia tamen certum non est in quo actu characteres imprimantur, idèd si in Ordinatione alicuius constet aliquid esse ommissum, illud postea est supplendum sine reiteratione aliorum.*] certus erat Riccardus de signo sensibili exhibendo, sed non quod esset determinatum hoc vel illud præcisè. & S. Thom. 4. contra Gentes cap. 74. vbi explicasset, quod sensibilibus signis potestas Ordinis tradebatur, subiungit: *Huius autem sunt certa forma, determinati actus, puta impositio manuum, inunctio, & porrectio libri vel calicis aut alicuius huiusmodi, quod ad executionem pertinet potestatis:*] dum verò in specie non determinauit an manus impositio, an inunctio, an porrectio instrumentorum sit præscripta à Christo Domino, id quod materiale est in quæst. cadit de hoc vel de illo materiali signo, formali in se subsistente, nempe quod sub sensibilibus signis exprimentibus potestatem, in genere hoc Sacramentum (quia datur ad modum inuestituræ) fuerit institutum, & non ad hoc vel illud signum determinatè coarctata eiusdem administratio.

§. II.

Prædictæ sententiæ refutatio.

1. Ed hæc sententiæ impugnatur, Primò, ex communi Theologorum sententiæ & Ecclesiæ sensu, docentibus in Sacramento requiri res & verba determinatè. Primaria ratio.
 2. Secundò, ex S. Doct. cuius doctrinam in materia Sacramentorum præcipuè Conc. Florent. & Trid. venerata sunt. Secunda ex S. Th. doctrina.
- air ergo prim. 2. q. 105. art. 2. *[quia gratiam ex nobis consequi non possumus, sed per Christum solum, idèd Sacramenta per quæ gratiam conse-*

Primus
locus ex
Doctrina
S. Thom.

Secunda
locus S.
Thom.

Primus
locus ex
Doctrina
S. Thom.

consequimur ipse Dominus instituit per se ipsum, scilicet Baptismum, Eucharistiam, Ordinem ministrorum, instituendo Apostolos & 72. Discipulos.] & in respons. ad 2. dans disparitatem cur in veteri lege instituta sunt à Deo immediate non solum Sacramenta, sed & sacra quæ ad solemnitatem pertinebant, nõ autem in noua lege vbi Sacramenta solummodo immediate à Christo instituta sunt, ait [In Sacramentis nouæ legis datur gratia quæ non est nisi à Christo, & ideo oportuit, quod ab ipso institutionem haberent: in sacramentalibus non datur aliqua gratia, puta in consecratione Templi, vel Altaris, vel aliorum huiusmodi, aut etiam in ipsa celebritate solemnitatum, & ideo quia talia secundum se ipsa non pertinent ad necessitatem gratiæ, Dominus fidelibus (id est Ecclesiæ) instituenda reliquit pro suo arbitrio.] cū ergo quodcumque intrinsecum pertinens ad constitutionem Sacramentorum pertineat ad necessitatem interioris gratiæ, nullo modo dicendum est, relictam Ecclesiæ facultatem determinandi in specie, & coarctandi ad determinata signa, quod in genere, saltem, à Christo Domino præscriptum sit in Ordinis Sacramento.

Secundus
locus S.
Thom.

3. Clarius lib. 4. contra Gentil. cap. 74. ait: [Quia ergo hæc spiritualis potestas, nempe Ordinis, à Christo in ministros Ecclesiæ derivatur, & spirituales effectus in nos derivati sub quibusdam sensibilibus signis expleantur, vt ex supradictis patet, oportuit etiam quod hæc spiritualis potestas sub quibusdam sensibilibus signis hominibus traderetur] & mox [huiusmodi autem sunt certa verborum forma, determinati actus, puta impositio manuum, & porrectio libri vel calicis aut alicuius huiusmodi, quod ad executionem spiritualis pertinet potestatis.] aperitissimè ergo docet determinatos istos actus in Christo esse præscriptos, à quo sub illis actibus determinatis potestas illa spiritualis dimanat, vnde & superius præmiserat, quod Sacramentorum institutio & virtus à Christo initium habeat.

4. In 3. p. q. 60. artic. 5. proponens 1. arg. [res sensibiles requiruntur in Sacramentis ad significandum, vt dictum est, sed nihil prohibet diuersis rebus sensibilibus idem significari, sicut in sacra Scriptura Deus aliquando metaphoricè significatur per lapidem, quandoque per Solem, aut aliquid huiusmodi, ergo videtur, quod diuersæ res possunt congruere eidem Sacramento, non ergo determinata res in Sacramentis requiruntur] sic respond. Ad primum ergo dicendum, quod si idem possit per diuersa signa significari, determinare tamen quo signo sit utendū ad significandum, pertinet ad sanctificantem. Deus autem est qui nobis signat spiritualia per res sensibiles in Sacramentis, vt per verba similitudinaria in scripturis. & ideo sicut iudicio Spiritus S. determinatum est, quibus similitudinibus in certis scripturæ locis res spirituales significentur, ita etiam debet esse diuina institutione determinatum quæ res ad significandum assumantur in hoc vel illo Sacramento.] in rebus certè humanis potest locum habere, vt cum idem possit per diuersa signa denotari, in genere à Republica aliquid statutū sit, modus verò relictus sit in specie arbitrio ciuium, at id non contingit in Sacramentis, vbi virtus eorū pertinet ad Deum sanctificantem, vnde & in genere & in specie determinationi diuinæ tribuendum, quod his non illis signis sint Sacramenta administanda.

5. Confirmatur, nam expressiorem significationem, & determinationem rerum ad significandum exposcebant figurata quam figuræ, hoc est, Sacramenta noua quam vetera. Sed vt dictum est superius, etiam in specie determinatæ sunt res illorum Sacramentorum, & ab ipso Domino præscriptæ, & à Mose traditæ, ergo multo magis à Christo Domino nostra Sacramenta antiquis vmbri obumbrata, in specie in suis verbis & rebus sunt determinata, per quæ sanctificemur & iniciemur. Quare sicut spatio 40. dierum Moyses de rituum

Tertius locus ex cont. Sancto.

Confirmatio secunde rationis.

administratione edoctus est, ita & in nouo testamento plenius & clarius Apostoli edocti sunt, præcipuè circa ritus & Sacramenta quæ pertinebant ad fundamenta fidei, vt bases super quas Ecclesia nititur. vnde Act. i. dicitur quod Christus Dominus erat [apparens, & loquens de Regno Dei] hoc est de dispositione militatû Ecclesiæ. Quem locum ponderas S. Leo serm. 2. de Ascens. dixit: [Hi dies, qui inter Resurrectionem Domini, Ascensionemque fluxerunt, non ociofo transiere decursu. sed magna in eis confirmata sunt Sacramenta, magna sunt reuelata mysteria.]

Omnia diuina Sacramenta ante Ascensionem reuelata.

Tertia ratio principalis ex auctoritate Concil. Trid.

6. Et tandem in Concil. Trident. sess. 7. can. 1 sic dicitur. *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta anathema sit;*] tunc sic arguitur: idem est instituere Sacramentum aliquod, quod omnes partes eius intrinsecè pertinentes ad Sacramentum assumere ad cauandum effectum Sacramenti. ergo in omnibus Sacramentis omnes partes intrinsecè constituentes Sacramentum, materia scilicet & forma, institutæ sunt & assumptæ ad cauandam gratiam &c. nõ ergo relictum est Ecclesiæ arbitrio aliquid assumere vel determinare circa Sacramentum Ordinis, circa materiam vel formam eiusdem Sacramenti, sed ab institutore Christo totum determinatum est in genere & specie, quibus signis verbisque determinatè eius ministri vti debeant.

Effugium D. Tapper. ad dictas rationes dicentis probabiliter posse afferri quædam Sacramenta instituta à Christo.

7. Respondet Decanus art. 1. §. potuisse tamen, dicens: [Quod alijs Christus Dominus non contulerit ministerium Sacramenta instituendi quoad significationem & determinationem materie & forme in quibus consistunt, & eorundem alterationem quando fidelium salutem expedire videretur, nõ satis ex scripturis constat. Et ideo quidam DD. Catholici probabiliter docent, ab Apostolis quadam Sacramenta, ex Christi commissione & suggestione spiritus eius esse instituta, & alterata in forma & materia. Quod verò so-

lius Christi virtute, & meritis Sacramenta sunt efficacia & ab eo instituta immediatè, vel saltem aliorum ministerio ex eius commissione, certa fide tenendum est, scripturis hoc manifestè docètibz: & verisimilius est, quod, sicut leges institui possunt & publicari ex Regis mandato per ministros quos populo præponit, ita & Christus per suos possit Sacramenta instituere sicut & mortuos suscitauit, & per Iosue imperauit Soli & Luna ne mouerentur, vt docet B. Aug. vnde baptizauerunt Apostoli in nomine Christi: & in Sacramento Confirmationis & Ordinationis magna est facta mutatio in forma & materia, salua tamen & integra manente significatione, imo explicatiore facta, ex obscura & cõfusa. Potest enim esse quod Apostoli quasi per equitatem & rationem ex spiritu Christi interpretati sint mutationem, alterationem, vel signorum determinationem esse faciendam ad tempus, vel semper, magis sequendo mentem Christi quam verba: siue quod docti ac illuminati à spiritu didicerunt Christum velle signa certa institui vel alterari. & si hæc potestas fuerit apud Apostolos, an fuerit solum Apostolica an in Ecclesia manserit apud eorum successores inquiri posset, sed nihil horum requirit articulus, qui solum habet, quod omnia Sacramenta sunt à Christo instituta: non autem quod ab eo sint instituta immediatè] quod est dicere ad saluandam veritatem, & proprietatem definitionis Tridentine sufficere, vt dicitur, quadam Sacramenta instituta non secundum potestatem regularem & ordinariam quam exercebant in Ecclesia, sed ex delegata & speciali commissione & mandato Christi.] Hæc ille.

8. Sed contra hanc sententiam & explanationem est difficultas, nam licet in can. cit. Concil. Trid. institutioni Christi non addatur particula immediatè, nihilominus ex alijs adiunctis ex doctrina eiusdem Concil. mense eius percipitur, quia sess. 14. cap. 1, tractans de Sacramento Extremæ Vnctionis (de quo erat antiquitus quæstio apud aliquos Scholasticos, quod esset ab Ape-

Refutatio præcedens doctrina primo ex auct. Concil. Trid.

Aliud institutum aliud in mulga Sacramenti.

Confirmatio præcedens rationis.

Apostolis institutum) definit id esse quidem à Christo institutum, per Iacobum tamen Apostolum promulgatum his verbis: [*Instituta est autem sacra hæc Vnctio infirmorum tanquam verè & propriè Sacramentum noui testamenti, à Christo Domino N. apud Marcum quidem insinuatam, per Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem fidelibus commendatum ac promulgatum &c.*] nullus autè antiquorum illorum qui de immediata institutione hæsitauerunt, de mediata institutione vnquam dubitarunt; vnde frustra canon ille de institutione formatus esset, nisi de immediata Concilium verba fecisset. Voluit etiam Concilium distinguens inter institutionem & promulgationem, expressè definire, nulli Apostolorum aliud concessum nisi puram & simplicem promulgationem, & soli Christo institutionem referuatam, vt etiam haberemus viam ad excusandos illos Doctores, qui institutionem Apostolicam pro promulgatione acceperant, vt excusat S. Th. 4. dist. 23.

Aliud est institutio aliud promulgatio Sacramenti.

Confirmatio prædicitur ratio.

9. Confirmatur: quia in definitionibus dogmaticis Conciliorum verba accipienda sunt in strictissima & propriissima significatione. At non propriè dicitur quis aliquid constituere, quod generali potestate à Principe accepta constituit, neque etià si illa potestas specialiter data sit ad aliquid instituendum: vnde leges Ecclesiasticæ quæ sunt de iure positiuo, nullo modo sunt de iure diuino, etiam si Ecclesiæ sit data potestas legislatiua, sicut nec sunt de iure diuino politicæ vel ciuiles leges, quantum ex illo fonte profluunt de quo scriptum est: [*Per me Reges regnant, & legum conditores iuxta decernunt.* Quin, quod hac via necessario oporteret dicere etiam Christum Dominum Sacramentalia instituisse, cum (vt supra vidimus ex S. Tho.) Ecclesiæ illa instituendi pro suo arbitrio dedit potestatem, & nullus inficiari potest omnia hæc

mediatè Christo promanare, à quo talis facultas originariè processit Non ergo exponi potest Cõcilium de mediata (saltè in aliquibus Sacramentis dictis) institutione.

10. Confirmatur secundò, nam Concilium Trid. sess. 21. c. 2. aperte fatetur Ecclesiam non habere potestatem circa substantialia vel essentialia Sacramentorum aliquid immutandi, quam tamen habet circa Sacramentalia, ergo nec instituendi. antecedens ex verbis Concilij habetur dicentis: [*Perpetuo fuisse in Ecclesia potestate vt in Sacramentorum dispensatione salua illorum substantia. posset ea statuere, vel mutare qua suscipiuntur vtilitati seu ipsorum Sacramentorum venerationi pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret.*] consequentia manifesta, nam idem est instituere etiam mediatè aliquod Sacramentum, quod instituere aliquid constitutum Sacramenti. Vnde Apostoli qui ex amplissima potestate Apostolatus primum locum tenent in Ecclesia, ad quos pertinuisset, si concessa fuisset Sacramentorum institutio, non se institutores vocant (qui saltem secundarios & mediatos se poterant appellare) sed dispensatores atque ministros: sic enim dicit Apostolus 1. Cor. 3. *Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? ministri eius cui credidistis?* vel Græcè *per quos credidistis.* vel Syriacè *per hebraismum, per quorum manus credidistis.* per quas omnes lectiones solum ministerium exprimitur in propositione & prædicatione fidei (auctor enim solus Christus fidei nostræ vocatur ab Apostolo ad Heb. cap. 12. *aspicientes in Auctorem fidei*) & mox cap. 4. Cor. idem Apostolus idem exprimit dicens: *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei,* id est, vniuersæ fidei nostræ dogmatū vel secundū aliquos Sacramentorū nouæ legis, quæ Græcè sic quoque vocantur (mysteria) vt sensus sit, sicut nullo

Confirmatio secunda.

Ecclesia non habet potestatem instituendi essentialia Sacramentorum.

excusatur accedens doctrina imo ex ut b. Cõ. vid.

Apostoli & Apostolici dispensatores mysteriorum Dei.

nullo modo sunt fidei auctores, sed ministri & dispensatores, ita nullo modo Sacramentorum auctores, sed meri ministri & dispensatores, solum enim id ad Christum pertinebat, qui passionis suae virtutem Sacramentis communicauit, in quo potestas excellentiae refedit, & nulli communicata est ex P.P. doctrina: vt ex hac quoque sibi excellentiae reseruata potestate nullus esset ambigendi locus, quod instituendi Sacramentum aliquid vel eius aliquam partem essentialem nulla nec mediata potestas fuerit demandata.

Confirmatio tertia.

Hæretici illa pauca quæ voluit esse Sacra. agnoscunt à Christo instituta.

II. Confirmatur tertio: nam hæretici nostri temporis, illa quæ admittunt esse verè & propriè Sacramenta, à solo Christo instituta fuisse fateantur, sicque alij ea restringunt ad numerum binarium, alij ad ternarium &c. & propterea alia expungunt ex Sacramentorum albo, quia ea aiunt carere diuina institutione & mandato, quo prætextu Confirmationem & Extremam Vnctionem specialiter exhibitant. Ergo dum definit Ecclesia septem esse verè & propriè Sacramenta, omnia docuit etiam à Christo instituta, quod & hæretici in paucis illis quæ admittebant, fatebantur, & ad cætera quæ negabant, canone Trid. Concil. conuincebatur ex æquali omnium septem Sacramentorum diuinitus facta immediata institutione.

Confirmatio quarta, quia ex illis obiectionibus Hæreticorum pro immediata institutione.

Hoc ipsum obiectiones hæreticorum suadent, nam obijciunt authoritatem Aug. 3. de doctr. Christiana, vbi dicit, quod pauca Sacramenta ipse Dominus & Apostolica tradidit disciplina: & exemplum affert de Baptismo & Eucharistia; inferentes, alia ab his duobus esse ab Apostolis instituta, ac proinde ob id à ratione Sacramenti excidere. Sed August. de Apostolica disciplina verba faciens non intellexit, quod quædam Sacramenta Christus, quædam Apostolica disciplina instituerit, sed omnia quæ auctore

Christo instituta sunt, eadem Apostolica traditione quoque ad successores, & præsentem Ecclesiam promanarint. Obijciunt insuper authoritatem ex libello de ablutione pedum, vbi dicitur: *ipse summus Sacerdos sui est Sacramenti institutor & auctor; in cæteris homines per Spiritum S. habuere Doctores*, quasi aliqua Sacramenta non sint, quia ab hominibus instituta sunt. Sed hic locus falso adducitur, nam si solummodo obijcientes hinc suum propositum colligere possent, etiam contra se colligerent solius Eucharistiae, & non Baptismi Christum Dominum fuisse immediatum institutorem: sensus ergo illius auctoris erat ostendere quæ erant fixa & immobilia præcepta, quæ verò mutabilia, & immutabilia vocauit quæ semel seruanda & non iteranda proponuntur: & dicit ex Ecclesiasticis regulis constare Baptismum, Ordinem, Confirmationem repeti non posse, addit & solemnem penitentiam, quæ fiebat per impositionem manuum quæ semel dabatur, in cæteris autem non Sacramentis, sed Apostolicis præceptis quæ non veluti Ecclesiae Prælati ordinaria authoritate Apostoli præscripserunt, sed vt Apostoli, condendo scripturas, fundando Ecclesias, in his *Spiritum S. habuere Doctores*. mutabilia verò præcepta quæ moueri possunt sunt quæ & repeti possunt, cū ergo ex his terminis hæretico maloque more intellectis, è numero Sacramentorum multa expungerent Nouatores, quia dicebant ab alijs quam à Christo instituta, vt sacra Tridentina Synodus se illis opponeret definiuit septem esse Sacramenta, eaq; omnia à Christo fuisse instituta, quod non nisi de immediata institutione (vt vniformis sit tenor definitionis) intelligi potest.

12. Tandem quia Hæretici Lutherani duplici cuneo Sacramentum Ordinis impediebant: Quidam enim dicebant Ordinem esse

Exponitur locus Aug.

Exponitur locus Cypriani.

Locus Concilii Tridentini, inquit, sacra omnes cœnos Protestantium prosternt.

Ad solam prædicationem & sacramentum.

figmentum.

figmentum humanum excogitatum à viris re-
rum Ecclesiasticarum imperitis, & hi nec re-
motè nec proximè à Christo institutum
dixerunt consequenter, vel saltem ex sua
hypothesi falsa dicere cogebantur. Alij
dicebant Ordinem esse solum ritum Ec-
clesiasticum eligendi ministros, qui si con-
sequenter loqui voluissent, saltem negare
non possent mediatè vel remotè à Christo
Domino institutum. Sed vterque cuneus
damnatur, tam eorum qui dixerunt Or-
dinationem non esse verè & propriè Sa-
cramentum, sed figmentum humanum
excogitatum à viris Ecclesiasticarum re-
rum imperitis: quam qui dixerant esse ri-
tum tantum eligendi ministros &c. Ergò
generaliter latus est canon contra omnes
hæreticos nostri temporis, & tam contra
illos qui nec remotè institutum, quam eos
qui remotè dixissent à Christo institutum,
& si postremi ab anathematis lancea, si
fieri potuissent, mediatae institutionis cly-
peo se tueri voluissent.

13. Præterea in conf. Wirtembergens.
c. de Ordine sic dicitur: [Nec est absurdum,
quod Christus instituerit in Ecclesia sua mini-
stros, qui annuncient Euangelium suum & dis-
pensent Sacramenta eius; sed mox inferiùs,
sed Sacra Scriptura non tradit, quod Christus
in Ecclesia sua instituerit tales Sacerdotes, qui
sint mediatores inter Deum & hominè, & placent
iram Dei erga homines sacrificijs suis &c.] visi-
bile ergò & externum Sacerdotium in
quo purissima ratio Sacramenti Ordinis
sita est, negatur institutum, Ordo tamen
(in quo sub signis visibilibus tradi pote-
statem sacerdotalem orthodoxi confitentur)
per institutionem solum ministrorum
qui nunciant Euangelium & dispensent
Sacramenta absque sacrificio à Christo
institutus perhibetur. Vbi certè non nega-
runt Protestantes Ordinem institutum
immediatè à Christo, cum diminutè illam

institutionem factam dicat ad solam præ-
dicationem Euangelij & Sacramentorum
ministracionem arctatam secluso sacrifi-
cio. ergò à contrario sensu dum visibile &
externum Sacerdotium, (in quo nedum
prædicatio & administratio Baptismi, sed
& Eucharistiæ confectio includantur) de-
finitur esse Ordinis Sacramentum à Chri-
sto institutum, & si non explicitè particu-
la immediatè sit appositæ à Concilio, vt se
hæreticæ doctrinæ opponeret, virtualiter
subintellecta est, & inclusa. Firmum ergò
remanet non satis conuenienter dici
Concil. Trid. de mediata institutione fuisse
locutum.

§. 3.

Refertur & impugnatur alius dicendi modus quo
statuitur: relictam fuisse Ecclesiæ potestatem non
quidem instituendi materia & forma sa-
cramentalis substantiam, sed quali-
tatem vel conditionem, &
huiusmodi.

1. Alij immediatam institutionem
saluare volentes, dicunt posse con-
sistere immediatam Christi institutionem,
etiam si in Sacramentis aliquibus, nõ sub-
stantia materiæ vel formæ vel ministri, sed
qualitas vel determinatio aliqua, seu con-
ditio, & huiusmodi arbitrio Ecclesiæ in-
stituenda relicta sint, vt sine illa Sacramen-
tum irritum & inane reddatur.

Arguitur primò, exemplo Sacramenti
Confirmationis tam quantum ad mate-
riam, quam quoad ministrum. Quantum
ad materiam, quia secundum sententiam
certiorem, de necessitate Sacramenti Cõ-
firmationis est, vt oleum sit consecratum,
& hoc ex institutione Christi: modus au-
tem consecrationis à Christo Domino
præscriptus non est, cuius signum, quod
nec ab initio nascentis Ecclesiæ, ijs oratio-
nibus & solemnitatibus Episcopi ute-
bantur,

sterit per-
peram Sa-
cerdotiũ à
Protestan-
tibus ad-
stricũ, se-
cũdũ
sacrificiũ.

Positio se-
cunda a-
liorum ex-
penditur
circa inst.
huius
sacr. im-
mediatæ.

Primum
arg. huius
posicionis.

Locus Cõ-
cil. Trid. de
instit. sacr.
omnes cu-
neos Prote-
stantium
prostermit.

Ad solam
prædica-
tionem &
sacr. mini-

Expositus
locus Aug.

Expositus
locus Cy-
priani.

Isima cõ-
municatio.

bantur, quibus modò vtuntur, & multo-
 tias talis consecratio variata est, vel ex ali-
 qua additione vel mutatione. Quantum
 verò ad ministrum; Ordinarius minister
 Sacramenti Cõfirmationis est Episcopus,
 ex commissione quoque Summi Pontifi-
 cis legimus idem Sacramentum fuisse ad-
 ministratum à simplici Sacerdote cap. per-
 uenit dist. 95. vbi dicitur quod Gregorius
 Magnus dispensauit cum quibusdam Sa-
 cerdotibus, vt ministrarent confirmatio-
 nis Sacramentum, quod factum apud eũ-
 dem recensetur 3. epist. 26. & certum est
 eius Sacramenti ministerium dependere
 essentialiter & de iure diuino ab ista dis-
 iunctiua; quod sit institutus à Christo Epi-
 scopus ex officio, vel simplex Sacerdos ex
 commissione Rom. Pontif. minister Con-
 firmationis: vnde cum per Ecclesiam fiat
 talis commissio, optimè consonat, quod
 minister disiunctiue sit Episcopus vel Sa-
 cerdos ex commissione, idque de iure di-
 uino; & quod eadẽ commissio quæ se ha-
 bet vt qualitas, vel modus, vel conditio re-
 quisita, sit per Ecclesiam instituta, & in-
 trinsecè claudatur in essentialibus Sacra-
 menti quæ sunt materia, minister &c.

*Secundum
 arg. eius de
 positionis.*

2. Secundò, nec id incredibile videri de-
 bet, nam & solemnitas professionis Reli-
 gionis de iure diuino est, vt scribit S. Tho.
 2.2. & tamen ab Ecclesia modi & condi-
 tiones necessariæ præscribuntur, vt illis
 non appositis professio nulla habeatur,
 sicut etiam in matrimonio conditiones
 ab Ecclesia non à Christo præscriptæ sunt,
 & inter essentialia reponuntur, vt absque
 illis contrahendo Sacramentum non per-
 ficatur. Idem in proposito de Ordine dici
 posset, esse quidem de iure diuino imme-
 diatè institutum Sacramentum Ordinis,
 modum tamen vel qualitatem seu condi-
 tionem etiam inter essentialia reponendam
 Ecclesiæ relictam, ex quo factum sit, vt

Ecclesia apponens tales modos, qualita-
 tes, & huiusmodi, eas possit iuxta rerum
 exigentiam variare vel immutare, vt face-
 re potest in benedictione Chriftismatis, &
 ministro extraordinario Confirmationis,
 in Matrimonio & professione: vnde obie-
 ctioni illi communi, quod Ecclesia circa
 materiam, formã, & ministrum (cum sint
 hæc tria necessaria ad cõfectionem Sacra-
 menti) nihil possit immutare, cum omne
 de necessitate Sacramenti sit præscriptum
 à Christo; iam pridem occurrerunt Palud.
 lib. 4. dist. 7. q. 1. dicendo: *Quando aliquid est
 à Deo determinatũ simpliciter & totaliter, nullã
 pati potest immutationem; posse tamen quando
 aliquid est ordinatum à Deo condicionaliter, hoc
 est appositum vel suppositum aliqua conditione per
 Ecclesiam facta, & tunc celebratur Sacramen-
 tum ex institutione Chrifti, non quidem noua sed
 antiqua, non absoluta sed conditionata, quæ
 conditio in essentialia transit, cum possit
 Ecclesia determinationem vel conditio-
 nem vel circumstãtiam apponere nedum
 in ministro, sed & in materia Sacramento-
 rum, vt per hoc nec immediata Chrifti in-
 stitutio deturbetur.*

3. Sed & hic dicendi modus ferè per
 eandem serram reciprocatur, nec nisi verbo
 saluare videtur immediatam institutionem
 Sacramenti Ordinis, & præter multa ad-
 ducta in præcedenti §. Alia contra hunc
 adducuntur argumenta.

4. Primum: quia determinatio talis mo-
 di vel qualitatis vel conditionis, non est
 proximè à Christo, sed tantum remotè &
 radicaliter, nempè ex commissione facta
 Ecclesiæ: & simpliciter non dicuntur illi
 modi vel qualitates vel cõditiones à Chri-
 sto institutæ, sed ab Ecclesia, sicut & sacra-
 mentalia non proximè sed radicaliter à
 Christo instituta dici possunt, ex potesta-
 te videlicet Ecclesiæ tradita vt illa desi-
 gnaret, proximè tamen & formaliter in-
 stituta

*Refutatio
 prædicti
 modus di-
 cendi non
 saluans
 immedi-
 tam insti-
 tuit.*

1. Ratio.

1. Ratio
 de du. fa
 principij
 & do. fa
 v. n. S. Th.

Primus
 locus.

Secundus
 locus.

Tertius
 locus.

stituta dici non possunt nisi ab Ecclesia.

5. Secundum: quia coincideret institutio Sacramenti Ordinis cum Sacramentis legis naturæ, de quibus dicit S. Thom. 3. part. qu. 61. art. 3. ad 2. quod [ante legem non fuit determinatè prefixum homini quibus Sacramentis uteretur] sed & qu. 60. art. 5. ad 3. nulla lege exteriori data, sicut ex solo interiori instinctu utebantur ad Deum colendum, ita etiam ex interiori instinctu determinabatur eis, quibus rebus sensibilibus uterentur. Postmodum verò necesse fuit etiam exterius legem dari, tum propter obscuritatem legis naturæ ex peccatis hominum corrupta, tum etiam ad expressius signum gratiæ Christi, per quam humanum genus sanctificatur: & ideo necesse fuit res determinari, quibus homines uterentur in Sacramentis.] nulla ergò erat determinatio rerum facta exterius diuina institutione, sed hominum arbitrio Deo prius instigante relicto est, quo sensibili signo diuinam fidem protestarentur veluti arcanis symbolis vel Sacramentis. quod magis elucescit ex 4. sent. 3. p. q. 2. art. 6. quæstiunc. 3. vbi dicitur, quod [illa Sacramenta legis naturæ non erant ex precepto diuino obligantia, sed ex voto celebrabantur, secundum quod unicuique dictabat sua mens vt fidem suam alijs exteriori signo profiteretur ad honorem Dei, secundum quod habitus charitatis inclinabat ad exteriores actus.] ergò determinatio sensibilium rerum quæ præscripta à Domino non erat, secundum dictamen cuiuscunq; mentis fidelis à Deo directæ per instinctum vel habitum charitatis homini reseruabatur, & clariùs 4. dist. 2. 1. art. 4. qu. 4. vbi dissoluens illud arg. non minoris auctoritatis est mysterium Sacerdotij nouæ legis quàm legis naturæ, sed quæ Sacramenta dispensabant in lege naturæ, scilicet Sacerdotes pro suo libito Sacramentis visibilibus suam fidem profitebantur, ergò multò fortius hoc debet esse in lege noua, quæ etiam est maioris libertatis] respondet his verbis. Ad secundum

dicendum, quod Sacramenta illa legis naturæ non habebant aliquam efficaciam ex opere operato, sed solum ex fide: & ideo determinatio eorum ab homine puro habente fidem fieri poterat: non ita de Sacramentis nouæ legis, quæ ex opere operato gratiam conferunt.]

6. Ergò sic arguitur, omnis ille modus & cõditio seu qualitas vel determinatio, quæ asseritur ab ijs Doctoribus Ecclesiæ commissa, est ex pura institutione Ecclesiæ & à puro homine, ergò non potest ex opere operato gratiam conferre & pertingere ad partem essentialem Sacramenti, & implicatio est, quod per aliquam rem vel modum rei (seclusa diuina institutione) ab hominibus assumptum possit causari gratia, quod ad potestatem excellentiæ pertinet, quæ dum non asseritur cõmunicata puræ creaturæ ab Ecclesiæ DD. non videtur fingenda distinctio (nò distinguente antiquitate) quod sit commissæ illa potestas non quidè ad rei sacramentalis, sed ad conditionis vel modi & huiusmodi institutionem.

7. Verùm subtiliter duo effugia reperiri possunt pro hac sententia ad saluandam immediatam Christi institutionem, cum modis illis vel qualitatibus seu conditionibus ex commissione Ecclesiæ determinatis seu designatis.

8. Primum est, vt talis modus vel cõditio, siue in materia, siue in ministro sit essentialis vel necessarius.

Secundum vt saltem sit velut quoddam requisitum, non vt materia (vel minister) pendeat propter hoc absolute ab institutione Ecclesiæ per se & simpliciter sed vt qualificata; non ex vi Ecclesiasticæ institutionis, sed quia talis sit qualis Christus postulauit, nempe exemplificando de Sacramento Confirmationis, quantum ad materiã, vt propterea talis benedictio tali modo habeat ratione cæremoniæ sacræ & sacramentalis, quæ ab Ecclesia in-

Efficax argumentum contra immediatam instit. à dicta positione asseritur.

Effugia dicta sententia.

Primum effugium.

Secundum effugium.

Ratio deus ex principijs & doctrina S. Tho.

Primus locus.

Secundus locus.

Refutatio prædicti modus dicendi non saluans immediatam institutis.

Tertius locus.

fiuta, & ab ea instituendam Christus exegerit; quantum ad ministrum similiter, quia Dominus noster non tantum ordinarium, sed & extraordinarium ministrum tanquam legitimum haberi voluit, & per vtrumque Sacramentum administrari, non secus ac baptisma ministrari voluit per ordinarium ministrum, nempe Sacerdotem, & in casu necessitatis à quocunque etiam Laico &c.

Refutatur prima fuga 9. Sed primum effugium sic impugnari potest. nam de facto nihil est quodcumque & qualitercumque dicatur essentialis, quin immediatè à Christo fuerit institutum: & nihil est quod essentialis rei nomen habeat, & sit ab Ecclesiæ institutione.

Refutatur secunda Secundum pariter effugium elidi potest, nam adhuc modus ille vel qualitas non extrahitur à sua propria ratione & origine quin per hominem sit facta, & sic nullo modo potest esse ut inducat conceptum rei essentialis & necessariò requisitæ in Sacramentis, qui si essentialis sit, & sine quo non perficitur Sacramentum, iam ab Ecclesia institui non potuit.

§. 4.

Tertius dicendi modus refertur & discutitur pro saluanda immediata institutione in casu: *prædicto.*

Tertia positio ad saluandam immediatam institutionem. I. **A**lia via ad saluandam immediatam institutionem Christi, si determinatio signorum sacramentalium sit Ecclesiæ commissæ, esse posset, dicendo tunc esse impossibilem immediatam institutionem Christi, cum aliquo signo instituto ex commissione Ecclesiæ, quando non tantum fieret determinatio materiæ in specie & in genere, & fieret impositio simpliciter totius signi ab habente commissionem & potestatem delegatam (si data fuisset Ecclesiæ) totusque effectus Sacramenti dependeret à voluntate & facul-

tate delegati, ceterum si ab institutore Sacramentorum Christo Domino designante materiam in genere, & volente ut in specie determinatio signi in Sacramento Ordinis &c. non à tempore de currente post illam determinationem, sed ab illo nunc pro tunc, quando ex tali pacto promittit gratiam, suum sortitur effectum, non diceretur vllò modo de signator esse institutor Sacramentorum, determinatio enim non est institutio, sed applicatio institutionis signi in genere, ad talem vel talem speciem. Simpliciter tamen & immediatè Christus Dominus esset institutor, designando determinato illi signo vel applicandæ materiæ in specie ex sua commissione, promittendo gratiæ significationem & causalitatem, ante omne exercitium & usum talis applicationis.

2. Exemplum esse posset. Si Rex vel Princeps statueret, ut Magistri Vniuersitatum ad hoc ut priuilegijs fruantur, stemmatibus seu insignijs doctoralibus vterentur, etiam si modus in colore, vel alia qualitate eis relinqueretur &c. proculdubio Rex diceretur auctor, & causa moralis stemmatum, & solutionis stipendij, Vniuersitas verò esset solum causa applicans talem vel talem materiam.

3. Similiter in inuestituris & possessionibus videmus homines sensibilibus signis inuestiri in aliqua dignitate, vel possessionem capere, quod autem hoc vel illo signo possessio capiatur, sola distinctio materialis est, vnde olim calceamento vel chirotheca Rex inaugurabatur, & possessionem capiebat: ita aduertunt multi Interpretes in Psalm. 59. in eum locum: *In Iudaam ostendam calceamentum meum: vbi Hieron. vertit: In Iudaam incedam calceamento meo. Jaliij legunt: In Iudaam extendam chirothecam meam: & in his omnibus inue-*

Exemplum pro hac positione de stemmatibus

Aliud exemplum de inuestitura.

Quomodo autem quis possessor accipit solebat.

Aliud exemplum pro ea positione

huius

Huius vel illius signi materialis non dicitur simpliciter institutio signi de iure gentium introducti & instituti, sed solum determinatio signi ab hoc vel illo prætorum assumpti, relicta est enim. Regnis vel Republicæ indifferens ratio assumendi hanc vel illam cæremoniam in genere, dictante iure gentium, sensibili signo iuribus & possessionibus ciues esse inuestiendos: Eodem modo de Ordine dicendum est, quod ubi modus vel qualitas signorum relicta esset Ecclesiæ designandus, non diceretur Ecclesia vel Summus Pontifex institutor alicuius partis essentialis Sacramenti, sed designator materiæ, non simpliciter sed modificatæ, & ante omnem usum à Christo assumptæ ad sanctificandum, cum ex tunc futuræ modificationi ex diuino pacto gratiam præparabat.

Aliud exemplum pro eadem positione.

4. Nec id insolens v. deri debet, cum Sacramentum Ordinis tradatur per modum inuestituræ, sicut nec simile insolens in matrimonio, nam etiã est contractus super quem fundatur ratio Sacramenti ut determinatio contrahentium sit per Ecclesiam, & in Pœnitentia ubi habetur forma iudicialis, ex iurisdictione Ecclesiæ, statuitur ut hæ non illæ sint personæ subditæ super quas iudicium sacramentale exerceatur.

Hanc viam tenere possent qui dixerunt materias & formas Ordinis in genere institutas, in specie determinationi Ecclesiæ commissas ut Ruardus, Petrus de Soto, qui de omnibus Ordinibus sunt locuti, & Bellarmi cap. 3. contr. lib. 1. c. 9. Sacerdotium solum excipiens, & Neg. nez q. 37 in addit. art. 2. & Conink.

3. part. de Ord. disput. 2. dub. 7.

sacros quoque Ordines excipientes.

§. 5.

Refutatio eiusdem modi.

1. **V**erùm in re tam ardua & difficili, in materia præsertim Sacramentorum, magis sensus Ecclesiæ præ oculis habendus est, quam proprium iudicium sequendum, debet esse quisquis Orthodoxus Doctor (vt scripsit Tertull. lib. de resurrect. carnis cap. 31.) discendi magis affinis, quam præsumandi, & credendi diligentior, quam contendendi, & diuina potius sapientia religiosus, quam sua libidinis. Quare ad lineas Conciliorum & decretorum Ecclesiæ quæstiones omnes reuocandæ sunt, per quas expeditius res deciduntur, quam per placita propria. Nec ignoro, vt in alio simili dicebat Tertull. lib. de anima cap. 1. quanta sit sylua materiæ istius ad Philosophos (apud Hæreticos nostri temporis) pro numero etiam ipsorum commentatorum, quot varietates sententiarum, quot palastra opinionum, quot propagines quæstionum, quot implicationes expeditionum &c. à quibus late quaruntur incerta; latius disputantur præsumpta. Quanta difficultas probandi, tanta operositas suadendi &c. Christiano autem paucis ad scientiam huius rei opus est, nam & certa semper in paucis, & claris sententijs, & ampliùs illi querere non licet, quam quod inueniri licet, infinitas enim quæstiones Apostolus prohibet. Porro non ampliùs inuenire licet, quam quod à Deo, & ab Ecclesia discitur. Quod autem à Deo discitur, & ab Ecclesia, torum est. Didicimus autem ab Ecclesia in Trid. Synodo sess. 21. cap. 2. nihil posse eam statuere circa substantiam Sacramentorum, solumque ad sacramentalia se extendere; ergo ex indefinita locutione Concilij non est faciendâ exceptio de qualitatibus, de modis, de designatione in specie, omnes enim hæ viæ & dicendi modi in vnum compitum re-
dicunt.

Refutatio
idem di-
cendi mo-
dus.

In materia
Sacramen-
torum vt in
cat. myste-
rijs no in-
genio no-
stro fiden-
dum sed Ec-
clesiastica
doctrina
illud sub-
ijciendū.

Primo pro
hoc addu-
citur infi-
gnis locus
ex Tertul.

Quicquid pertinet ad causam & essentiam Sacramentorum à Christo præscriptum ante omnem usum.

2. Quare omnino dicendum absque vlla exceptione quicquid pertinet ad causalitatem & validitatem Sacramentorum ab ipso Domino determinatam ante omnem usum, nec quod erat (vt habet iste modus dicendi) per Ecclesiam assumendum, ante omnem usum ex diuino pacto est eleuatum ad causandam gratiam, præuenit enim diuina institutio assumendo & præscribendo necessaria ad consecutionem Sacramenti, priusquam heret illa suo tempore futura designatio, otiosa enim fuisset expectatio, cum nedum in genere sed in specie poterat fieri designatio omnium caeremoniarum & modorum substantialium, vt factum est in veteri lege. Nec dignitati delegaræ ipsi Ecclesiæ aliquid conducebat talis concessio determinationis signorum vel modorum &c. cum satis honorifica esset ex potestate instituendi sacramentalia, quin potius institutori obsumisset, qui etsi id facere potuisset per aliqualem potestatem excellentiæ communicationem, in designatione materiæ huiusmodi non erat expediens; vt sic inter potestatem excellentiæ Christi Domini & ministerialem Ecclesiæ facultatem distinctio appareret. Magis autem rationabilitas refutationis omnium supradictarum viarum apparebit ex solutionibus argumentorum quibus sua placita suadebant supra recensiti DD.

§. 6.

Solutiones argumentorum, que allegata sunt pro primo modo dicendi.

Ad primi modi dicendi primam arg.

AD argumenta in oppositum, quæ adducta sunt, in hac dubitatione prima suo ordine respondendum simpliciter sine vllò præiudicio pronuntiationis, & primò ad argumenta primi modi dicendi.

1. Ad primum, etsi Concilium eo loco generaliter loquatur, dum dicit Sacramentum Ordinis signis seu verbis perfici, etiam exprimit quæ sint ista symbola loquens de institutione sacrificij, dicendo *sub symbolis specierum panis & vini* Apostolos initiatos, ad cuius rei imitationem hodie quoque ab Episcopis sub istidem signis sacrantur Sacerdotes. Nec erat necesse distinctius tradere, quod supponebatur traditum pro materia & forma à Conc. Flor. in vnione Armenorum vt postea ostenderetur.

2. Ad secundum, Resp. ex S. Thom. in *Ad 2. arg.* addit. qu. 45. art. 2. & 3. tales nutus & similia quia possunt consensum exprimere mutuum, vbi perficitur ratio Sacramenti matrimonij, pro verbis computari, quod in cæteris contractibus etiam satis est, vbi voluntas contrahentium vt causetur obligatio, per eadem verba & signa exprimitur. In Pœnitentia ex 3. p. 84. art. 3. ad 3. idem effectus per illa verba *absoluo te, & remitto peccata tua* significatur, & vtrunque scripturis expressum est; & sunt verba omnino æquipollentia, vt similiter in matrimonio nutus & signa æquipollent verbis. Non sic contingeret, si loco instrumentorum aliud signum apponeretur in Ordine, esset enim elementorum seu materiæ diuersitas, non secus si pro aqua in baptisate oleum subrogaretur. quare non est simile quod verosimiliter obijciebatur in argumento.

3. Ad tertium, diuersa est ratio humanæ & diuinæ inuestituræ. Humana, quia est tantum ad significandam dignitatem absque vlla efficacia, propterea in arbitrio hominum relinqui potuit signorum determinatio, quibus ea demonstraretur, at in inuestitura diuina per dignitatem sacerdotalem aut per alios Ordines, non solum potestas sacerdotalis

Ad 3. arg.

Differetia est inter humanam & diuinam inuestituram.

sum

Locus potestatis

Ad 4. eiusdem rationis

Ad 5. di di prim

Locus Ber.
poderatus.

cum gratia significatur, sed & efficienter
producitur, unde diuinitus debet fieri
determinatio in specie. & hoc voluit si-
gnificare S. Bernard. serm. de cœna Do-
mini relatus 3. part. quæst. 62. art. 1. in cap.
dum dixit. [Sicut inuestituræ Canonici per li-
brum, Abbas per baculum, Episcopus per annu-
lum, sic diuisiones gratiarum diuersæ sunt tradi-
ta Sacramentis.] ponens implicitam differ-
rentiam, inter librum, baculum, & annu-
lum, & cætera signa sacramentalia, quia
sub illis symbolis inuestituræ Abbatis tan-
tùm est significatio vnda dignitatis Abba-
tis &c. at in signis sacramentalibus dum
traditur gratia, plusquam significatio ex-
primitur, nempe causalitas iuxta alio-
rum PP. sententiam, cum quibus Bern.
concordat, vt colligitur ex S. Thom. eod-
dem loc.

Ad 4. & 5.
eiusd. posi-
tionis.

4. Ad quartum & quintum, ex illis DD.
habetur apertè determinata esse signa à
Christo Domino, & in quæst. cadit an so-
la traditio instrumenti satis sit, vel impo-
sitio quoque manuum requiratur. Simi-
liter an vinctio sacerdotalis necessariò ad-
hibenda sit: de quibus per singula mox
discurrendum erit.

§. 7.

Solutio argum. secundi modi dicendi.

Ad 2. mo-
di dicendi
primū arg.

1. **A**D argumenta secundi modi di-
cendi. Ad primum, quo adduci-
tur exemplum de Cōfirmatione, dicendū
non esse simile. nam loquendo quantum
ad materiam, in benedictione tanquam
de essentia præscriptum est, quod Dei
verbo & nomine sanctificetur. quare for-
mulæ aliæ per Ecclesiam institutæ inter
sacramentalia computantur. Quantum
verò attinet ad ministerium eiusdem Sa-
cramenti, minister ex institutione Christi
talis est qualem esse voluit, ordinarius
nempe Episcopus, extraordinarius sim-

plex Sacerdos ex commissione Pontifi-
cis, id autem speciale est in hoc Sacra-
mento, quod colligitur ex traditione &
vsu Ecclesiæ, declarantis mentem sic insti-
tuentis. Quare cum ex traditione non
colligatur extensio ad quamcunque aliam
materiam & formam, modum, de signa-
tionem, & eiusmodi, non est in conse-
quentiam trahendum in alijs Sacramen-
tis, quod in hoc Sacramento est specia-
le, sufficit enim ex Christi institutione in
extraordinario ministerio potestas sacer-
dotalis, vt possit velut extensus & applica-
tus & explicatus character per concessio-
nem Pontificis Cōfirmationem ministra-
re, quæ extensio velut moralis facultas est
ex potestate iurisdictionis Pontificiæ, non
secus ac potestas iurisdictionis characteri
sacerdotali superuenit ab Episcopo seu
Ordinario dimanans, sine qua nec Pœni-
tentia Sacramentum efficaciam habere
deprehenderetur.

Ad 2. arg.

2. Ad secundum, dispar est ratio in hoc
Sacramento, & in Matrimonio, seu pro-
fessione religiosa. In Matrimonio liqui-
dem & professione cum interueniat ratio
contractus, constitui possunt conditio-
nes quæ necessariæ sunt ad eius validita-
tem, propterea quotquot apponuntur,
in substantiam & essentiam contractus
transeunt. In Ordine verò fit Consecratio
initiata, vt anima diuina gratia & spiritali
vi exornetur, quare non est puræ creatu-
ræ nec modum vel qualitatem vel condi-
tionem aliquam apponere, quæ transeant
in necessariò requisita, seu modos inte-
grantes vel componentes, vel modifican-
tes ipsas intrinsecas partes constitutiuas
Sacramenti, nisi sit specialis eorundem
modorum eleuatio, & de hac fit sal-
tem ex traditione facta reue-
latio.

Quod vni
Sacramento
ex tradi-
tione conue-
nit non est
ad aliud
sine tradi-
tione exten-
dendum.

Dispar ratio de Or-
dine & Ma-
trimonio profes-
sionem religio-
sam.

§. 8.

Solutio argum. tertij modi dicendi.

Ad 3. mo- I. Ad argumenta facta pro defensionē dicendi solutio- nes.

Præstat ignorare quam præsumere scire qua reuelata non sunt.

Solutio exemplorum supra allatorum & primò ad exemplum de sēma- tibus & in uestitura.

Solutio ad alia exempla allata in tertio dicēdi modo.

AD argumenta facta pro defensionē dicendi, Resp. si tali modo facta esset illa eleuatio futuræ designationis, ex nunc pro tunc diuinæ institutionis, fortassis immediata institutio quoque ex hac via saluaretur. Verùm, ne Sectarij portentosam obijciant præsumptionem diuinantem, quæ nec ex traditione certò colligi potest, melius est docta ignorantia silere, quam temeraria præcipitatione incerta promulgare. Quis enim, dicebat Tertull. lib. de anima cap. 1. *Audeat reuelare quod Deus textit &c. Vnde & ignorare tutissimum est. præstat per Deum nescire, quia non reuelauerit, quam per homines scire quia ipse præsumpsit.*]

2. Ad exemplum de insignijs magistratibus, inuestituris &c. iam patet disparitas ex supradictis, quia illa sunt tantùm ad designandam dignitatem & huiusmodi, propterea humana facultas potest in specie determinare signacula quibus significetur, quod non potest facere in sacra Ordinis inuestitura quæ per Sacramentum traditur, cuius nec minimam partem vel modum potest assumere purus viator vt sit de essentia Sacramenti, cum eius sit designare partem Sacramenti vel quemcunque modum, cuius est causare virtutem Sacramenti.

3. Ad alia exempla de Matrimonio & Pœnitentia est diuersa ratio, nam in pœnitentia exercetur actus iudicialis, & determinari possunt ab Ecclesia quæ personæ sint capaces vel incapaces (ex defectu iurisdictionis) eiusmodi Sacramenti. Similiter in matrimonio reperitur ratio contractus, super quem consurgit altitudo Sacramenti, & præscribi potuerunt & possunt conditiones habitantes & in-

habitantes personas ad contrahendum. Ordo verò datur non per modum terrenæ inuestituræ, sed cœlestis, propterea nihil erat assumendum, quod ad designationem materiæ ab hac mortalitate pederet.

DVBITATIO SECVND A.

Quinam in specie sint determinati actus qui se habeant loco materia in consecratione Sacerdotum, num sola manuum impositio, an sola calicis porrectio. an vtrumque & an Vnctio sacerdotalis pertineat ad rationem Sacramenti.

1. **P**LVRES actus determinati in Sacerdotum consecratione concurrunt, manus Episcopalis impositio, vnctio manuum iniiciendi, porrectio calicis; quærendum modò est, an hæc singula, an verò omnia simul iuncta sint materia, nimirum vt Spalatensis calumniæ respondeamus & blasphemæ execrandæ, videlicet nihil in hacre à Christo Domino dispositum, ignotum retrò & occultum hoc Sacramentum fuisse, & in varias opiniones disceptum (meritò ipse disceptus ob ista factusq; cibus ignis) nempè sic loquendum erat illi qui nouum Deum cum noua Republica Marcionem æmulatus, quasi veteris puderet, introducit, vt antiquam cum veteri Ecclesia, & hierarchicis Ordinibus si posset, eliminaret.

§. 1.

Prima sententia S. Bonauentura & aliquorum veterum Scholasticorum, & modernorum dicentium, solam impositionem manuum esse necessarium elementum in Ordinis sacerdotalis collatione.

1. **D**IFERTISSIMIS & CLARISSIMIS verbis S. D. RAPHICUS DOCTOR non semel irapro-

Sola impositione manuum ad-

ministr
hoc Sac
mentum
D. Bona
uentura
asseruit

Eide
senten
scripsit
trus a
Tara

Palu
& D.
dus
tenu
senten

ministrari
hoc Sacra-
mentum
D. Bona-
ventura
asseruit.

pronunciauit: in 4. enim sent. dist. 24. q. 4. cum præmississet duo requiri tanquam essentialia Sacramento signum visibile, & verbum, mox subdit, quoniam enim manus est organum organorum in operando, & lingua in exprimendo, rectè significatur conferri potestas in officio viriisque, & paulò post. in Ordinibus sacris quoniam datur ibi nobilis potestas & excellens. sit manus impositio non tantum instrumenti traditio, quoniam manus est organum organorum, in quo scilicet principalis residet potestas operandi vnde sic ordinabant in Ecclesia primitiua, vbi non nisi isti duo Ordines explicitè erant.] & in 3. arg. ad oppositum arguens, quod Character non imprimatur in libri vel vasis traditione, quoniam est tales libri, vel vasa deessent, sicut fortè deerant in primitiua Ecclesia, nihilominus tales Ordines dari possunt; (Respondet) ad illud quod obijcitur de libri, vel vasis traditione, secundum quod sicut omne instrumentum siue armatura in virtute manus est; sic etiã per impositionem manuum vbi talia deessent possunt signari: vnde sicut post videbitur, in impositione manuum ceteri Ordines implicabatur, qui postmodum processu temporis explicati sunt, & quantum ad verbum, & quantum ad signum & quantum ad personas.] & art. 2. q. 1. ad 3. ad illud quod obijcitur quod in Ecclesia primitiua soli Ordines sacri fuerunt, dicendum quod falsum est, imò & alij fuerunt, sed implicitè dabantur in impositione manuum, in quantum manus est organum organorum.

Eidè sententia sub-
scriptis Pe-
trus de
Tarantasio.

Paludanus
& Duran-
dus eandè
tenent sen-
tentiam.

2. Petrus de Tarantasio eandem sententiam docuit. & Paludanus in 4. d. 24. q. 2. dicit in impositione manuum dari gratiã sanctificantem. Durandus eadem d. q. 3. Ordinem Diaconatus dixit per solam manuum impositionem conferri.
3. Citatur quoque S. Th. 3. p. q. 84. ar. 8. ab Arcudio lib. 10. suæ concordie Eccles. Oriental. cum Latina cap. 4. qui reddit rationem cur in Sacramento Pœnitentiæ manus impositio non requiratur (vt nec in

cæt. Sacrament.) requiratur verò in Sacramento Confirmationis, & Ordinis, Resp. Quia (inquit) impositio manuum in Sacramentis Ecclesie fit ad significandum aliquem copiosum gratie effectum, quo illi quibus manus imponuntur, quodammodo per quandam similitudinem continuantur ministris in quibus gratia copia esse debet, & idèd manus impositio fit in Sacramento Confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus S. & in Sacramento Ordinis in quo confertur quadam excellentia potestatis in diuinis mysterijs. Vnde & 1. Tim. 5. dicitur, resuscites gratiam Dei que in te est per impositionem manuum mearum] & obiectionem soluens de impositione manuum, qua fiebat super ægrotos, Resp. illa manus impositio non est sacramentalis, sed ordinatur ad miracula perficienda.] cum ergo impositio manuum in Ordine sacramentalis sit, & copiosum gratiæ effectum tribuat, per illam solum perfici videtur docuisse Angelicus, & perfectionem essentialem in sola manuum impositione consistere. Sed iterum de mente S. Doctoris inferius reassumetur sermo.

4. Ex modernis qui sententiam Bonau. tenent, videtur M. Fr. Franciscus de Victoria Academiæ Theologicæ apud Iberos instaurator in summa Sacramentorum de Sac. Ord. nu. 23. vbi ait. Non est tamen certum quod sit necessarium ex iure diuino quod tradatur calix Presbytero, quia in scriptura non habetur quod fiebat nisi per manuum impositionem 1. Tim. 4. & 5. nec etiam requiritur manuum impositio vt patet in cap. Presbyt. de Sacramentis non iterandis [subdès] idèd forsan talibus verbis consecrat Episcopus Sacerdotes & alios ministros. nolo tamen aliquid noui asserere. At satis dubiè loquitur & perplexè hic author in hoc vltimo dicto, & minus cõsonè ad doctrinam Concil. Florent. vbi nedum verba sed & res in Sacramentis adhibendæ dicuntur, nisi explicetur de solis verbis in ordine ad potestatem, prout assimilantur

S. Tho. ab
Arcudio
citatur pro
eandem sen-
tentia.

Inclinat P.
M. Fran-
ciscus de
Victoria
sed mox
resilit ab
eandem sen-
tentia.

Hierarchæ, & non materiæ, vt loquitur & exponit S. Th. infra §. 2. n. 5.

Melchior Canus eidem sententia videtur ad stipulari.

5. Melchior Canus eius discipulus lib. 6. de loc. c. 8. ait. *Si nunc deesset balsamum aut liber qui tangeretur, & Confirmationis & Ordinationis Sacramenta manu solum imposita conficerentur, vt etate Apostolorum à principio statim fieri consuevit, at vbi non esset similis necessitas nec Ordinatio forte, nec Confirmatio sine eiusmodi Sacramentorum materia valeret.*

Petrus de Soto & Martinus Ledesma in eadem sunt sententia.

6. Fr. Petrus à Soto insignis Magister, ac ferè secundus Angliæ Augustinus in instit. Sacerd. de Sacram. Ord. lect. 5. ait: *Nihil esse magis consentaneum scriptura & Patribus, quam impositione manuum esse de essentia. Quare, inquit, magis videtur perfici Sacramentum in illa manuum impositione in superioribus Ordinibus, sed vt cunque fit, melius est hoc sub dubio relinquere. Noster P. Mag. Martinus Ledesma 2. p. 4. sent. q. 36. art. 3. putat manuum impositionem essentialiam esse; Conciliū verò Florent. de hac re nihil definiisse.*

Hofius Caraim. est in eadem assert.

7. Cardinalis Hofius in Confess. Pol. de Sacram. Ord. c. 50. & 53. loquens de materia huius Sacram. In Sacerdotibus, ait, *vnctio siue manuum impositio est materia seu signum seu elementum &c. vbi disiunctiue loquitur.*

8. Quidam apud Matth. Calenium cateches. 201. imprimi characterem docent (quibus ipse videtur subscribere) quando ab Episcopo manum imponente pronunciat: *Accipe Spiritum S. quorum remisit peccata &c.* nam porrectio calicis Diaconis illum tenentibus, cum illis verbis: *Accipe potestatem offerendi sacrificium*, præcedit ipsum sacrificium & initio Missæ proferatur, & quia meminit antiquitas potissimū impositionis manuum, ij (ait) qui tenent in impositione manuum quæ fit post Missam quando traditur Spiritus S. putant se propius ad veritatem accedere.

Alij quoq; DD. quos sequitur Matthæus Calenius idem docent.

9. Mag. Fr. Nicolaus Coffeteau Hu-

gnosticorum mastyx lib. 2. c. 4. in Rempublic. M. Antonij de Dominis, in eam sententiam inclinatur, manuum impositionem esse ceremoniam essentialiam. Tamen adhibendam traditionem instrumentorum ex facto Christi pronunciat, licet non explicet si sit hoc de essentia. & eodem c. refert duorum Scholasticorum sententias. Quidam (ait) in traditione calicis positam esse Ordinationis materiam dicunt exemplo Christi innitentes, qui calicem accepit & Discipulis porrexit. Sed quis (ait) pro impositione manuum certant, hi authores habent Apostolos, qui proculdubio non nisi ex præscripto Christi eam formam in sacris Ordinationibus vsurparunt. Et vt inter omnes non conueniat de præcisa materia ratione, volūt tamen omnes tum traditionem fieri sacrorum instrumentorum, tum etiam impositione manuum adhiberi, nullusq; inde oriri scrupulus possit.

9. Nuperrimè Martinus Becanus in analogia fidei cap. 7. inclinatur in hoc, quod manus impositio sit quid principalius & ad essentialiam Sacramenti pertineat. Ritus (ait) qui in nouo testamento vsurpantur sunt v. arj. Nam aliqui habentur ex scriptura, vt impositio manuum Episcopi 1. Tim. 2. Tit. 1. alij ex traditione Apostolica vt vnctio, teste Dionys. Areopag. c. 4. de Eccles. Hierarch. alij ex vsu & praxi Ecclesie, vt multi ex ijs quorum fit mentio in Pontificali. Vbi iuri diuino tribuit impositionem manuum. Sed expressius p. 3. de Sacram. Ord. c. 25. q. 4. art. 6. vbi de Sacram. Ordinis tractas docet impositionem manuum esse essentialiam, calicis verò & instrumentorum porrectionem pertinere ad ceremonias accidentales, sed de hac porrectione inferius habebitur discussio, an sit dicenda accidentalis.

M. Nicolaus Coffeteau in eadem sententiam inclinatur.

Martinus Becanus eisdem subscripsit.

Fundamenta huius sententia.

1. **H**Æc autem sententia persuaderi potest primò, quia tam scripturæ quam Patres nihil frequentius in ore habent

1. Argum. huius prima sententia.

2. Arg.

3. Arg.

4. Arg.

bent vbi de Sacramento hoc incidit sermo, quam docere ad impositionem manuum suscitari Dei gratiam, eandem per earundem impositionem tribui, dari Spiritum Sanctum, illas homines quidem imponere, at Deum largiri gratiam, quod non facerent nisi non solum esset principalis ceremonia sed & essentialis, in qua sola tantquam in elemento huius Sacramenti eiusdem ratio cōsisteret. & si etymon aliquod argumentum subministrat, dum Ordinatio chirotonia vocatur ab impositione manuum, à suo essentiali deriuari debuit, vnde baptisma ex aquæ elemento seu abluitione, quæ essentialis materia est meritò nomen sortitum est.

2. Argum. 2. Secundò ex praxi primitiue Ecclesiæ, quæ hoc Sacramentum sola impositione manus administrabat, vt patet ex loc. cit. Scripturæ, & ex Dionys. Areopa. in Ecclesiast. Hierarch. quæ non per Synecdochen intelligenda sunt, cum nulla extet primæ ætatis testimonia Apostolorum quæ potestati quoq; instrumentorum testimonium perhibeant. sola ergo manuum impositio essentialis est.

3. Argum. 3. Tertiò: quia in Ecclesia Africana Sacerdos sola impositione manus cum mysticis verbis sacrabatur, ac vbi in omnibus Ordinibus recēsentur materiæ & formulæ, tamen sic dicitur de initiatione Presbyteri in Concil. Carthag. 4. c. 3. Presbyter cum ordinatur Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri qui presentes sunt, manus suas iuxta manum Episcopi super caput illius teneant.

4. Argum. 4. Quartò: quia Ecclesia Græca vsque nunc (vt patet ex omnibus Græcorum ritualibus & Euchologijs) solam manuum impositionem tanquam elementū & materiam adhibuit, durū verò esset asserere, non perfectum fuisse Sacramentum, alioquin necesse esset dicere consequenter Ec-

clesiam Græcam Sacerdotio expoliatam, & lumen Sacramentorum in ea fuisse extinctum, quod est magnum inconueniēti. Somnari autem pro Ecclesia Græca impositionem manuum, pro Latina potestatem calicis à Christo institutam, voluntarium est, & vnitatem & vniformitatem Sacramentorum tollit.

5. Quintò, quo expressius est instrumentum ad significandam translationem potestatis ab Episcopo in Sacerdotē vsūque talis potestatis, eo verisimilius assumptū à Christo sanctificatore præsumendum est. At talis est manus, quæ nō solum superioritatem super cætera, imò omnia instrumenta habet quæ ordinatis traduntur, sed & actiones omnes sacramentales ad quas potestas sacerdotalis se extendit manibus exercendam insinuat, & communicationē ex contactu manus ordinantis cum capite ordinati concinnè exprimit. Ergo &c.

6. Sextò: quia aduersarij Hæretici faciliores inclinant ad hanc sententiam quam ad oppositam, quia vident clarissima scripturæ testimonia pro impositione manuum, quæ non legunt pro traditione calicis, vnde M. Antonius de Dominis lib. 2. cap. 4. numer. 29. sic dicit. Non diffiteor impositionem hanc manuum ab Apostolis acceptam, Ecclesiastico præcepto esse omnino in ordinationibus adhibendam, & si Ordinatio esset verum Sacramentum, certè pro ipsa re materiali, & sensibili totoque ritu & ceremoniali esset ipsa manuum impositio ei assignanda: ea enim est maximè insignis, & in diuinis scripturis ac Conciliorum decretis Patrumque assertionibus, Ecclesiasticis quoque historijs celebrata.] Scripturæ & Patres superius adducti sunt, similiter & Concilia, & c. His addatur S. Th. in addit. 3. p. q. 37. art. 5. in corp. vbi dicit: Sed per impositionem manus datur plenitudo gratiæ per quam ad magna officia sunt idonei. & subdit eam solis Presbyteris Diaconis adhiberi.

M. Nicollaus Coffeateu in eadem sententiam inclinat.

Martinus Becanus eiusdē subscrpsit.

Argum. prius prima sententia.

7^o. Argum.

7. Vltimò: quod magis vrget, quia Trid. Concil. vbi docuisset *leff. 25. c. 3.* Sacramentum Ordinis perfici *signis & verbis*, infert esse Sacramentum, quia scripturatum & Patrum testimonio per impositionem manuum gratiam conferri edocemur, vbi in quo signo sensibili confisteret determinatè expressit, putat in manu impositione, & Can. 4. anathematizat eos qui negat Spiritum S. dari, ac proinde frustra Episcopum dicere: *Accipe Spiritum S.* hoc autem fit ad impositionem manuum Episcopi, & *leff. 14. ca. 3.* Ministrum Extremæ Vnctionis dicit esse Presbyterum ritè ordinatum ab Episcopo, *per manus impositionem Presbyterij &c.*

§. I.

*Argumenta in oppositum.**Argumenta in oppositum.*

8. I N contrarium verò argui potest. Primò, quia materia debet esse in vnoquoque Sacramento propria ad determinandum proprium effectum Sacramenti, sed impositio manuum communis est cū alijs multis actionibus hierarchicis. ergo minor probatur, nam Act. 9. Ananias Paulum baptizaturus manus illi imposuit, Apostoli per impositionem manuum dabāt Spiritum S. & Chrismatis Sacramentum, Act. 9. & 19. adhiberi quoque solitam in reconciliatione pœnitentium res est manifesta in Concilijs & PP.

2. Argum.

Secundò patet ex decretali Greg. IX. c. Presbyter, de Sacramentis nō iterandis, Pontifex enim expressè ait: *manuum impositionem esse ritum ab Apostolis introductū.* Non ergo Sacramento essentialis est. De quodam sine impositione manus initiato statuit nihil iterandum esse, sed postea, *causè supplendum* esse quod deerat: certum est autem quod supplendum erat, nempe imponere manum sine alia repetitione formæ, non potuisse ad essentialia aliquod perti-

nere, non enim Sacramenta perficiuntur, nisi quando materia & forma sunt simul saltem similitate morali, quæ longo temporis spatio interrumpitur.

§. II.

Secunda sententia Sancti Thomæ & communis Scholasticorum refertur & expenditur statuens in traditione calicis tanquam in essentiali ritu consistere sacerdotalem initiationem.

2. Angelicus Doctor cum suæ ætatis Scholasticis, quem & posteriores *Sententia S. Tho. refertur.* communiter secuti sunt, apertissimè docet in traditione calicis cum patena sub certa verborum forma perfici sacerdotalem consecrationem quæst. 2. artic. 3. 1. Argum.

q. vnic. d. 24. vide Soto q. 1. ar. 4. Val. 3. p. q. 1. de Sacr. Ordin. Nunnez in addit. Syluium ibidem & alios recentiores. Patet primò hæc sententia ex facto Christi Domini, Dominus enim ordinavit tradendo instrumenta, tunc namque Apostoli facti sunt Sacerdotes, cum in vltima cœna tradidit eis Dominus sacra Symbola panem viuum, & mysticum seu consecratum calicem, eisdem dicendo *hoc facite*; id est, *scripitate in mei commemorationem.* Hæc autè nō est obscura institutio. Idem præstatum cum traditur calix cū patena ab Episcopo initiandis ad sacerdotium, sub illa formæ verborum: *Accipe potestatem offerendi sacrificium*, exëplo & facto Christi instructa & edocta.

2. Confirmatur, quia nullus certè negabit in Christi mensa fuisse quoddam *Confirmatio.* τρῦβαλιον quod patenam seu paroplidem licet interpretari: & à Christo singulis porrectam fuisse patet ex Matthæo, Marco, Luca; calicem expressè porrectum singulis clarè tradunt Euangelia, & Paulus 1. Cor. 10. & extitisse sufficientissima signa, quibus explicari potuit (vt de facto explicata est) potestas sacerdotalis, ambigi nullo pacto potest.

Confr. 2. 3. Confirmatur, nam ex facto Christi accipientis panem & vinum & proferentis super illa, *Hoc est &c.* collecta est materia & forma Eucharistiae, etiam si in scripturis non dicatur quod sint materia vel forma. Forma Baptismi collecta est ex ijs verbis, *Baptizantes eos in nomine Patris.* & tamen non est expressum quod Minister dicat, *Ego te baptizo*, imò ex puris illis verbis, seclusa intelligentia ex praxi Ecclesiae, non posset colligi absque instantia, nam, non est necesse ut exercens actionem dicat eam in actu signato, non enim ei qui docet opus est dicere: ego vos doceo. & tamen in scriptura utrumque positum est simili forma, *docete omnes gentes; baptizantes eos &c.* Matth. vlt. dissimili tamen intelligentia ex scriptura per Ecclesiae sensum expressa, nam cum aqua ad multa adhiberi possit, oportet per formam determinari, & idè non satis est abluere & dicere *in nomine Patris &c.* sed exprimi debet in exercitio illius actus tota actio cum forma: *Ego te baptizo in nomine Patris &c.* ergo etiam ex hac actione Christi patenam & calicem porrigentis & dicentis *hoc facite*, ex traditione Apostolica & sensu Ecclesiae, ritus consecrandi Sacerdotes sufficientissimè collectus est.

Instantia. 4. Quod si dicas, si ex facto Christi requireretur traditio calicis & cæx. in traditione potestatis in ordine ad Corpus Christi verum, pariter non impositio manuum, sed insufflatio adhibenda esset ab Episcopis cum dicitur eis: *Accipite Spiritum sanctum.*

Repulsio. 5. Contra est quia non omnia Christi facta sunt in consequentiam trahenda à nobis in Sacramentorum administratione, nisi ea deducat Ecclesia. nam absque confessione dictum est etiam Paralytico, *dimittuntur tibi peccata tua* à Christo Domino, & tamen cum formam absolutionis

profert Sacerdos confessionem præcedere necesse est. Quia enim in Christo Domino erat potestas excellentiæ poterat effectum Sacramenti etiam absque signo exteriori conferre, & flatu denotare effectum illum potestatis remittendi peccata, quæ Apostolis tributa est, quem nec ut instrumentum vel caeremoniam perennem in Ecclesia frequentandam assumpsit, & quia illius loco impositio manuum datur, cum dicitur initiando: *Accipe Spiritum sanctum, quorum remisit peccata &c.* rectè hinc colligitur ad traditionem Apostolicam accurrendum, à qua etiam habemus in collatione prioris potestatis retinendum Christi factum, illudque ad initiandum sufficere, in collatione verò posterioris non esse illud factum retinendum, sed manuum impositionem in quam status Symbolum fuit commutatum.

5. Quod si rursus dicas (& est instantia *Instantia* | *Duranda.*) Dur. d. 24. q. 5. num. 11. [*Si per hac verba dedit eis potestatem sacerdotalem, hoc non fuit mediante Sacramento Ordinationis, quia Sacerdotibus in Ordinatione sua sacramentali traditur in vasis materia non consecrata, Christus autem tradidit materiam consecratam, & ad usum tantum dicens: Accipite & manducate &c. non ad consecrandum, sed per modum potestatis excellentiæ.*]

6. Contra ex eodem contextu Evangelij, nam legimus quod Christus Dominus accepit panem, illum fregit, & posuit in patena & porrexit Discipulis suis dicendo verba consecrationis, subdènsque *Hoc facite &c.* similiter de calice dicit: *Accipite & dividite inter vos.* subdendo: *Hoc facite.* & utrumque referri potest, nempe acceptio atque porrectio tam ad usum, nempe ad communicandum, quàm ad conficiendum, illaque particula, *Hoc facite*, ad totum factum præcedens referri potest tanquam illius determinatio, eandèque integritatis

locutionem respicit, vt sensus sit : Facite hoc quod vobis trado non tantum ad vsum, nempè ad sacramentaliter comedendum, sed etiam ad sacerdotaliter (vt sic loquamur) efficiendum sub iisdem (quæ vobis exhibeo) symbolis. Nihil verò efficit quod materia fuerit consecrata, satis erat si species superessent panis & vini (nisi dicitur paulò ante Consecrationem appositam esse materiam consecrandam in patena panem, & in calice vinum in sua substantia, quæ postea trãsubstantiata fuerint ijs verbis: *Hoc facite &c.*) hoc enim sufficiebat ad externum Symbolum; vndè Rupertus Abbas 6. diu. offic. c. 22. dixit nostram doctrinam confirmans; quando accepit Iesus panem & calicem benedixit &c. [suis ipse manibus immolatus suis, est ipse manibus nobis iugiter vt immolaretur agnus commendatus est] porrectio ergò illa fuit ad immolandum, sicque sacram hostiam sacrumque calicè vbi Agnus continebatur, ad finem immolandi quoque porrexit. Sed & S. Thom. illud verbum accipite nõ tantum ad vsum Communionis sacramentalis, sed ad finem immolandi idem quod sub sensibilibus instrumentis continentibus facta Consecratione species panis & vini continebatur, refert apertè; ait enim q. 59. aliàs 37. in addit. ar. 5. ad 2. [Dominus Discipulis dedit potestatem quantùm ad principalem actum ante passionem in cœna quando dixit, accipite & manducate, vnde subiunxit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Quam doctrinam iisdem verbis, prout nostro proposito conducit, Trid. Synod. sess. 22. ca. 3. confirmavit dicens: *sub earundem rerũ symbolis* (nempè panis & vini speciebus) *Apostolos* (quos tunc noui testamenti Sacerdotes constituebatur vt sumerent tradidit, & eisdem in sacerdotio successoribus, vt offerrent, præcepit per hæc verba. *Hoc facite in meam commemorationem.*

Christus
in cœna se
immolauit
ex Rupertus
so.

in cœna
Apostoli
acceperunt
potestatem
consecran-
di.

2. Arg.
principale

4. Secundò arguitur ex decretis Eccle-

siæ: nam in Concil. Florent. in litteris vniõnis, vbi distinctè tradebantur materia & forma Sacramenti Ordinis, sic dicitur, *Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud per cuius traditionem confertur Ordo: sicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino & patena cum pane porrectionem.* materia ergò essentialis est ipsa calicis porrectio, ac proindè instrumentum quoque nempè calix &c. ad essentialiam Sacramenti pertinet.

Respondet Arcudius sup. cap. 7. pag. 454. duplicem materiam inuuisse Concilium, nempè eam quæ causat potestatem, & eam quæ determinat potestatem, materia quæ causat potestatem est in actione Pontificis, & hæc est (ait) de necessitate Sacramenti, materia quæ determinat potestatem non causat potestatem; prima consistit in porrectione, secunda in calice &c. vndè consultò (ait Arcudius) non dixit Concilium, materiam esse calicem cum vino & patenam cum pane, sed porrectionem eorundem instrumentorum, in actione & porrectione explicatur actio Pontificis consecrantis, qui sibi ordinandum in potestate sacerdotali &c. intendit assimilare, in instrumentis verò significatur vsus exercendæ potestatis, & vniuersaliter materia circa quam, vndè idem Concilium de alijs Ordinibus loquens dicit, perfici similiter per rerum ad sua ministeria pertinentium assignationem, & hæc quæ traduntur determinant non causant potestatem, vndè S. Thom. q. 34. ar. 5. quæ-

Locus S.
Tho. diffi-
cilis quem
pro se alle-
gat Arcu-
dius.

Resp. Ar-
cudij.

Refuta
instant
Arcud

Duple
materi
Ordin
moti
proxim

Expli-
tur le
diffici
Doct.
pro se
cudius
tabas
dincer

riatur

riuatur etiam ab eo qui Sacramentum dat sicut potestas imperfecta & perfecta, & idem efficacia a-
hiorum Sacramentorum principaliter consistit in materia (qua virtutem diuinam habet & signat & continet ex sanctificatione, per ministerium adhibita) sed efficacia huiusmodi Sacramenti principaliter residet penes eum qui Sacramentum dispensat, materia autem magis adhibetur ad determinandam potestatem, que traditur particulariter ab habente eam completè, quam ad causandam potestatem, quod patet ex hoc quod materia competit vsui potestatis.

5. Sed vrgetur contra Arcudium: nam Concilium quoque dicit quod materia Sacramenti Ordinis est id per cuius traditionem confertur Ordo, vbi duplex materia insinuatur, proxima & remota; sicut enim in Baptismate materia remota est aqua, proxima verò est ablutio, ita in hoc Sacramento remota est instrumentum, seu id per cuius traditionem confertur Ordo, & ipsamet traditio seu potestatis est materia proxima. Violentè igitur ab Arcudio S. Thom. trahitur ad suam fundandam intentionem, in loco enim citato posuit S. Thom. differentiam inter materiam cæterorum Sacramentorum & Sacramenti Ordinis, quod in illa tota virtus est à Deo non à ministro (intellige virtutem assimilatiuam siue per gratiam siue per characterem, per quam susceptor Sacramentorum assimilatur Christo per gratiam & characterem: vnde si minister non sit in gratia, & baptizans in necessitate non habeat characterem, adhuc conficitur Sacramentum ex virtute Dei, quam intentionaliter materia & minister continent: cæterum in hoc Sacramento efficacia Sacramentorum ait S. Thom. principaliter (non totaliter vt cæter. requisita excludat) residet penes eum qui Ordinem ministrat, in hoc enim Sacramento intendit Episcopus initiatum sibi assimilare in characterem sacerdotali, vnde ipse

tanquam completè habens potestatem episcopalem, tradit incompletè potestatem, hoc est solam sacerdotalem in qua consistit assimilatio: materia autem magis adhibetur ad determinandam potestatem, quam ad causandam potestatem, quia, etsi assumatur cum forma & ministro ad producendam gratiam & characterem, non assumitur ad causandam potestatem vt assimilatiuum sibi sicut fit in ministro, propterea adhibetur ad determinandam potestatem, non vt cumque sed vt assimilatiuum. Ex hac ergo parte, quæ etiam assumpta est materia non secus ac forma ad producendam gratiam, necessario adhibenda est tanquam pars essentialis. exemplum amplissimum est in generatione hominis ex S. Thom. 1. p. qu. 119. art. 2. dicente quod assimilatio generantis ad genitum non fit propter materiam sed propter formam agentis quod generat sibi simile] vnde non opus est quod filius assimiletur spermati seu materia, sed agentis in cuius semine & materia virtus ab ipso deriuata est. Ita in proposito Sacerdos initiatus non assimilatur materiæ nempe calici, sed Episcopo ex forma characteris sui sacerdotalis extensi characterem assimilatiuum in initiato producenti, adhibetur autem materia, ad quam virtus intentionalis ex episcopali ministerio simul cum forma sacramentali transfunditur. Sicut autem semen instrumentaliter etiam concurrit ad generationem hominis, etiam si illum non sibi assimilet, ita & de instrumento Ordinis pariter philosophandum, & hoc voluit dicere S. Doctor, qui potius contra Arcudium militat.

6. Tertio, principaliter arguitur ex Patribus, nam ante Concil. Florent. eiusdem traditionis calicis fit mentio apud Hugonem in Speculo Ecclesie c. 5. & Stephanum Eduensem Hugonis contemporaneum lib.

Exemplum accommo-
datum pro eiusdem loci difficultatis explicacione.

3. Argui-
pro sententia S. Tho.

pro sententia S. Th.

Resp. Arcudij.

Refutatio
instantia
Arcudij.

Duplex
materia in
Ordine remota &
proxima.

Explicatur locus
difficilis S. Doct. quæ pro se Arcudius tractabat ad ducere.

Locus S. Tho. difficilis quem pro se allegat Arcudius.

lib. de Sac. Altaris cap. 9. & ante hos omnes in antiquissimo ordine Romano, cuius author vivebat anno 730. cumque nec tunc fiat mentio rei velur de recenti instituta, sed quæ iam exercebatur, locum habere debet regula Augustini quæ nec diffidentur Nouatotes, videlicet quod non est à Concilio institutum in Ecclesia sed semper retentum est, id non nisi ab Apostolis traditum rectissime creditur. Quare et si ascendendo ad priora sæcula, illarum ætatum non habemus positiva testimonia, id satis est, ad demonstrandam traditionem, videlicet, quod nullum initium ostendi potest quādo sub hac materia caput ordo administrari, & oppositum aduersario probare incumbit.

Instantia. 7. Quod si dicas mirum & altum Patrum silentium (cum de Ordine sese occasio differendi offereret) omittentium recensere hanc materiam non leue argumentum subministrat recentis postmodum institutionis materię eiusdem. nec enim verisimile est cum minuriora tractarint, & sacramentalia adhiberi solita in Sacramentis recensuerint, quod essentialia omiserint. Ipseque Dionysius tam accuratus scriptor Ecclesiasticæ Hierarchię c. 5. solum refert, quod Sacerdos ordinandus ante Altare genuflectebat, & simul cum manus impositione & prece mystica perficiebatur, nulla mentione facta de instrumentis.

Eiusdem instantia consuetatio. 8. Contra: quia instantia hæc fallax est, cum ab indeterminato & confuso determinatum inferat. dum enim multæ causæ silentij Patrum assignari possent, hanc determinatam assignat opponens sine probatione, nempe ideò non meminisse, quia tunc nullus erat vsus traditionis eiusmodi instrumentorum.

Prima causa cur adeo parca Patres locuti de 9. Prima igitur causa erat quam assignat Basilius omnibus quoque dogmatibus communem, ad Sacramentorum maiestatem commendandam: sic ergo dicit lib. de Spi-

ritu S. c. 27. Hi qui ab initio res ecclesiasticas sanctauerunt Apostoli & PP. in occulto silentio mysterijs auctoritatem conseruauerunt.

10. Secunda, propter incapacitatem audientium vel legentium: vnde Eusebius lib. 1. c. 6. in dem. Euang. sic dicit: Quæcumque à Christo quasi sapientioribus & magis spiritualibus præcepta fuerant, illa ijs tantum quos capaces eorum esse intellexerunt, eorum quedam quidam in scripto reliquerunt, quedam verò per sanctiones & ritus non scriptos obseruanda tradiderunt.

11. Tertia, ad cauendas irrisiones Gentilium, vnde Nazianz. lib. 1. de Theologia scribebat: Non cantemus canticum Domini in terra aliena, videlicet citra vllum discrimen quibusuis audientibus, siue ij sint generis nostri, siue peregrini, amici siue inimici, candidi siue maligni, quorum vnicum est studium nostris insidiari. Erant enim Philosophi semper & infideles admixti, qui clam se cæcibus & Conuentibus Christianorum insinuabant cum diuina explicarentur.

12. Quarta, ad Ethnicorum obiectionem præcauendam, videlicet ne sua Orgia & Eleusyna mysteria, sacris nostris mysterijs præferrent, si vidissent nostra passim euulgari, cum ipsi tanta taciturnitate sua occultarent, vide Clem. Alexand. exhort. ad Gentes. Vnde idem Gregor. loc. cit. dixit [Quod si sapientiam (Gentilium) nobis inimicam explodere non licet, in illud saltem vno consensu incumbamus, vt secreta que sunt & à vulgi conspectu semota, secretò quoque tractemus, & que sancta sanctè, nec in prophanas aures que silentio sunt adoranda proijciamus. At qui declaramus apertè, quia qui Demonia adorant, & turpium tum fabularum tum rerum sunt cultores, eos nobis esse longe religiosiores. Illi enim his qui non iisdem initiati sunt sacris sanguinem suum citius, quàm quadam arcana sua impartirent.] Quod Christianorum silentium adeò solemne erat, vt ipsum demiratus

materijs & formis Sacramentorum quorundam scilicet ob dogmatum maiestatem. Secunda causa ob incapacitatem audientium.

3. Causa ad cauendas irrisiones Gentilium.

4. Causa ne iisdem sua infanda mysteria nostris auferrent præferre.

Christianorum silentium Gentiles admirati.

5. Causa quia gogoe erat cæcibus nis non acta gniti

Exemplum de materia remota parca

Idem seru. in d.

Aurelianus Imperator sic publica cōcio-
ne celebravit, vt ait Vopiscus in Aurel.
[Miror vos Patres Sancti, tandem de aperiendis
Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Chri-
stianorum Ecclesia non in Templo Deorum tra-
ctaretis.]

3. *Causa*
quia Isa-
goge opus
erat Ca-
thecume-
nis non ex-
acta co-
gnitione.

13. Quinta, quia ad conciones etiam
conueniebant Catechumeni, quibus lacte
opus erat non solido cibo, vnde non ex-
actissime eorundem declaratio, sed Isa-
goge dumtaxat ad sublimiora, vt propter
ea Cyrillus Hierosolymit. suas cateche-
ses articulatit *quædæ* hoc est exte-
porales, quas videlicet extrēporali dictio-
ne habebat ad suos initiandos Catechu-
menos.

4. *Causa*
no iudem
sua infan-
da myste-
ria nostru
auderent
preferre.

14. Inductione ista religiosa PP. obser-
uatio probatur, præcipuè in Sacramentis.
Nam quantum attinet ad Baptismum. S.
Ambrosius lib. de ijs qui iniciantur myste-
rijs c. 1. compendiarie & Laconica dictio-
ne vñse est in explicandis mysterijs Baptis-
matis. [Nunc (ait) de mysterijs dicere tempus
admonet, at que ipsam Sacramentorum rationem
edere, quam ante Baptismum si putassemus infi-
nuandam nondum initiatis, prodidisse potius, quã
edidisse existimaremur.] & Chrylostom. lo-
quens similiter de ritibus & ceremonijs
Baptismi, inter quas est recitatio Symboli,
videns prophanos & catechumenos con-
cioni admixtos, sic coactus est dicere ho.
4. o. in 1. ad Corinth. Cupiam sanè clarè profer-
re verba, si per prophanos illos (Ethnicos & Ca-
techumenos intelligens) liceret, Nam hi dif-
ficilem nobis interpretationem reddunt. Cogunt
enim aut nō clarè dicere nos, aut mysteria euulga-
re. Dicā tamen, sed quātūm fieri potest adūbratè.
Nā arcana illa verba, & metuenda, post horribiles
canones, dogmatū de celo transmissorū, ad finem
adiungimus, credo in resurrectionem mortuorum.

Idem PP.
seruauit
in differen-

15. In Confirmatione materia quoque
occultissima est ac sola traditione accepta,
dicēte Dionysio secundum expositionem

S. Th. 3. p. q. 72. c. 2. ad 1. est quædam perfectiua
operatio quam Duces nostri, id est, Apostoli
Chrismatis hostiam nominant. 4. Eccl. Hier.
& S. Innocentius I. consultus de qua-
dam quæst. mota circa Sacramentum
Confirmationis, an ab alio quàm Episco-
po ministrante conferri posset, respondit
non licere Presbytero frontem oleo si-
gnare, quod subdit [Solum debetur Episco-
pi, cum tradunt Spiritum sanctum paraclitum,
& subdit, verba verò dicere non possum, ne ma-
giū prodere videar, quàm ad consultationem re-
spondere.]

16. De Sacramento Eucharistiæ succin-
ctè, breuiter, & arcanè multa sub silentio
occultauit Tertull. cum grauiissima illa ca-
lumnia Christiani aspergerentur quod ef-
fent infanticidæ [dicimur (queritur Tertull.
in Apologia c. 9.) sceleratissimi de Sacramen-
to infanticidæ] occasione arrepta quod Do-
minica cœna celebrabatur olim noctis tē-
pore, eoque fermè articulo quo Christus
Dominus cum Apostolis cœnauit, in qua
habita concione, precationibus, diuinis-
que lectionibus absolutis sacra Eucharis-
tia conficiebatur & distribuebatur, cum-
que ex dogmate quod ibi corpus & lan-
guinem Christi sumerent fideles, rumor
falsus exortus esset Christianos ad infanti-
cidia conuenire, alia via ne proderet my-
sterium Tertullianus processit ad calum-
niam depellendam, ne verbum quidem de
mystica mutatione Christi pronuncians,
cuius vestigia imitatus postmodum Cy-
rillus lib. 9. contra Iulianum, cum ab illo
de sacrificio mota esset quæstio, de singu-
lari & incruento sacrificio ne verbulū qui-
dem elabi passus est. Idem etiam Tertull.
lib. 2. cap. 6. ad vxorem, loquens de fide-
li nupta Gentili, eo tempore quo mos erat
Eucharistiam domum portandi & secre-
tò gustandi, ait. Non sciet maritus quid secre-
tò ante omnem cibum gustes, & si sciueris panem,

do de Sac-
ramento
Confirm.

In Eucha-
ristia id
quoque
PP. obser-
uauit.

Locus Ter-
tull. ad i-
dem propo-
situm.

Locus Origenis ad id.

non illum esse credit qui dicitur] non est enim panis communis, sed supersubstantialis in cuius speciebus corpus Christi continetur, quod dogma gentili viro à fidei muliere erat occultandum. Origenes quoque hom. 9. in Leuit. nec passim idem mysterium promulgandum monuit: Nunc qui mysterium imbutus est, carnem & sanguinem Verbi Dei, non ergo immoremur in his quae & scientibus nota sunt, & ignorantibus patere non possunt. Epiphanius quoque in Anchorato sic ait. Videmus quod accepit Saluator in manus, velut Euangelium habet, quod surrexit in caena & accepit hac, & ubi gratias egit, dixit hoc meum hoc & hoc] ô mirabilem silentij Religionem. Ifychius lib. 1. in Leuit. ait. Dominus semetipsum in caena Apostolorum immolauit, quod sciunt qui mysteriorum percipiunt veritatem. Chrysostomus quoque de eodem mysterio & sacrificio loquens parcissimus est, agens enim apud populum hom. 27. in Gen. ait. Sciunt initiati quid dicatur. Hom. 22. ad Heb. Scitis qui imbuti estis mysterium. Ho. 5. in 1. ad Tim. Nostis id quod dicimus siue sexta feria siue Sabba- to siue in Dominica die, siue in celebritate Martyrum, eadem litatur hostia, idem immolatur sacrificium. & hom. 51. & 61. ad popul. Antioch. Sequamur initiati, qua dicuntur norunt fideles. Sanctus quoque Augustinus tractans de eodem sacrificio in pl. 21. conc. 2. sic scribit: Nostis quale sacrificium norunt fideles, & paulò post: Norunt fideles, disputari inde modò non potest. & alibi: Nouerunt qui legunt quale sacrificium obtulerit Melchisedech, legendus in pl. 33. conc. 1. tract. 26. in Ioan. Theodoretus dialogo 2. postulante aduersario: [Quid appellas donum quod offertur ante inuocationem Sacerdotij] Respondet Catholicus: Non oportet aperte dicere, est enim verisimile adesse aliquos mysterium non initiatos] inoque ænigmaticè responderet, nullo modo panis vel vini vocabula recensendo. & in cap. 8. ep. ad

Locus aliter ex Epiph.

Loca alia ex Ifychio & Chrysost.

Alia similiter ex Aug.

Heb. identitatem sacrificij incruenti cum cruento demonstrans eadem taciturnitatis cautela se restringens ait: Clarum est his qui sunt in diuinis mysterijs eruditi, non aliud sacrificium offerre.] Sed ne res altissimo & longissimo videatur deducta principio, ad propositum accedamus: eadem breuitate in Sacramento Ordinis recensendo vfos esse veteres PP. adeo compertum est, vt non nisi proteruis id negare possit.

S. Dionysius sub finem Ecclesiasticae Hierarchiae sic ait. Inuocationes quae sunt in Ordinationibus scriptura explicare nefas, neque vim mysticam qua illis inest, neque etiam fas est ex occulto in communem lucem proferre virtutes quas Deus per illas operatur] eadem verba sub alia translatione recenset Angelicus, cum soluens argumentum quod Confirmatio non esset Sacramentum, quia neque Christum & Apostolos ea materia & forma vfos legimus qua hodie vritur Ecclesia, respondet 3. p. q. 72. a. 2. ad 1. & art. 3. ad 1. Christumate Apostolos vfos, idq; probat auctoritate Dionysij supra allata, & deueniens ad formam docet ex eodem Dionysio in fine &c. Hierarch. ex eadem traditione haberi arcana & occulta, ait enim: Consummatius inuocationes id est, (S. Thom. interprete) verba, quibus perficiuntur Sacramenta non est iustum scripturas interpretantibus neque mysticum earum, aut in ipsis operari ex Deo virtutes ex occulto ad commune deducere, sed nostra sacra traditio sine pompa, id est, occulte, edocet. vnde & Apostolus loquens 1. Cor. 11. de celebrat. Eucharistiae ait. Cetera cum venero disponam.] Et ne nostros interpretes proferamus audiat M. Anton. Spalatenis Casaubonum in propugnandis Sectariorum placitis eius Symmystam sic Dionysium exponentem in hoc loco [τὰς πρῶτας καὶ ἑπὶ κλήσεως, id est, inuocationes quae sunt in Ordinationibus poteramus accipere generalius de precibus, quae omnibus initiationibus & omnibus

Afferuntur loca PP. idem silentium seruantiū in Sacramento Ordinis.

Dionys. author. asseritur.

S. Th. exponens Dionysium ad idem allegatur.

Protestantium testimonium in eadem re cum Patribus consentiens.

Chrysostomus auctoritas Casaubonum non interpretatur.

Sub nomine inuentionis nuntium strum

Sacramentis fiunt: sed Maximum & Pacchimerem interpretes secuti sumus, qui restringunt generalem vocem ad Ordinationes, & interpretantur τὰς ἐπιθ. ἡ ἁποροίας οὐχ ἄς. prater illa quae ad Sacramenta pertinebant, fuerunt & alia quorum cognitio non initiatis non patebat. Ad stipulatur Dionys. Chrysothomus hom. 18. in post. ad Corinth. Ordinatorum vel (vt vertit Casaubonus) in sacrum Ordinem cooptaturus, adstantium preces vocat, seu (ex Casaubono) fidel. um preces exigit illo tempore, atque illi assensu suo qua geruntur comprobant, & acclamant illa qua nota habent initiati: nam apud eos qui initiati non sunt, omnia retereferus non est. ecce (etiam aduersarijs confidentibus) quomodo PP. ne tegetur passim Sacramentorum formæ &c. parcissimis verbis utebantur, & strictim ac Laconicè, & per Synecdochen: etsi quando aliquid exigente hæreticorum instantia exprimere cogebantur, multa paucis dictionibus tanquam sub sacris velamentis occultabant.

15. At ne ad solam manus impositionem restrictam antiquitatē suspicari quis possit instrumentis reiectis, in ea (quando de nulla alia potrectione esset mentio) quicquid ritus impositionis manuum completur, comprehensum est, sic docet existimatus Ambrosius vetustus author in 5. Tim. 5. [Manus impositiones verba sunt mystica quibus confirmatur ad opus electus, accipiens auctoritatem, teste conscientia sua.] certè tunc accepit auctoritatem electus cum illi dicitur: Accipe potestatem offerendi sacrificium &c. & tunc in Ecclesia Latina exhibetur calix cum vino & patena cum hostia; sicut ergò potuit intelligi forma sub nomine manuum impositionis, quid prohibet sub illa Synecdoche quoq; subintelligi posse instrumenta & materiam? Etiam sacrum Christma cum sua forma per synecdochen in Sacramento Confirmationis sub manus im-

positione à Patribus significatum edocemur, cur ergò in ordine sub manus impositione potuisse instrumenta comprehendèdi, asserere formidabimus? In initiatione Sacerdotum (vt postea patebit) etiam vnctio interueniebat; vnde sicut non liceret arguere: ex scripturis & Patribus habetur per impositionem manuum dari gratiam sacerdotalem, nihil ergò amplius in Ordinatione factitatum est; sic nec licet arguere: solùm ex Patribus habemus, & scriptura, ad impositionem manuum Episcopi sacrari Sacerdotem, ergò non adhibebatur calix cum vino &c. Ipse aduersarius Spalatenfis lib. 2. cap. 2. nu. 4. Calvinum similem cõsequentiã fabricantem sic merito reprehendit. [Miror Calvinum dixisse, prater manuum impositionem nihil prater ea caeremoniarum adhibitum se legere, alias (subdit) legi, & inueniri in vsu antiquissimas caeremonias iam ostendi] cum ergò in antiquissimo vsu traditionem calicis factã reperiamus, cur sub nomine manuum impositionis designari non potuit?

16. Dices: Dionysius exactissimè ritus sacræ Ordinationis recenset, & nunquam instrumentorum meminit, quod maximè in illa occasione, dum de Hierarchicis Ordinationibus tractabat, oportunitum erat.

Sed hoc nihil est, nam Dionysius fortè per synecdochen locutus est. & Dionys. Carthuf. ar. 9. in Ecclef. Hierarch. Dionysij cap. 5. apertè docet etiam tum factam instrumentorum traditionem, licet de ijs non sit facta mentio.

17. Dices amplius: tempore Concilij Carthaginensis non dabatur calix cum vino & patena cum hostijs, nam vbi omnes formæ & materiæ disertis verbis in omnibus Ordinibus recensitæ essent à canone 4. vsque ad 10. tamen in canone 3. per impositionem manuum cum benedictione Episcopi sacrari Sacerdotes traditum est;

M. Ans. Calvinus reuincit.

Obiectio.

Solutio.

Altero obiectio.

terux-
loca
idem
nium
uantium
Sacra-
nto Or-
ia.

onys.
hor. af-
tur.

Th. ex-
ens
onysium
idem
egatur.

oreflan-
m testi-
nium
eadem
cum Pa-
bus con-
tians.

Chrysof.
author.
Casauo-
no inter-
prete exp-
sa.

Sub nomi-
ne imposi-
tionis ma-
nuum ve-
nium in-
strumeta.

Solutio.

est. Sed nihilominus dicendum, etiam per synecdochen ibi locutum esse Concil. nec enim de materia aut forma Sacerdotij mota erat quæst. ergò sicut de cæteris Ordinibus, vt proinde explicatiora, vt in illis fecerat, tradere de Sacerdotio debuisset. Nec in eodem Concilio fit mentio de cõpletua cæremonia impositionis manus, quæ fit cum dicitur initiato Sacerdoti: *Accipe Spiritum S.* quam fieri solitam docet August. lib. qq. vet. & nou. testam. q. 44. vel si August. auctor nõ est, cõtraneus vel vetustior Aug. existimatur; & per synecdochen eadem cæremonia subintellecta est; à pari subintellecta intelligi potest materia instrumenti sacerdotalis Ordinationis, quæ magis necessaria iudicanda est, quia est ad actum principaliorem nempe conficiendum Christi corpus, quàm sit ea quæ ad actum ordinatur secundarium ad absoluendum. Et si coniecturis vti licet, implicite de calice cum vino & patena cù hostijs in canone 4. mentio facta est, nam dum ibidem denegatur Subdiacono manus imponenda, hæc vt causalis assignatur à Concilio, ad hoc vt simplicem & nudum calicem & patenam Episcopus adhiberet. [*Subdiaconus (inquit) cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de Episcopi manu accipiat vacuam & calicem vacuum*] insinuans plenum calicem & patenam Presbytero relictam, qui consecratoriam manum accepit.

Ultim. arg. 18. Vltimò probatur sententia S. Thom. ex vsu & praxi Rom. Ecclesiæ, quæ nedum de porrectione calicis & c. sed etiam de tactu sollicita est, ne irrita sit Ordinatio. Certè praxis & consuetudo, & obseruatio Ecclesiæ Romanæ super omnia attendenda est, quam tanti fecit Innocent. epistola ad Decentium, vt nullius alterius Ecclesiæ quam Rom. in consecrandis mysterijs vel cæteris agendis consuetudinem dõquerit

Praxis & consuetudo Eccles. Ro. magnificanda.

esse seruandam. Nec aliundè vllas materias vel formas Ordinum hauriri voluit Eugenius in eodem Concilio Florentino, quam ex Pontificali Romano; vt patet in decreto vnionis. Vnde ij Theologi præ alijs præcipuè in tractatu Sacramentorum castius & syncerius loquuntur, qui propius ad praxim istam & consuetudinem accedunt, & meritò, nam traditio cuiunque subtilitati præferenda est. vnde Apostolus I. ad Timoth. cap. 6. *Depositum custodi, id est, tibi creditum est, non quod à te inuentum, quod accepisti non quod excogitasti, rem non ingenij sed doctrina,* sic exponit Lyrinenf. in commo. nit. c. 27. *non vsurpationis priuata, sed publica traditionis, rem ad te perductam non à te prolata, in qua non auctor debes esse sed custos, non institutor sed sequens & c.*] hoc semper præstitit S. Thomas in tota sua doctrina, vnde factum, vt integra eius doctrina in qua de Sacramentis tractat opusculo quinto etiam iisdem verbis transcriberetur, quibus Sac. Florentin. Concilium Armenos circa credenda de Sacramentis instruit.

Vtinam M. Antonius Thomisticæ doctrinæ addictus fuisset, vel saltem insignes, & egregios magistros suos Societatis pietatis cultores, à quibus ante suam defectionem informatus erat, audire voluisset, iam pridem periculosam & edentulam suam ætatem à laqueis hæreseos exuisset, sed in rabiem versus & Thomistas, & Iesuitas vnica periodo potius voluit proscindere Thraonica temeritas. [*Iste inquit instrumentorum porrectiones, & contractiones in Scriptura Sacra. Euangelica ne adumbrata quidè reperiuntur, vt propterea Sotus (Thomista) & Valentia (Iesuita) nullo modo audiendi sint, qui accidentariam esse manuum impositionem in Ordine contendunt, essentialem verò & necessariam instrumentorum traditionem: sic enim ipsemet Ordinem à numero Sacramentorum excludit, si quidem attractionem hanc calicis alterius uide*

reū

Defensio Soto & Valentia calum. Spal.

Argum. cum cile in postu de Iesu ex ricia clefia aa.

Diffur dub me

Defensus Soto & Valentia a calum. Spal.

rei in tota scriptura nunquam sit aut adhibitam, aut præceptam, aut præscriptam reperire, & Sacramentum probare non possumus nisi materiam ipsius in Sac. Scripturis inueniamus. Cum verò (subdit) manuum impositio ab Apostolis adhibita in Ordinationibus ipso verbo Dei teste obseruetur, illa potiori iure esset pro materiali, atque sensibili & sacra Ordinis materia producenda.] audiendi sunt præ illo tam insignes viri Sotus & Valentia, super hos S. Thomas, super omnes Ecclesia, quæ tam ex scripturis, vt vidimus, quam ex traditione, quæ sola sufficeret materiam & formam Ordinis præscripsit. Vel saltem pro materiali assignando manuum impositionem gradū fixisset, & S. Bonauenturæ subscripsisset, nam (vt patebit inferius) ex conciliatione Sanctorum Thomæ & Bonauenturæ facillimè sanari potuisset. Sed dum pro-caciter Sanctos & Ecclesiam impetiuit, omnium manibus est lapidandus vel alter Acham, qui etiam virgam auream vel regulam auream Ecclesiasticæ traditionis abcondit atque subripuit.

§.

Argumētum difficile in oppositum desumptū ex ritu Ecclesie Græcæ.

19. In oppositum militat grauissimum & fortissimum argumentum, nam Ecclesia Græca verum confert Ordinis Sacramentum, & tamen vt patet in omnibus Euchologijs & ritualibus Græcorum nullo instrumentum exhibetur, nisi sola manus impositio super Sacerdotem initiandum cum benedictionibus mysticis. Non ergo potest esse essentialis materia calicis porrectio, quod enim essentialis est variari non potest. & idem est apud omnes Ecclesias. Quod argumentum ex professo inferius discutietur & dissoluetur in tertia difficultate. vbi S. Tho. sententia stabilietur atque firmabitur.

Dissoluetur infra dubitatio tertia.

§. III.

Sententia altera refertur & expenditur afferentium vtrumque porrectionem & impositionem manus ad Sacramenti Ordinis materiam pertinere.

I. TERTIA sententia est non solum porrectionem instrumentorum, sed etiam impositionem manuum esse ceremoniam essentialem, & per vnam conferri potestatem ad conficiendum Christi corpus, per alteram conferri potestatem ad absoluendum. Vnde quasi ad duos effectus & distinctas potestates partiales causandas, duas quoque materias partiales assignant, nempe traditionem calicis, & impositionem manuum. Hanc sententiam tenent Scotus & Orbellis 4. d. 24. q. 51. eamque ex modernis tuentur Bellarmius controu. de Sac. Ord. cap. 8. Vasquez in 3. p. q. 2; 9. c. 4. & 5. Cöbinck, & Syluius in addit. ad 3. p. q. 37. q. 4. vnde quidam eorum inferunt si tantum modo manus imponeretur, vel exhiberetur instrumentum, non accipere nisi solum illam potestatem, quam talis partialis materia designat cum sua partiali forma. Gulielmus Estius 4. d. 24. §. 14. manus impositionem dicit pertinere ad ritum accidentalem & essentialis esse traditionem calicis, & sub nomine impositionis manuum significari totum ritum Ordinationis. inferius tamen dicit alteram partem ordinationis dari cum Episcopus manus imponens dicit: *Accipite Spiritum S. quorum remisistis &c.*

Primò: Hæc sententia probatur omnibus argumentis quantum attinet ad porrectionem instrumentorum, quibus probata est sententia S. Tho. & quantum attinet ad impositionem manuum omnibus ijs rationibus, quibus S. Bonauenturæ sententia roborata est, & a Catechismo Rom. innui videtur.

Tertia sententia Scoti & aliorum duplicem materiam adferens.

1. Argum.

2. Argum.

2. Secundò probatur: quia distinctis actionibus & distinctis materijs & formulis diuersæ istæ potestates à Christo Domino Apostolis traditæ sunt; ergo exêplo Christi distinctas materias & formas meritò nunc Ecclesia exhibet, quibus tota initiatio sacerdotalis absoluitur. Antecedens sup. probatum est: nam in cœna sub symbolis calicis & patenæ tradita est Apostolis potestas consecrandi Eucharistiæ. & post Resurrectionem vt definit Concil. Trid. ex Ioanne c. 20. tunc data est potestas absoluendi cum dictum est. *Accipite Spiritum S. ergo &c.*

Nec valet dicere cum Armacano lib. II. de qq. Armen. c. 15. non fuisse tunc traditam Apostolis potestatem remittendi peccata, aut solum ijs verbis iã antea collatam indicasse (vt indicat Sorus) aut Apostolos in cœna vtramque potestatem accepisse expeditam quidem ad consecrandum, impeditam autem ad absoluendum, vt innuit Capreolus (ea ratione moti quod non erat decens per partes tradi Sacerdotium, cum vetus Sacerdotium totũ simul traderetur) non valet inquam hoc dicere, nam Concilium tanquam de potestate omninò distincta loquitur, ab ea quæ Apostolis in cœna offerendi sacrificium collata est: ait enim: [*Quo tã insigni factò, nempe insufflatione & verbis perspicuis potestatem remittendi, & detinendi peccata &c. vniuersorum Patrum chorus intellexit.*] Quæ aded insignis potestas erat, vt consulto diuerso tempore à Christo Domino post insigniorem alteram potestatem traditam in cœna tradita sit, vt Sacerdotium nouæ legis præ antiquo ex multiplicitate potestatum commendabilius redderetur.

3. Argum.

3. Tertiò, quia in illa traditione potestatis absoluendi etiam Spiritus S. conferitur, ergo etiam tunc perficitur Sacramentum per illam partialem materiã sua par-

tiali forma informatam. Antecedens probatur ex illis perspicuis verbis. *Accipite Spiritum S.* Sacramentales autem formulæ efficiunt quod figurant. Confirmatur, quia Apostolis traditus fuit tũc Spiritus S. cum insufflauit Dominus in eos dicens: *Accipite Spiritum S.* vnde Cyrill. cap. 56. in eum locum Io. dixit [*Acceperunt igitur Spiritum S. quando insufflauit & dixit: Accipite Spiritum S. nunquam enim dixisset qui mentiri nescit, nisi dedisset*] & soluens argumentum quomodo hoc potuit esse, nam si Spiritus S. tunc datus est, Thomas qui aberat non fuisset particeps Spiritus S. respondet [*Dicimus igitur virtutem Spiritus ex intentione dantis Christi in omnes Discipulos pertransisse, nõ enim quibusdam sed omnibus Discipulis dedit, quare liberalitate dantis non solum presentes sed etiam absentes Apostoli Spiritum S. acceperunt.*] vt eleganter exemplis mox demonstrat. & reperit cap. 68. Idem docet Chrysoctomus hom. 35. infringens etiam illam sententiam nõ dedisse Apostolis Spiritũ S. sed tantum idoneitatem ad accipiendum Spiritum S. quã securi sunt postea Theoph. c. si potestatem & donum accepisse Apostolos cum Chrysoct. falsus sit. idem docet Bern. ho. 8. in can. & in Sancta Synodo collat. 8. can. 12. eo etiam titulo anathema dictum est Theodoro Mopsuesteno quod ausus sit dicere: quod cum insufflasset Dominus Discipulis & dixisset. *Accipite Spiritum S.* non dedit eis Spiritum S. sed figuratim tantum insufflauit. & in Tridentino Concilio vt superius dictum est anathematizatur: qui dixerit per sacram Ordinationem non dari Spiritum S. ac proinde frustra Episcopum dicere: *Accipe Spiritum S. &c.*

4. In oppositum militat Ecclesiæ Græcæ consuetudo, quæ non vtitur tali formula, tradendo eam distinctam absoluendi potestatem. Alij vtramque materiã exigunt, non vt ambæ sint essentielles, sed satis

Aliorum DD. positio duplicem materiam etiam exigens.

est

est si altera saltem sit integralis. Alij ita vt tamque materiam congeminant, vt vna sit implicita materia seu virtualis, altera vt magis explicita & dilatata. In primo modo dicendi est exemplum in sacra Eucharistia, vbi sunt duæ formæ & duæ materiæ partiales vt sacrificium integretur, at in ratione Sacramenti quantū ad significatiōne & causalitatē gratiæ in qualibet specie potest saluari ratio Sacramenti; ita satis est si impositio manus sit integralis, altera essentialis nempe porrectio calicis &c. vel è contra: & ambæ tandem integrent perfectum Sacramentum Ordinationis per vtramque potestatem quæ confertur. In secundo modo exemplificari potest exemplo Baptismi, vbi vna ablutione totum Sacramentum absolui potest, quod si fiat trina immersio, essentielles quidem illæ sunt subsequentes duæ aliæ ablutiones, & materia magis est dilatata.

§. IV.

Huic sententiæ altera opposita refertur, nempe sub disunctione traditam esse vtramque supradictam materiam.

I. **O**pposita huic aliorum sententiæ est, sub disunctione traditam esse Ordinis sacerdotalis materiam, nempe, vt vel calicis porrectione, vel manuum impositione tribueretur, & imponeretur initiandis sacramentalis character. Quod & quidam sic restringunt (vt Vasquez loco cit. cap. 5.) vt dispensatione Christi in primitiua Ecclesia manus impositio esset loco materiæ, cæterum procedente tempore cum regulariter administrabatur, instrumentorum porrectio traderetur.

Exemplum suffragatur de Sacramento Confirmationis quæ ex S. Tho. cum dabatur per impositionem manuum Apostolorum, nulla alia sensibilis materia adhibebatur; diuinitus tamen utebantur

Apostoli communiter Chrismate in exhibitione Sacramenti, quando (ait S. Thom. 3. p. quæst. 72. artic. 2.) huiusmodi visibilia signa non exhibebantur, & Concil. Florent. expressius vbi docuisset per Episcopos administrandam Confirmationem darique Spiritum S. sicut dabatur ad impositionem manus Apostolorum, mox subiungit. *Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio.* sic de Ordine philosophandum volunt, vt in tempore primitiua Ecclesiæ pro materia adhiberetur manus impositio, pro reliquis temporibus illius loco succederet exhibitio materialis instrumenti.

Sed nihil ex illa disunctione determinatè colligitur nisi suppositione confusa vtrumque designatum, possetq; modo vt facit Græca Ecclesia in nostra Latina seruari vt sola impositio manus adhibeatur, cū hoc vel illud in confuso vsurpandum relictum sit. Nec in consequentiam trahenda est dispositio facta in administratione Sacramenti Confirmationis, sine sufficienti autoritate quod Florentinum in Ordine indicasset, si facta fuisset. Nec opus est in has angustias redigi (ait Nunnez loco cit.) cum manus impositio, & porrectio instrumentorum non formaliter vt aqua & oleum, sed solum materialiter differant.

§. V.

Sententiæ Matthæi Calenijs & Hofij Cardinalis refertur & expenditur.

I. **M**atthæus Calenius in suis doctrinifimis & piētissimis catechesibus 201. vbi dixisset: *Nihil esse in hac parte definitum, an Sacramentum Ordinis perficeretur in sola manuum impositione, an in porrectione calicis, an in vtroque subdit. Proinde multo securius nos credo facturos, si ad neutram, sed ad tres illas partes, vnctionis, porrectionis calicis & manuum impositionis fieri dixerimus.*

In triplici actu materiam consistere dixit Cal. vnctione, porrectione calicis, impositione manuum.

Vbi

Vbi Vnctionem essentialem ceremoniam differre videtur adstruere, quod clarius mox ostendit dicens: *Ego igitur puto simplicius futurum, si dicamus ad illa tria conferri τὸν τολεσιῶρον διὰ μίαν, id est, facultatem sacramentalem qua fit idoneus ad benedicendum, [sacrisandum, & remittendum peccata]* docetque cum hæc sobriè à Patribus describuntur non esse mirandum, nam inquit, per synecdochen ita res voluerunt constringere, ut non daretur infidelibus ansa, nostra Sacramenta vel ridendi vel contaminandi. Hanc sententiam videtur accepisse à Thoma Valdensi tit. 7. de Ord. Sacramental. cap. 65. tit. 3. vbi ait in fine huius capituli, quod *[totum Sacerdotium accipitur in potestate exorandi, & amplius adhuc totum in potestate exhibita consecrandi, & itè amplius in potestate remittendi peccata, non per vnus sacerdotij portiones vel partes, sed sicut dicit Augustin per alias nouos modos.]* pro primo munere assignat Consecrationè per sanctà vnctionè n. 1. per quam quoq; accipere gratiam cãdidatum probat ex Hugone: pro secundo munere accipit calicè cum patena &c. ab Episcopo: pro tertio munere accipit impositionè manuum cum dicitur ei: *Accipite Spiritum S. quorum remisistis peccata remittuntur eis &c.* num. 7. & huius Consecrationis figuram eodem cap. ex Aug. egregiè monstrat in Levitico Sacerdotio præcessisse, vbi benedictio, impletio manuum per immolandarum rerum impositionem, & impositio manum describit.

2. Sed & Cardinalis Hosius in Confess. Polon. cap. 50. ad vnum vel alterum se restringit, ad vnctionem scilicet, vel impositionem manuum, ait enim *[Signum seu elementum huius Sacramenti, siue quis materiam vocare malit, est in Sacerdotibus vnctio siue impositio manuum; in reliquis actus eorum, que tangenda sunt. Ad quod elementum cum accedit Verbum fit Sacramentum.]*

3. Probatur hæc sententia: quia Sancti Patres constantissimè etiam asseruerunt adhiberi solitam vnctionem in consecratione Sacerdotum, eademque formula & tenere loquendi vtuntur, cum dicunt fieri initiationem sacerdotalem per impositionem manuum, ergo tam necessaria est vnctio quam manuum impositio. Antecedens probatur ex Patribus Dionys. cap. 4. Ecclesiastic. Hierarc. vbi dicit de Hierarcha *[In cuiusvis rei sacra consecratione adhibet aperte demonstrans, eum qui sanctificatur alios sanctificare, quem admodum scriptura tradit]* & docet adhiberi *[in omni ferè Pontificio munere]* & S. Maximus Dionysij scholiastes ait. *Per vnguentum omne sanctum perficitur. & iterum. Perficiuntur omnia diuino vnguento delibuta &c. & licet non loquatur inter sacras Ordinationes adhibitum esse istud vnguentum, colligitur tamen ex eo quod earum collationem vocat τὸν ἱερῶν, id est, initiationem & c. 4. cit. vnguentum dicit esse necessarium in omni λειτουργίᾳ, initiatione, & perfectione, quæ maximè competit cãdidatis initiandis Sacerdotio, vel Episcopatu. & fortè per Synecdochen loquens etiam complexus est vnctionem sub ipsa manus impositione.*

4. Respondet Arcudius lib. 6. l. cit. nequaquam in Ecclesia Græca adhibitam materialem vnctionem, sed manifestè euincitur sequentibus testimonijs, nam S. Greg. Nazianz. in altero Apologet. scripto post fugam Ponticam dicit Episcopis Patrem alloquens *[Idcirco me Pontificem vngis ac podere cingis, capiti que cydarim imponis, at que holocausti spiritualis altari admoues. & sanctificationis vitulum mactas, manusque spiritui consecras, & Sancta Sanctorum spectatum introduct, verique illius tabernaculi quod non homo sed Deus Dominus construxit ministrum facis, dignumne verò & vobis & eo propter que peragitur & in quem tendit hæc vnctio. Perfectum hoc*

Responso
Arcudij.

Refutatio
eiusdem.

habet

Hinc sententia videtur fauere Valdensi.

Alia
Arcudij.

Refutatio
eiusdem.

Sententia
Hosij ad
Calceum
recedit.

babet Pater veri illius ac genuini Christi, quem exultationis oleo pra consortibus suis perfundit, cum humanitatem diuinitate perunxit.] qui et si de Episcopali loquatur vnctione, tamen multum patrocinator nostro negotio, cum illa ex traditione Patrum stabilita, ex eadem possit quoque sacerdotalis vnctio confirmari. Et oratione, id est, de pace conqueritur de suo dilecto Basilio quod (cum oleo Sacerdotij & perfectionis delibutus sit, adhuc tamen pro sua sapientia praefaturam, Ecclesiae Sasinensis suscipere curaretur.)

Alia fuga
Arcudij.

5. Respondet Arcudius lib. 6. c. 1. nihil colligi ex Nazianzeno, nam per vnguentum non intellexit materiale quo Sacerdotes vnguntur, sed mysticum vt ipsemet loquitur oratione 2. contra Iulian. (Vnguentum quoque ipse quoddam habeo, sed quo Sacerdotes solum & Reges vnguntur, vt potè vario & exquisito ac nostri causa magni vnguentarij arte confectum.) ad quod adducit explicationem Eliæ Cretenensis, quod istud oleum non sit ex sensibilibus aromatibus, sed diuina arte confectum, alludens ad mysticum oleum de quo Sponsa: oleum effusum nomen tuum.

Refutatio
eiusdem.

6. Sed hoc nihil est, nam & hæc inuisibilis vnctio visibili quoque vnctione significatur, & hæc illam non excludit & contra. Quod verò in locis sup. cit. Gregor. materialem vnctionem intellexerit, probatur ex contextu verborum, nam Cydarim quoque cum vnctione coniunxit, hæc autem materialis est atque visibilis, sicut & introductio in sanctum tabernaculum &c. & in oratione in laudem Basilij narrat Gregorius: Patrem suum ad electionem Basilij festinasse, qui (vehiculo non secus ac mortuus feretro impositus inuenis redijt, firmus ac vegetus, sibi limens oculos gerens à manu impositione & vnctione, addo etiam & ab illius qui vngebatur capite confirmatus, bona que

valetudini restitutus.) an vnctio sola hic spiritalis? vbi non sensibili impositioni manus vnctio coniugitur. nã & si postea Gre. subiungat quod (labor sanitatem affert, & animi alacritas mortuos excitat, & exilit senectus spiritu delibuta) illam tamen sanitatem ab vnctione, impositione, & vnctio capite quoque obtentam idem fatetur Gregorius.

7. Simon Metaphrastes loquens de inauguratione S. Nicolai Episcopi Myrensis ad Episcopatum, dicit. Ab excubitoribus Episcopis statim fuisse renunciatum Episcopum digitis Spiritus S. tamen postea totam Synodum conuocatum ad nouissimi Episcopi vnctionem, qua ille diu, prolixè que se indignum vociferabatur.

Theodoretus 4. li. hist. c. 23. & Niceph. lib. 31. c. 86. narrant Moysen raptum à Militibus Valentis, vt ab impio Lucio hæretico consecraretur, id nunquam pati voluisse, vt ei manus imponeretur (vt dicit Theod.) sed & reluctatum esse, ne hæretici hominis vnctione pollueretur, vt etiam per synecdochen loquitur Nicephorus.

Sed clariùs de Sacerdotum vnctione meminerunt Anacletus epist. ad Episcopos Italiæ. Eusebius lib. 1. demonstrat. Euang. eamdem probans ex illo Psalm. 22. Impinguasti in oleo caput meum. Pacianus ep. 3. ad Symphrosianum: Author de Cardin. oper. Christi serm. de Chrismate, Leo Papa serm. de pass. Domini. Augustin. apud Brucardum lib. 2. cap. 55. sic alloquens Sacerdotes: Vnde oportet semper memores esse tanta dignitatis, memores vestra consecrationis, memores sacra quam in manibus suscepistis vnctionis. propter quod tit. de Sacra Vnctione, cum apud Græcos (fortasse non omnes) talis Vnctio ommitteretur, adhibendam censuit Innocentius 3. c. cum venisset ad Patriarcham. Constantinop. scribens ex Glossa ibidem; cum ergò tam asseue-

Primum
arg. ad
robandū
vnctionem
pertinere
essentia-
ler ad ma-
teriam Sa-
cerdotij.

Refutatio
Arcudij.

Refutatio
eiusdem.

ranter, & perspicuis verbis de sacra Vnctione loquantur Ecclesie proceres, non est maior ratio cur impositio manuum vel admotio instrumentorum, & non Vnctio inter Sacramenta deputeretur.

2. Arg. pro
sententia
Hofii.

9. Secundò: quia expressè multi Patres per hanc Vnctionem dicunt conferri gratiam, ergò erit saltem pars essentialis Sacramenti. Antecedens probatur, nam Hugo de S. Victore lib. 2. p. 3. c. 11 ait. *Vnguntur Presbyteris manus sicut Episcopis, vt cognoscant se hoc Sacramento gratiam consecrandi accipere. & opera misericordia erga omnes pro virili exercere debere.* Iuo Carnotensis serm. de signif. indumentorum sacerdotalium ait. *Vnguntur manus Presbyteris & Episcopis, vt cognoscant se in virtute Spiritus S. hoc Sacramento gratiam consecrandi accipere &c.* accipiunt hac vnctione claves Regni Cælorum, vt quacumq; ligauerint super terram, sint ligata & in Cælis Innocentius III lib. 1. Myst. Missæ cap. 9. ait. *Vnguntur manus Presbyteris ab Episcopo, vt cognoscant hoc Sacramento se per Spiritum S. accipere gratiam consecrandi, vnde cum eas vngit Episcopus dicit: consecrari & sanctificari manus istas per istam Vnctionem &c.* Tertiò, quia facilis dicendo vnctionem esse de essentia expeditur à calumnijs Lutheri de capt. Babyl. cap. de Ordine multa contra Vnctionem & vnctos effluentis, & à Caluini impudentia liberamur vnctionem in hunc modum exagitantis, videlicet. *Lombardus, etiam Gratianus, hanc à filijs Aaron habere docent: frumini igitur Iudaica superstitutione, neq; tã Christi pios imitatores quã legatus sacerdotij simias vos prabete* si enim de essentia asseratur à Christi institutione profecta est.

§.

10. In oppositum est quod vnctio inter præambula recensetur communiter à Scholasticis, vide S. Thom. in addit. q. 37. art. 5. &c.

Dicta sententia re-
sursio.

§. 6.

Resolutio secunda Dubitationis per quatuor conclusiones explicata, ad sternendam audaciam noui Goliath Castris Dei omnipotentis insultantis ob diuersa hac Scholasticorum placita.

1. **R**ecensitis diuersorum Scholasticorum placitis (vt diuersis vijs insultanti Spalatensi occurri possit) superest per aliquot pronuntiata, quid certè, quid probabilius tenendum, breuissimè exponere.

Supponendum ergò est in collatione sacerdotij quædam esse præparatoria ad eius formam, quædam esse introducenda & causantia eandem formam, vnde illa sacramentalia, ista essentialia seu partes essentialia dicuntur. Præparatio instructione, & aliqui in candidatorum operatione consummatur. Per instructionem de officio admonentur, per aliqualem operationem disponuntur vt sint idonei ad potestatem sacerdotalem suscipiendam. Hæc autem perficitur benedictione, manus impositione, vnctione, benedictione, vt intelligant se diuinis mancipatos, manus impositione, vt denotetur gratiæ plenitudo, per quam ad eximia officia aptantur. Vnctione vt manus illæ consecræ & benedictæ quacumque consecrauerint & benedixerint consecrata & benedicta existant. Introducentia verò & causantia formam sunt determinari illi actus sensibiles (materia scilicet & forma) quas Christus Dominus præscripsit & eleuauit ad causandam gratiam, de quibus concertatio est an sint sola manus impositio, an etiam calicis traditio.

Ritus qui
sunt in Or-
dinatione

Ritus
Gra-
Euc-
gij.

2. Et ne ex æquiocatione manus impositionis aberrare à scopo contingat, sciendum est in Ecclesia Latina duplicem manus impositionem interuenire, vna est quæ

Quæ
nor
pos
m

quæ fit post benedictionem ante vñtionem manuum Sacerdotis. Id apparet in Pontificali Romano, & habetur in Concilio Carthagin. 4. can. 3. vbi sic dicitur: *Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri qui presentes sunt manus suas iuxta manum Episcopi teneant*] & id in Ecclesiæ Romanæ praxi sic seruetur in collatione Ordinis sacerdotalis, ante enim vñtionem & exhibitionem instrumentorum Pontifex imponit manus super caput iniciandi, post quem idem faciunt Presbyteri qui adsunt, quasi respiciatur ad illum locum Apost. *Noli negligere gratiam qua data est tibi cum impositione manuum presbyterij.* Alia est impositio manuum, quando in fine Missæ Episcopus super caput Sacerdotis manus imponens ait: *Accipe Spiritum S. quorum remiseras peccata remittuntur eis &c.*

3. In Ecclesia verò Græca sic Ordo seruetur quod (cum qui Sacerdotio initiandus est, in capite ter signat Pontifex. Qui verò ordinatur, fronte incumbens sacra Ara vtrumque genu flectit, Diacono verò elata voce dicente, attendamus, statim Pontifex imposita manu vna cum pallio clara voce enunciat. *Diuina gratia qua semper infirma curat & qua desunt supplet, promouet N. venerabilem Diaconum in Presbyterum.*) & nulla alia interuenit Presbyterorum astantium opera. Post hæc altera manus impositio, cum alia trina signatione manum habens impositam mysticas dicit orationes, vt iam promotus impleatur Spiritu S. vt dignè assistat sanctuario Dei, prædicet Euangelium, offerat dona & sacrificia, renouet populum per lauacrum regenerationis, & nulla, mentio de absolutione à peccatis fit, vt in Latina Ecclesia.

Quid denotat impositionem manuum.

4. Aduertendum tamen est, quod impositio manus quandoque signat deter-

minatè impositionem super caput, vt vidimus ex Concil. Carthaginens. aliquando quamcunque admotionem & tactum; vnde Marci 7. cum enim dictum esset Domino vt manus imponeret surdo & muto, Christus Dominus non posuit manum super caput, sed misit digitos in auriculam, & expuens tetigit linguam eius. Hoc idem colligitur ex Patrum doctrina, nam in Confirmatione Episcopus primò semel extendit manus super confirmandos. vnde Rabbanus lib. de nat. rerum c. 11. (*impositio manus ideo fit vt per manus benedictionem aduocatus Spiritus S. inuocetur*) & alludit ad cærimoniam hanc accidentalem, quando cum manus impositione preces dicuntur super confirmandos, quibus inuocatur gratia Spiritus S. Secundò iterum manum imponit, cum manu sacro Chrismate delibuta frontem confirmandi tangit & signat: à quo tactu & signatione Confirmatio manus impositio vocatur, vt dicit Hugo p. 7. c. 2. (*manus impositio qua rñtato nomine Confirmatio vocatur, qua Christianus vñtione Chrismatis per impositionem manus in fronte signatur, solis Episcopis Apostolorum Vicarijs debetur.*) propter quod pro eodem usurpata est signatio ista, & manus impositio à veteribus, modò enim eam, signationis Sacramentum vel vñtionis, modò manus impositionis vocant. sic Cyprianus 1. epist. vltima quod vocauerat vñtionem, in lib. 2. cap. 1. vocat *manuum impositionem*, & August. lib. 2. contra Petil. c. 104. nunc vnguenti alias Chrismatis ei nomen imponit, alibi verò *manuum impositionis* lib. 3. con. Donatist. c. 6. & Tertullianus ad Martyres cap. 3. solùm exprimit vñtionem, lib. de Baptism. vñtionem & manus impositionem, & in lib. de resurr. carnis totum ritum exprimens (*Caro, ait, vngitur vt anima consecretur, caro signatur vt anima muniatur, caro manus impositione adumbratur, vt anima*

Manus impositio in Confirmatione confunditur cum vñtione.

Synecdoche vbi sunt PP. in assignanda materia Confirmationis. spiritu illuminetur.) Apparet ergo quod quando vnus vel alterius rei meminerunt, Synecdoche vbi sunt, & vnus vel alterius mentione & expressione totam cōgeriem essentialium voluerunt denotare. Ita & in Consecratione Sacerdotis, præter primam & vltimam manuum impositionem, aliam interuenire cum porrigitur calix &c. mox probabimus. His ergo expositis per sequentia pronuntiata vel conclusiones quid sit dicendum in hac difficili materia exponemus.

PRIMA CONCLUSIO.

1. **O**Mnes illi actus Ordinationis sacerdotalis, consistentes in instructione & aliquali operatione circa iniiciendum nempè benedictione, manuum impositione, vñctione, sunt accidentales cæremoniæ, nullo modo substantiales vel essentielles.]

2. Hæc Cōclusio quantum ad primam partem instructionis & secundam benedictionis non cadit in controuersiam, & ab omnibus recipitur.

Vñctio & manus impositio qua illam præcedit non sunt cærem. essentielles. 3. Quantum ad manuum impositionem ei contradicitur ab Arcudio lib. 6. cap. 4. quod postea examinabo. communiter autem sustinetur in scholis esse cæremonias accidentales propter autoritatem decretalis Gregor. IX. determinantis supplendum quod omissum, non autem reiterandum.

4. Quantum ad vñctionem, similiter est communis sententia Theologorum sine illa perfici Sacramentum, & decretalis quæ habetur titul. de Sac. Vñctione cap. cum venisset fauet, dū similiter edocet supplendam si omissa, nullo verò modo iterandā, quare alia euidentiore probatione opus non est, & tantum occurrendum argumentis pro sententiâ Hosij atq; Calenij.

§. 7.

Vbi respondetur Calenij & Hosij argumentis propositis in §. 5.

1. **A**D primum, concesso antecedenti, admittendo scilicet ex Patrum doctrina vñctionem adhiberi solitam in initiatione Sacerdotis, neganda est consequentia illa, videlicet: eodem modo requisivisse Patres vñctionem, sicut manuum impositionem illam cæremoniam essentialiam per quam gratia conferebatur. Nā Patres sæpissimè essentialia cum accidentalibus memorant, vt cum varias cæremonias assignant Baptismatis, nempè Vñctionis in vertice baptizati &c. quam nullus sobrius dicit ad essentialiam pertinere, discernuntur autem essentialia ab accidentalibus vsu & praxi & sensu & decretis Ecclesiæ.

2. Ad secundum, Respondetur ijs locutionibus Patrum significari typicè, quod postea in materia & forma essentiali efficitur & causatur, nempè inuisibili vñctione & potestate perfundi, qui visibilibus illis signis & cæremonijs exterius inunguntur, & aptantur, & per quandam anticipationem, & accommodationem Patres locuti sunt tribuendo cæremoniæ accidentali id quod mox per essentialiam perficitur. Simile accidit in baptisate, vbi iniiciendi vnguntur in pectore & inter scapulas, quod oleum ex Damasceno idcirco adhibetur (quia Vñctionem nostram designat, Christianosque nos efficit &c.) propter quod ait Bernard. in hoc typo quotquot baptizandi sunt etiam corporaliter Ecclesia oleo materiali vngere consuevit. Hic sensus ab homine Græco Nicolao Cabasila (qui floruit anno 1160.) satis insinuat, dum ait (in ea, qua sit Latinorum Ecclesia, Pontificis Ordinatione postquam insudit vnguetum in caput ipsius qui ordinatur, loquitur de Episcopi consecratione,

Ad primū

Ad secundū

Ad 3.

eratione, qui ordinat optat locupletem gratiam Spiritus S. in eum descendere) dum optat non videtur cauere, quod postea non deprecatur, sed imperatiuè profert, dando potestatem. ergò ad caeremonialia ea vnctio videtur pertinere, quæ non sunt de essentia Sacramenti.

Ad 3. arg. 3. Ad tertium sufficit, pro reprimendis calumnijs horum ardelionum, dicere eam vnctionem, de Apostolica non de Iudaica superstitione descendere, etiam si non sit à Christo Domino instituta tãquam pars essentialis Sacramenti Ordinis, contra quam si aduersarius, vt in omnes ferè caeremonias Sacramentorum oblatrat, habens eas tanquam Iudaicas, Ethnicas, fœdas & superstitiosas, sua debacchandi in sacros Ritus tertia licetia, vltra pictoriam atque Poeticam, vitur. Et, etiam si Iudaicæ vnctionis æmula esset nostra vnctio, licitè potuit eam vsurpare Ecclesia non vmbra assumendo, sed eam adimplendo, hoc est adimplendo sacratori benedictione sacrum vnguentum, quod figuratiuè tantum in Sacerdotio Aaronico designabatur, vnde Dionys. ait nostram Hierarchiam cœlesti & legali assimilari propter externos multos ritus tunc habitos figuraliter quos modò realiter adimplemus. Videat ipse Germanorum pseudo Apostolus laruata simia, quanti criminis reus sit & vsurparæ iurisdictionis, dum syluas nostras cedit, & in nostro & de nostro suffuratur nostra, & in nostra vitula arare contendit. Quando quidem inicianus sistitur ante Apostolum, à quo instruitur quantam sarcinam in suos humeros suscepturus sit, vt persistat in apostasia & hæresi, nec à Papistis vlllo pacto se sinat informari, ad cœnam velientaculum se parare etiam monetur ne caeremoniarum longa serie fatigetur belluo inicianus. Decantatur postmodum hymnus, *Veni*

sancte Spiritus, partim latinè partim materna lingua. Deinde leguntur ex scripturis 2. pars cap. prioris ad Timoth. & cap. 1. ad Titum par. 1. vbi Paræneses Episcoporum continentur & cap. 10. Lucæ, vbi de institutione Apostolorum, & Discipulorum agitur, quibus perlectis candidatum sciscitatur superintendens, an cuncta recipiat, & se præstiturum polliceatur: rursumque de graui onere admonetur de pascendis ouibus. & tum scelerata cœna non habens vestem nuptialem contaminatur profanis illis orgijs, & stans superintendens Spiritum S. inuocat, & illa benedictione (potiùs execratione) consummatur: *Benedicat vobis Deus omnipotens vt faciatis fructum bonum, & finita initiatione litteræ testimoniales, veluti formatoriæ traduntur Ordinato inordinatè. Nihil ergò in hac initiatione nisi simium & emulatorium de Gnosticorum officina descendens, imò & Diaboli, qui res Sacramentorum nostrorum in mysterijs suis æmulatur, vbi sacra profanis miscentur, & mutilata alterata, transmutata nostra celebrantur, ea lege iniqua & partiali, vt sua orgia velut oracula recipiant Diaboli Mystagogi, & nostra de disciplina Apostolica descendètia ad Eleusyna mysteria ablegant, & pro assertionem nostrarum caeremoniarum testamentarias litteras exposcant, & pro suis superstitionibus sua placita super etiam sacras litteras habeant.*

Ritus execrãdi Præstantiũ in suis laicalib. initiationib.

SECUNDA CONCLUSIO.

ILLa manus impositio quæ præcedit porrectionem instrumentorum, caeremonia accidentalis est, siue in se considerata, siue in Ordine ad futuram mox porrectionem calicis cum hostia veluti eadem formula informanda.

2. Hæc conclusio communis est inter Theologos excepto Arcudio libr. 6.

de Sacramento Ordinis cap. 4. §. de Presbytero.

1. Probatio.

3. Probatur primò, ex decretali Gregorij allata, & ex praxi Ecclesiæ: si enim sola vasa cum materia panis & vini exhiberentur, absque illa impositione verè Sacerdos quis initiaretur, quod nec diffiteretur Arcudius pag. 440. col. 1. ergò nec in re, nec vt futura forma informanda potest ad essentialem cæremoniam attinere.

Secunda.

4. Probatur secundò, quia in illa prima manus impositione Presbyteri nulla enūciatur forma, ergò ex solo illius defectu tunc restaret quin perfectè initiati non essent, & propter exhibitionem materiæ illius manuum impositionis semi initiati dici possent, aut saltem necessariam materiam tantum fuisse ministratam. Nec valet si dicas cum Arcudio, initiatiuè fieri tantum ve esse tunc Sacerdotes ex imposita manu, completiuè autem adhibitis instrumentis cum forma fieri Presbyteros, est enim manifesta instantia; siquidem non potest (vt videmus in naturalibus) aliquid fieri ex materia nullo modo actiua per formam ab agente, & fingere formam adesse in virtute est introducere antiquatam illam sententiam de latitatione & inchoatione formatum, essent enim si ponerentur aliquo actu & posse aliquo agere, quod esse impossibile S. Thom. euincit 7. Metaph. lect. 8. dicens (cum esse sit ante agere, non potest intelligi forma prius habere agere quam sit actu) vnde remanet idem nõ existente materia actiua per formam, nam eadem analogia in composito morali seu sacramentali philosophandum est.

Tertia.

3. Probatur tertio, quia etiam in Sacramento inter exhibitionem materiæ & formæ prolationem non debet esse tanta intercapedo, vt ad arbitrium sapientum non censeatur similtas moralis, & maxi-

mè in ijs Sacramentis vbi significatio formæ exigit præsentiam materiæ. Quod si dicas cum Arcudio in Sacramento pœnitentiæ potest præcedere confessio vnum vel plures dies ipsam absolutionem, sed hoc nihil est, nam requiritur pœnitentis præsentia, postulatis absolutionem, quod est nouum actum pœnitentem exhibere priori confessioni continuatum &c. vnde non est simile.

TERTIA CONCLUSIO.

1. **M**anus impositio quæ fit post Missam, cum Episcopus dat Sacerdoti potestatem absoluendi dicens: *Accipe Spiritum S.* &c. non est de essentia Sacramenti Ordinis, ad summum est de integritate.

Probatur prima pars, quia cum traditur ei potestas in ordine ad conficiendum Christi Corpus, verè est initiatus sacerdotio, sacrificus, siue *ιερός*, siue initiatus, & quod idem est, ad sacrificandum *ιερός*, & *ιερόδου* obeundum manus veri *ιερός* ac sacrifici. in hoc autem consequenter subintelligitur quicquid in Sacerdotio includitur, vnde Cabasilas ad c. 46. ad Liturgiã Chrysoptom. definit Sacerdotium, quod sit *facultas quadam sacrorum administratrix*, vnde in hoc includitur facultas tum sacrificandi, tum Sacramenta administrandi &c. sacra munera obeundi, quæ ex Epist. ad Hebræos c. 5. colliguntur.

2. Probatur secundò, quia apud Græcos non dantur istæ duæ impositiones manuum quibus successiuè dent duas istas particulares facultates, scilicet conficiendi Eucharistiam & absoluendi, semel enim imposita manu vtramque dant potestatem, dicendo (*diuina gratia creat N. Presbyterum*) & antiquo more ait Innoc. IV. per solam impositionem manus poterat initiari Sacerdos, cum his verbis: *sis Sacerdos vel Presbyter* (vt dicemus) quod si esset pars essen-

Prima pars conclusionis probatur primo.

Cōj

2. P
con

2.
m

essentialis manus impositio ad absoluendum, Græca Ecclesia caruisset clauibus, non ergo potest dici eam esse essentialiter prærequisitam.

2. Pars
conclus.

3. Secunda pars probatur, quia Sacerdotium ex diuersis constat officijs (velut quoddam corpus integratur ex membris) offerendi, absoluendi, baptizandi &c. præcipuum autem munus est vt sacrificet, vnde satis essentia eius saluatur in ea forma, per quam simpliciter cæteris seclusis tota Sacerdotij significatur summa, ergo cæteris satis est, vt sint de substantia rei seu de integritate, sicut manus & pedes de integritate sunt corporis humani.

Cōfirmatio

4. Confirmatur primò, nam communiter habetur ex doctrina Scholasticorum quod satisfactio non est pars essentialis Pœnitentiæ, sed integralis, quia sine illa potest interdum subsistere & perfici essentialiter Sacramentum, vt patet in articulo mortis cum non potuit pœnitenti imponi satisfactio. Cæterum quia etiam ex natura sua cōfessio ordinatur ad satisfactionem, quam semper Sacerdos tenetur extra casus imponere, si non imponatur, Sacramentum non integrum sed mutilum est & imperfectum, ita similiter quia in collatione potestatis sacerdotalis saluatur illius Ordinis essentia, attamen quia etiam ordinatur potestas sacerdotalis ad absoluendum, exprimitur explicitè per illam formam: *Accipe Spiritum Sanctum quorum remisit: facultas absoluendi tamquam complementum iam collatæ potestatis sacerdotalis.*

2. Cōfir-
matio.

5. Confirmatur secundò, nam ad Presbyterum pertinet quoque baptizare non secus ac absoluere, & nihilominus non adhibetur alia manus impositio ad communicandam hanc tertiam facultatem, quia satis est quod implicitè contineatur in potestate tradita sacerdotali, & sat est vt sit

velut pars integralis sacerdotalis facultatis, pari ergo ratione absoluendi facultas cum contineatur virtualiter in potestate cōficiendi Eucharistiam, sat est si eiudem afferatur complementum velut pars integralis explicitè per illam formulam explicata.

§. 8.

Responſio ad obiectiones Scoti &c. adductas in §. 3.

1. **A**D argumenta pro sententia Scoti, Bellarmini, Vasquez, Respondetur ad primum, Traditas esse à Christo Domino distinctas potestates ambas phisicas realiter distinctas tamquam res à re negatur; vnam physicam, moralem alterâ, seu vnam in entitate cum extensione ad nouum effectum, per nouum modum nõ autem per productionem nouæ entitatis realiter distinctæ conceditur, ex hoc autè vt non conuincitur produci duos characteres, ita non est necesse assignare duas materias cum suis formulis, partiales. Et vt

respõdeatur instatiõ ex Concilio adductæ, dico quod Concilium loquitur de secunda potestate saltè modaliter distincta ex nouo modo & extensione potestatis. Exemplum esse potest in naturalibus: eadè enim sunt membra iuuenis & lenis, idemq; vir qui & postea senex, vt quamuis (quod perbellè Lerinensis descripsit lib. cõtra proph. nouit. c. 29.) eiusedem hominis status habitusque mutetur, vna tamen hominis eiusdem eademq; statura, vna eademq; persona sit. & postea: quot paruulorum artus tot virorum, & si qua illa sunt que aui maturioris etate pariuntur, iam in seminis ratione proferta, vt nihil nouum postea proferatur in senibus, quod non in pueris ante latuerat. Ita similiter in nostro proposito, idem character est sacerdotalis, qui non nouum alterum in eodem Ordine cõpatitur, sed illum qui antea in sacerdotali caractere latitauerat, & modaliter extenditur, & extensus est in Apostolis.

Responſio-
nes ad ar-
gumenta
Scoti ad-
ducta §. 3.

Ad 1. arg.

Alte-

Alterum simile est in productione habituum, nam vt dicit S. Thom. 1. 2. q. 13. ar. 2. ad 2. & clariùs in corpore: (*Causa agens habitum facit quidem semper aliquid in subiecto, non autem nouam formam, sed facit quod subiectum perfectiùs participet formam praeexistentem, aut quod ampliùs se extendat*) ita in proposito.

Ad 2. arg.

2. Ad secundum, Resp. distinguendo antecedens, traditur Spiritus S. diuifum & per partes, secundum productionem nouae entitatis gratiae sacramentalis etiam characteris, negatur antecedens: traditur secundum eius in Sacerdotio aliud donum, vel potiùs eiusdem doni alium modum non partibiliter sed modaliter augmentatum conceditur, & sic exponi possunt Patres; nam in hunc etiam sensum loquitur August. Tom. 9. Tract. 32. in Ioan.

Vnus character non duo partiales in Sacerdotio ex Aug.

(*Multa enim indicia Spiritus Sancti habemus antequam Dominus glorificaretur in resurrectione carnis sua. Non enim alium spiritum Prophetæ habuerunt qui Christum futurum praenunciauerunt, sed modus quidam futurus erat donationis eius qui omnino antea non apparuerat. sequitur: Post resurrectionem autem suam primum quidem quando apparuit Discipulis suis dicit illis. Accipite Spiritum Sanctum. De hoc ergo dictum est: Non erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus, & insufflauit in faciem eorum, quo flatu primum hominem viuificauit, quæ verba exponens Wald. t. 3. de Ordinis sacramentalibus tit. 7. cap. 65. ait. Ecce non alium spiritum habebant Prophetæ, alium post resurrectionem Apostoli, nec eundem per alias portiones & partes cum sit impartibilis, sed vt alij datur sermo sapientis, alij genera linguarum in eodem Spiritu secundum Apostolum sed secundum alium modum: ita idem Sacerdotium Spiritus Sancti. accipitur totum in potestate exorandi & ampliùs in potestate remittendi peccata, non per vnus Sacerdotij portiones vel partes, sed vt dicit August. per alios nouos modos*)

cuius planus clariorque sensus est, quod tota potestas sacerdotalis per totum actum non per plures acquiritur, nec per diuersas potestates partiales inicitur Sacerdos sed per vnã, & solum nouus modus potestatis accrescit ac prior gratia per nouum modum extenditur. Et Germanus Constantinopolitanus in sua Theoria per vnicum actum accipi potestatem non obscure significauit, dum dicit: *Ipse (Christus) dixit: Hoc est Corpus meum, hic est sanguis meus, Ipse & Apostolis iussit etiam per illos vniuersa Ecclesia, hoc facere. Hoc enim, ait, facite in meam commemorationem, non sanè id facere iussisset, nisi vim (vide characterem) inditurus fuisset, vt id facere liceret. & postea. per manum Sacerdotum & linguam mysteria conficit. Hac ergo Sacerdotij est virtus.*] satis ergo inlinuatur vim & virtutem Sacerdotibus dari, & sanctificationem ex potestate conficiendi Eucharistiam tribui, ac per aliam formam sanctificationem & potestatem non noua entitate extendi, sed nouo modo. Optimum quoque simile pro hac responsione roboranda à S. Doct. liceat accipere: is ergo cum 3. p. qu. 22. ar. 2. sibi obieciisset Christum Dominum non esse hostiam, quia caro eius iam inde ab instanti conceptionis fuerat sacrificata & Deo coniuncta: respondet ad tertium his verbis: quod (*Sanctitas humanitatis Christi à principio non impedit, quin ipsamet humana natura cum in passione oblata est Deo sanctificata nouo modo fuerit, scilicet vt hostia actualiter tunc exhibitæ: acquisiuit enim actualem sanctificationem tunc ex antiqua charitate & gratia vnionis sanctificante eam absolute.*) quod est dicere in simili, tunc Sacerdos sanctificatur quando ei dicitur: *Accipe potestatem offerendi, in qua virtualiter continetur potestas absoluendi, & nouo modo sanctificatur Sacerdos & potestatem accipit remittendi peccata, cum actualiter ei explicatur*

Idè probatur ex German. Constantin.

Optimum simile ex S. Tho.

id quod ex prius accepta sanctificatione & caractere tributum est in porrectione calicis &c. vnde nihil aliud ex tota argumentorum serie ad summum probatur, nisi quod nouus gradus gratiæ acquiritur tanquam prioris complementum. Vel dato quod sit noua entitas vel nouus character, non probatur aliud quam quòd exhibitio potestatis absoluendi sub illa materia & forma partiali non sit nisi pars integralis, non autem essentialis, nam satisfactio sacramentalis etiam si gratiam causet ex opere operato, id præstat vt pars integralis, etsi essentialis nullo modo sit ex communi Theol. sententia.

QUARTA CONCLUSIO.

I. **M**ateria necessaria & essentialis in Ordine sacerdotali consistit in illa manus impositione, qua porriguntur & exhibentur instrumenta, scilicet calix cum vino & patena cum hostia; quanquam & ista instrumenta velut connotata & vt materia circa quam datur potestas sacrificandi, necessitatem & essentialitatem quoque aequaliter, seu secundariò participant.

2. Prima pars huius conclusionis probatur omnibus illis argumentis, quibus probata est necessitas & essentialitas impositionis manuum, non quidem secundum sensum primæ acceptionis, sed prout manus impositio etiam significat quamlibet manus impositionem & tactum; esse autem manus impositionem verè & propriè hanc instrumentorum porrectionem probatur ex Zonara in can. 1. Apostolorum sic dicente: (Nunc autem chirotonia vocatur absolutio precum Sanctique Spiritus inuocatio, dum Sacerdotio quis initiatur & consecrationem sortitur. Ex eo dicta quod Pontifex extendat manum benedicens homini ad sacra deligendo, sed ipsum suffragium quondam nomi-

Ex Zonara

natum est chirotonia: nam quum turba liceret in urbibus eligere sacrorum profectos, conueniebat ipsa turba, & alij quidem hunc, alij verò d. l. gebant illum. Quatenus autem plurium suffragium vinceret, eligentes ferunt solitos extendere manus. Et per manus ita porrectas numerabant qui vel hunc vel illum elegissent) porrectio ergò vel extensio illa manuum quæ obmtebat à qua nominis impositio translata est ad sacram Ordinationem, chirotonia seu manus impositio dicta est, & extensio manus Pontificis benedicens seu consecrantis hominem cum Sacerdotio initiatum, propriè secundum hanc acceptionem chirotonia quoque appellata est ab isto scriptore. Sed dum fit porrectio instrumentorum in Latina Ecclesia, extenditur manus & benedicuntur formula sacramentali initiandus, & ad sacra deligitur per illam porrectam vel extensam manum, quare ipsa meritò chirotonia seu manus impositio vel extensio dici potest. Sed eà esse cæremoniam essentialem indefinitè loquentes scripturæ & Patres docuerunt, ergò necessaria & essentialis materia omninò dicenda est.

Eadem etiam conclusio quantum ad primam partem probatur omnibus argumentis factis pro corroboranda sententia S. Bonaventuræ, & ad duo argumenta facta in contrarium sup. dubit. 2. §. 1. num. 8. restat respondere.

3. Ad primum responderetur, quamuis multiplex sit manus impositio, illa tamen quæ adhibetur in Ordinatione & Confirmatione sacramentalis est, & propria fit & specifica ex appropriatione ad tale ministerium. vnde S. Thom. lect. 1. in 6. cap. ad Hebræos explicans doctrinam impositionis manuum quam catechesi exponendam insinuarat Apostolus, ait. [Hæc autem duplex est: vna est miracula faciens, sicut quando Christus per manus impositionem

Solutio 1.
arg. propositi dub. 2.
§. 1. nu. 8.

curabat infirmos Luc. 4. singulis manus imponens curabat eos, & hac non est sacramentalis. Alia est sacramentalis, & hac est duplex: Vna in Sacramento Ordinis 1. Tim. 5. Manus nemini cuiusdā imposueris. Alia est in Sacramento Confirmationis &c. Propria autem est hæc manus impositio, cum adhibetur ad speciales effectus designandos, nam adhibita ad confirmandum indicat robur quod accipit confirmatus ex virtute Spiritus S. ad profitendam intrepidè fidem coram Tyrannis, in Ordine verò (vt dicit Dionysius c. 5. de Eccles. Hierarch. quem citat Waldensis tom. 2. de Sacram. Ordin. cap. 23.) Hierarchæ manus impositio simul quidem manifestat perficientis principalem protectionem Dei, sub qua sicut pueri sancti circumspiciuntur, & mox allegatur ab eodem S. Thomas, licet sine aliqua designatione loci: videlicet. Impositio verò manuum Episcopi significat, quòd Christus eos. quos perficit principaliter protegit tanquam pueros, & custodit paternè, ipsi impartiens habitum & virtutem sacerdotalem, contereas contrarias virtutes. Quæ verba apud S. Tho. non reperiò, sed solum in Dionys. quot fat est nostro proposito.

Solutio 2. Ad secundum. locutus est Gregorius de illa impositione manus quæ purè cærimonialis est, & ante collationem potestatis in præparatorijs exhibetur. Vel si de illa locutus sit, quam essentialem quidam putarunt, vt supra dictum est, cum traditur facultas absoluendi quia seorsim dari potest suppleri quoque potest si sit omiffa. Cæterum nunquam locutus est de illa manus impositione cui adiungebantur verba mystica, quando sacrabatur electus accipiendo offerendi sacrificij potestatem, quam aded essentialem PP. reputarunt, vt si ab eodem Episcopo cum mysticis verbis non coniuncta fuisset, minimè initiatum dixissent eum, cui talis deordi-

natio potius quam Ordinatio contigisset, ac proindè in nem & vacuum & reiterandam existimassent. vnde in cap. quorundam d. 27. cum quidam Episcopus oculorum detentus solam manum ordinandis ad Presbyteratus & Diaconatus Ordinem imposuisset, Presbytero quodam benedictionem fundente, statutum vt taliter ordinati: *Gradum Sacerdotij vel Leuitici Ordinis quem peruersè adepti sunt amitterent*, & tamen ait Gloss. *nunquam receperunt eundem gradum*, aliquis enim dicitur amittere quod nunquam recepit.

4. Secunda pars conclusionis probatur, nam Concilium Florentinum sic dicit. *Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicis cū vino porrectionem. vbi assignatur duo, id quod traditur, & ipsa traditio siue porrectio, ad denotandam duplicem materiam, remotam & proximam, remota est instrumentum, eius porrectio est proxima. Vel ad denotandum id per quod traditur potestas, & est actus porrectionis, per quam Episcopus tradit suam potestatem quæ in ipso est per suum instrumentum coniunctum, quæ est manus extensa & porrigens; & id quod determinat talem facultatem, & est instrumentum separatum, nempè calix, cò quòd magis respiciat vltim potestatis & est materia circa quam eadem potestas versatur, habetque rationem connotati quod intrinsecè potestas respicit, atque aded secundariò saltem ad essentialia pertinet instrumentum.*

5. Ex quo apparet sententiam illam quæ inter omnino accidentalia ablegat calicis exhibitionem post conciliarem definitionem Florentinam, non posse subsistere: saltem dixisset eam esse partem integram ipsius materiæ, quam putant esse manuum impositionem, qua datur Spiritus S. illius

Secunda pars dictæ concl. probatur.

Cõcil. Florent. explicatio.

x. Arg. facile sequitur ex sup. dictor. determinatio.

Corollarium contra eos dicentes porrectionem esse materiam accidentariam

sen.

sententiæ patroni, ad finem soluendi homines à peccatis, nam potuisset aliquo modo se colorare; quando etiam in Concil. Florent. materia pœnitentiæ sint assignati actus pœnitentis contritio, confessio, & satisfactio, cum tamen satisfactio sit pars integralis. Verùm nec ista fuga, etsi plausible, nititur solido fundamento, cū non vno & eodem modo in singulis Sacramentis id quod vni proprium est, liceat alijs appropriare, quod ex intentione potius & praxi Ecclesiæ est discutiendum, nec nouum aliquid introducendum, sed ad amissum conciliarium definitionum loqui necessum est. porò ad difficiliora transeamus.

III. DVBITATIO GRAVIS- SIMA.

An eadem sit materia Sacramenti Ordinis in Ecclesia Græca, cum ea que est in Ecclesia Latina, & quomodo ritus vtriusque Ecclesiæ conciliari possint.

1. Arg. difficile quod sequitur ex supra-dictorum determinatione.

1. CVM ergò in Sacerdotio, vt etiam in Hierarchico Ordine Diaconatus, in Ecclesia Romana ne dum impositio manuum, sed & porrectio instrumentorum sit huius Sacramenti materia, & nullo modo (vt prætendunt Arcudius & Becanus) eadem instrumentorum traditio sit accidentaria, euidenter sequi videatur, vel apud Græcos non initiari ministros Sacramentorum Sacro Ordine, cum illic instrumenta non tradantur, vel in diuersis Ecclesijs diuersos, quantumuis essentielles ritus in eo Sacramento conferendo à Christo Domino institutos, ac proinde cū hæc diuersitas formalis sit nedum materialis, sequitur, quod in Ecclesia Græca, & Latina non sit eadem identitas Sacramenti, quod cum vera Theologia aperte pugnat.

2. Amplius; cum in Concilio Florentino præscriptæ sint omnes materiæ & formæ Sacramentorum, & in Sacramento Ordinis materia assignata sit instrumentorum traditio, non tantum aditriæ sunt Græci qui eidem Concilio interfuerunt, eundem ritum Latinæ Ecclesiæ necessariò seruare, sed & instructi, quod tradente Ecclesia necessariam materiam Ordinis, illa deficiente non perficiatur Sacramentum, vt in eodem decreto continetur dum in genere definitum est, quod deficiente materia vel forma non perficitur Sacramentum; & in specie mox, quæ sit in vnoquoque materia & forma præscribitur. Dicere autem (vt dicit Arcudius libi. 6. cap. 5.) Græcos non fuisse præsentem, cum Armenis Sacramentorum formula tradita est, falsum est; ante enim dissolutionem Concilij, vbi Græci aderant, ad Synodum Armenorum Patriarchæ venerunt, & facto approbante Concilio decretum acceperunt, eoque accepto vnà cum Græcis è Florentina discesserunt, & Concilium absolutum est ex nostro Carranza in summa Concil. & ex act. Concil. & admissio quod non fuerint præsentem, adhuc Græci de toto illo decreto benè sentire coguntur, & nihil essenziale prætermittere. Asserere similiter, vt dicit expresse Becanus p. 3. tract. 2. cap. 26. qu. 4. Antiqua Concilia assignasse materiam à Christo institutam (nempe impositionem manuum) Florentinum verò materiam assignasse, quam Ecclesia introduxit: nescio quomodo cum eodem Concilio Florentino cohætere possit, nam præterquam quod id est mentem Concilij eludere tradentis omnium Sacramentorum essentielles materias & formas (vt dictum est) latissimus quoque sternitur campus vt & de cæteris Sacramentis fingi à proteruo possit, non à Christo institutas sed ab Ecclesia introductas eorum

2. Arg.

P. Becanus
esugium
præcluditur.

materias à Concilio isto hic præscriptas & assignatas. Firmum ergo est essentielles esse materias traditas à Synodo Florentina.

*Propter di-
fficultatem qui-
dam Græ-
cos Sacer-
dotio expo-
narunt.*

3. Hoc argumentum de necessaria materia apud Latinos, exhibitionis scilicet instrumentorum adeò quosdam Doctores torfit, vt referente Arcudio lib. 6. ca. 5. dixerint, apud Græcos non esse Ordinis Sacramentum, propter necessariam materiæ omissionem, cum non tradant instrumenta. Vnde S. Leo epist. ad Leonem Augustum in simili scripsit in *Ecclesia Alexandrina, cœlestium sacramentorum lumen extinctum*, in quantum Ecclesiæ ritum non seruabant ex S. Thom. 3. p. q. 64. a. 9. Et Possseuinus in Bibliotheca lib. de *ratione agendi cum Græcis*, cap. 2. inter multas, causas dissidorum Ecclesiæ Græcæ cum Latina, illam doctè assignat: quod Græci falsatos Græcorum PP. codices euoluunt: multosque errores habeant in Ritualibus & Euchologijs ipsorum, quos tamen, cum incitiæ suorum Nicephorus Xantopolus tribuere debuisset, ad odium contra Latinos fouendum in eisdem scommata & maledicta contorsit. Idem Possseu. ca. 10. sic dicit (*Ac qui paucissimos ante annos propensissimi erga gentem Græcā viri perdocti in Græciam nauigarunt, facile animaduertunt, quāto perē pleriq; laborentur in materia, forma, ritibus, & vsu Sacramentorum.*)

*Sed resu-
santur, ne
totā Græcā
Ecclesiam
sū re Sā-
ctis, qui in
ea clarue-
runt dam-
nemus.*

4. Verūm quod in vno vel altero Græcorum angulo erraretur à multis, non est erratum in tota Ecclesia Græcorum ab omnibus, nam etiam antequam Græci diro schismate à compage corporis Christi diuellerentur sola iam chirotonia in Ordinatione utebatur. Absurdissimum verò est tam illustrem portionem gregis Christi tam longo temporis tractu. errasse, blasphemasse, in re tanti momenti, si enim verum Sacerdotium non habuerunt,

ergò nec sacrificium, ergò nec fuerunt in vera Ecclesia, quod sanè nihil aliud est, quàm dicere tot populorum myriades Eucharistia priuatas, perperam tot Sacramenta administrata, inaniter sanctis ergastula opplera, tot martyria coronata, tot Ecclesiæ lumina, Basilium, Gregorium, Athanasium &c. Apostolos non Episcopos extitisse, omnia Ecclesiastica munera & functiones non veras sed laruatas, & quod ingemiscendum esset, tot populos diabolo condonatos. Ipsa quoque Latina Ecclesia particeps fuisset delictorum Græcæ: eā non arguendo, nec conuincendo in re tām necessaria, quod certè præstare debuisset, in Concilio præsertim Florentino, vbi de minoribus etiam & de accidentalibus tractatum, vt de azymo & fermentato, & vtramque consuetudinem conficiendi in hoc vel illo in celebratione Eucharistiæ probauit, & fermentarios putantes id esse de necessitate Sacramenti, ab errore studuit reuocare.

5. Porro si Græci ob id damnandi essent, quòd Sacramentū Ordinis non conficiant, Africana Ecclesia pariter damnanda esset, (quæ secundum multorum sententiam) in Hierarchicis Ordinibus tempore Augustini, vt patet ex can. 2. & 4. & 5. Concil. 4. Carthag. solam sacræ manus impositionem Græcos sequendo adhibebat, licet concorditer cum Romana in reliquis Ordinibus (vt patet ex eodem Concil.) instrumenta quoque adhiberet. Hoc autem dicere perperam factum esse, quid esset nisi damnare Augustinum, Cyprianum, & Africanæ Ecclesiæ innumera lucidissima sidera? Sed quod omnium caput est, si (vt multi DD. allègati dixerunt) nedum tempore Apostolorum, sed Apostolicorum virorum Dionysij &c. sola sine instrumento adhibebatur manus consecratoria in Ordinis administratione secundum

*Etiā Ec-
clesia A-
fricana
damnanda
esset, si Græ-
ca damna-
retur.*

*Phila-
assign-
mater-
in Ec-
Græc-*

*Prima-
tio in
uorè h
senten-*

*Forma
consec-
rationis
scop. e
Cleme-*

erundum multorum sententiam: An Christi schola à scopo aberravit, an Apostolorum beata illa successio, quæ cum cathedris doctrinam illibatam ex accepto Charismatis diuini munere susceperat, errores falsosque ritus ad posteros transfundebat? Quæ cum absurdissima sint, omninò dicendum tam secundum veritatem, quam ad concordiam Latinorum cum Græcis seruandam, semper Græcos etiam si instrumenta non tradiderint vel tradant in manus Ordinandi, veram Ordinationem habuisse & habere. sed quomodo conciliari possiat, hoc opus, hic labor est.

§. I.

Primus modus conciliandi Græcos cum Latinis in collatione Ordinis.

Philadel.
assignat
materiam
in Ecclesia
Græca.

1. Philadelphius in opusculo de Sacramentis agens de Sacris Ordinibus sic ait: Sacerdotalis Ordinis materia est sacratissimus panis & sacrorum vasorum quantitas, hac phrasi inusitata varium vasorum genus indigitans, & reliqua vniuscuiusque Ordinis ut moris est.

Prima ratio in fauorē huius sententia.

2. Stabiliri potest hæc sententia, Primò ex antiquitate licet subobscurè, quia hostia in manus ordinati tradebatur post absolutas preces mysticas, quod satis est ad moralem coniunctionem materiæ cum forma. In constit. ergò Apostolicis lib. 8. cap. 4, in Ordinatione Episcopi qui prius Sacerdos sacrobatur, sic dicitur: *Da ipsi Domine omnipotens per Christum tuum participationem Spiritus S. ut habeat potestatem remittendi peccata secundum mandatum tuum* alludendo ad id quod fit in Ecclesia Latina: *Accipe Spiritum S. quorum remisit &c.* item dandi Cleros id est, sortes, ut tu iussisti, quod pertinet ad munus Episcopale, ac solvendi omne vinculum secundum potestatem quam Apostolis dedisti, quod iurisdictionem Episcopalem respicit, placendūq; tibi in mansue-

Formula
consecra-
tionis Epi-
scop. ex
Clemente.

tudine & corde mundo, offerendi tibi sine culpa semper & sine crimine sacrificium mundum & incruentum, quod per Christum constituisti mysterium noui testamenti in odorem suauitatis, per S. Filium tuum Iesum Christum Deum & Saluatorem nostrum, quod facultatem respicit ad conficiendum corpus Christi. & deinde subiungitur à Clemente, post preces vnus Episcopus offerat hostiam in manus ordinati, ad Sacerdotem alluditur sacrandum qui ab vno Episcopo consecratur.

3. Nec obstat quod intermedij assignati sunt actus respicientes Episcopalem potestatem, nempe Clericos consecrandi &c. nec enim eo ritu quo scribuntur in praxi seruabantur, & per Hysterologiam siue per histeron proteron significata sunt scripta, primò enim dabatur facultas consecrandi corpus Christi & absoluendi, ut Sacerdotio prius initiandus sacraretur, mox extendebatur potestas ad sacrandos Clericos, qui proprius Episcoporum actus est, & fortasse paulò post dabatur hostia in manualis Sacerdotis, qui postmodum Episcopus sacrabatur, ut similitate quadam morali facultas consecrandi qua Sacerdos perficitur, cum formula sua iungeretur, quæ paulò ante præcesserat. Non insolens est ista transpositio, ut quod postea recensendum erat prius recensatur: exemplum est in Psalm. 77. vbi post recensitum beneficium prouisionis carniū in deserto factū populo Hebræo dicitur, & pluit illis manna ad manducandum, cum tamen ex Genebrardo & alijs in eum locum hoc miraculum non fuerit perperatrum eo temporis articulo quo describitur, sed ante. Aliud simile ex Liturgijs SS. Iacobi, Basilij, Chrysoctomi, vbi post verba Consecrationis *Hoc est &c.* subditur *mox fac Domine panem istum Corpus Christi tui*, quæ vltima verba si in rigore eo loco præcedentibus succederent, demonstrarēt

Enasio.

Præclusio.

non factam iam sed adhuc futuram Consecrationem, sunt ergò collocata vt intelligantur per Hysteron proteron, & illam sedem habent, quam habent alia similia in Liturgia Romana, prius enim dicitur: vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi Filij tui. & sequitur Consecratio. Hæc est multorum doctrina apud Bessarionem lib. de forma Consecrationis. Praxis ergò erat in Consecratione Sacerdotis, qui etiam postmodum ad Episcopatum initiabatur, vt prius daretur potestas conficiendi, mox absoluedi, & paulò post tradebatur hostia, quæ simulata morali iungebatur cum tradebatur potestas conficiendi Eucharistiam, deinde dabatur facultas Episcopalis consecrandi Clericos, quæ licet non ita scripta extent hoc ordine, equidem censenda sunt per Hysteron proteron transposita, quæ serie traditionis implebantur, quando ordinandus Sacerdos & Episcopus sacrabatur.

4. Verùm in tanta rerum obscuritate diuinare est, nescitur enim an hostia cum instrumentis tradebatur, hoc est calix cum patena hostiam continente, an dabatur eo temporis articulo quo communicabatur consecrandi potestas, an verò forsan in finem reseruabatur in ordine ad communicandum, sumptione enim Eucharistiæ Sacer Ordo quoque absoluebatur, vnde nedum hoc ad probandum difficile sed planè ἀδύνατον, præterquam quod coniunctio & similtas illa moralis cum re quæ præcessit difficulter saluari possit.

5. Secundò ergò probari potest ex Eucharologio Græcorum, vbi post impositionem manuum cum prece seu formula mystica vel sacramentali [Pontifex sanctum panem, hoc est particulam panis consecrati præbet (initiendo) sic dicens: Accipe depositum hoc & serua illud vsque ad Aduentum Domini N. Iesu Christi, quando abs te debet illud repetere. Is verò

accepto pane deosculatur manum Pontificis, & recedit ad locum vbi prius erat imponens manum supra sacram mensam. Cum verò Pontifex diciturus est: Sancta Sanctis. tunc consecratus restituit sanctum panem Pontifici. & primus inter alios communicat.

6. Sed non esse materiam panis sancti porrectionem contendit Arcudius lib. 6. c. 3. primò: nam cæremonia illa traditionis panis varia est, variè que seruat secūdum varia ritualia. Græci quidam ex præsanctificatis, hoc est particulis consecratis non solent consecrare Presbyterum, quia Presbyter requirit materiam quam consecret. Illi verò qui consecratum porrigunt, non ad officium consecrandi porrigunt, sed vt sui illum munetis illa formula admoneant, dum non simplicem sed consecratum ei panem exhibent. Verumtamen hæc probatio efficaciam non habet, nam vt dictum est supra in confutatione Paludani, si ex præsanctificatis exemplo Christi Domini fieret initiatio, vera esset, accidit enim materiæ seu elemento Ordinis quod sit materia consecrata vel simplex, sat enim est quod sit consecrata in speciebus visibilibus.

Secundò arguit: quia Dionysius accuratissimus planè scriptor Hierarchicæ Ordinationis nullam profus huius materiæ, panis scilicet sanctificati qui porrigitur, facit mentionem. Sed hoc nihil ad rhombum, cum sit argumentum ab auctoritate negatiua.

Illud argumentum efficax videtur contra sententiam Philadelphij, quod idem ponderauit Arcudius, nempe quod finita Consecratione adhibetur salutatio Pontificis, qui eundem initiandum consecrauit, quæ fit ex eodem Dionysio ad denotandum Episcopum sibi similem produxisse per characteris impressionem, quæ sacerdotalem formam & habitum vo-

Hoc arg. similiter minus efficaciter reputatur ab Arcudio.

Refutatur Arcudij impugnationes.

Prima.

Secunda.

Aliud arg. contra sententiam Philadelphij efficacius.

Praxis initiandi Presbyterii & Episcopi tempore Clementis.

Sed dictū arg. pro prima sententia non videtur efficax.

2. Arg. pro dicta sententia.

Prima
mo
cili
Gra
Laa

Re
dic
du

cat, sicut & alibi vocat facultatem obeundi sacras actiones, & post salutationem peracta consummativa & perfectiva & vltima cæremonia salutationis panem initiatus accipit, vt innuitur in Euchologio: vbi præmittitur citatis verbis: (Dicitur Pontifex illa verba: ita vt fiant participantibus. accedit ordinatus, cui præbet Pontifex sanctum panem, hoc est particulam panis consecrati &c. & si in alijs Euchologijs habeatur. danda est particula panis, quam ipse nuper consecratus consecrare debeat.) iam ergo initiatio perfecta est, cum materia tribuitur siue consecrata siue non consecrata, vnde cum longa temporis intercapedine seiuncta sit ipsa porrectio à consummatione & initiatione Sacerdotis, difficile est assignare eandem vt materiam, nisi simulas morales quæ totam actionem sacrificij comprehendit attendatur, & totum vt vnica actio habeatur.

§. 2.

Secundus modus conciliandi easdem Ecclesias in conformi Sacramenti materia.

Primus
modus conciliandi
Græcos cū
Latinis.

1. **M**VLtas alias vias idem Arcudius ad conciliandas ambas istas Ecclesias meditatus est. Primus modus conciliandi ait cap. 4. Si dicatur ita institutum esse à Christo Domino Sacramentum Ordinis, vt Consecratio ministrorum fieret aliquibus verbis & symbolis, quibus significaretur ministrum ad quod ordinabatur, vt autem hæc vel illa signa assumantur relictum esse arbitrio Ecclesie, & ita alia signa sunt in Latina alia in Ecclesia Græca, quæ distinctio materialis est non formalis, vt explicauit Didacus Nunnez loc. cit.

2. Sed hic dicendi modus supra refutatus est, cum docuimus omnia quæ sunt de essentia Sacramenti esse immediatè à Christo instituta.

3. Secundus modus est eiudem Arcudij ibidem dicentis ex doctrina Bonauenturæ, quia manus organum est organorum, idè implicite continet instrumenta quæ explicitè dantur in Ecclesia Latina, & sic neutram Ecclesiam discordare ab altera nec à ritu legitimo, & solam differentiam esse penes implicitum & explicitum. ac vt dicit cap. 4. Est in Ecclesia Latina eadem materia, sed vna cum instrumentis dilatata, vbi in Ecclesia Græca simplex materia adhibetur.

4. Sed hic modus difficulter saluat Synodum Florentinam impositioni manuum quæ fiebat in Ecclesia Græca & Africana etiam porrectionem instrumentorum adiungi volentem, vt partem essentiali saltem connotatiuè, sicuti supra probatum est.

§. 3.

Tertius dicendi modus expeditior & Conciliorum doctrina conformior.

1. **P**OST tot egregios Tractatores, si propriam de hac re sententiam licebit pronunciare, detur venia, id quod assidua meditatione pluribus mensibus concepi, S. Thomæ doctrina & intercessione opitulante in publicum paratur, ea conditione vt liberum correctorem habeam pium Lectorem si errate contingat, probatorem verò si viderit quod trado cum antiquitate & vera solidaque Theologia consonare. sit ergo

2. **PRIMUM PRONUNCIATVM**: supposita illa sententia quam S. Thomas vt probabilem supponit, & mordicus defendit Estius in 4. d. 24. quod scilicet in Ordinatione non sit necessarius tactus instrumentorum, sed sola eorundem exhibitio vel ostensio dum traditur potestas consecrædi: vt verbi causa si nõ traditur physice calix in Ecclesia Græca, ostèdatur tamè, & dum

2. Modus
conciliandi.

Similiter
dictus mo-
dus refu-
tatur.

Tertius
modus sta-
uitur ab
autore &
defenditur

Primum
pronuncia-
tum.

& dum hæc sit accidentalis non substantialis diuersitas, non est difficile vtramque Ecclesiam conciliare in ritu Ordinationis.

3. Antequam ergò conclusio vel pronunciatum istud probetur, transeundum nonnihil ex figura Sacerdotij veteris & cæremonijs, quæ ibi interueniebant ad figuratum, & porrectionem vel ostensionem instrumentorum inspicere iuuabit.

4. Sciendum ergò est primò ex Isidoro lib. 2. c. 7 Presbyterorum Ordinem exordium sumpsisse à filijs Aaron, intellige quantum ad figuram, nam vt egregie S. Thom. 1. 2. qu. 102. art. 1. ad 3. (ex quo loco meum pronunciatum deductum est) Consecrationi Pontificis & Sacerdotum respondet in noua lege Sacramentum Ordinis. Consecratio autem ex eodè S. Doct. resp. ad 8. arg. hoc ordine fiebat [Primò enim postquam abluti erant induebantur quibusdam vestimentis specialibus pertinentibus ad designandam dignitatem ipsorum, specialiter autem Pontifex oleo vngtionis in capite vngebatur, vt designaretur quod ab ipso diffunderetur potestas cõsecrandi ad alios sicut oleum à capite deriuatur ad inferiora, vt habetur in Psal. sicut vnguetum in capite &c. Leuita verò non habebant aliam Consecrationem, nisi quod offerebantur Domino à filijs Israel per manus Pontificis qui orabat pro eis. Minorum verò Sacerdotum sola manus consecrabatur, quæ erant applicandæ ad sacrificium, & de sanguine animalis immolatitijs ungebatur extremu auricula dextra ipsorum & pollices pedis aut manus dextra, vt scilicet essent obediens legi Dei in oblatione sacrificiorum. Aspergebantur etiã ipsi, & vestimenta eorum sanguine animalis immolati, in memoriam sanguinis agni per quem fuerunt liberati in Aegypto offerebantur autem in eorum consecratione sacrificia: Vitulus pro peccato in memoriam remissionis peccati Aaron circa constellationem vituli: aries in holocaustum in memoriam oblationis Abrahæ, cuius obedientiam

Pontifex imitari debebat. Aries etiam Consecrationis, qui erat quasi hostia pacifica, in memoriam liberationis de Aegypto per sanguinem agni, canistrum autem panum in memoriam manna præfuit populo, pertinebant ad applicationem ministerij quod imponebatur super manus eorū ad eperietis & torta panis vnus & armus dexter, vt ostenderetur quod accipiebant potestatem huiusmodi offerendi Domino. Leuita verò applicabantur ad ministerium per hoc quod admittebantur in tabernaculum fœderis, quasi ad ministrandum circa vasa sanctuarij.

5. Hic ergò erat totus ritus Sacerdotes Aaronicos consecrandi. Inter has autem cæremonias illa quæ facit ad nostrum propositum à S. Doct. diligenter est expressa, quod in altari erat canistrum panum quod era pariter cū ceteris sacrificijs offerendū, & iterum, quod torta panis ad applicationem ministerij dabatur & armus dexter, in signum quod acciperent potestatem eiusmodi offerendi Domino, cui figuræ nunc correspondet in Consecratione Sacerdotij, quòd quando initiatur traditur ei patena cum pane, calix cum vino.

6. Sed an hæc cæremonia accidentalis vel essentialis fuerit cùm torta daretur in manus Aaronici Sacerdotis, controuersum est.

7. Abulensis in cap. 29. Exod. ait illam manus impletionem Sacerdotum, cùm dabatur eis quod offerendum erat, fuisse omninò cæremoniam accidentalem, & non videtur loqui de illa manuum impositione qua tradebatur manibus initiandi hostia absolutè & præcisè, sed de eadem vt impletiva manus, & tradente in manus initiandi munera, nam sufficere potuisset manus impositio vt designatiua materiæ offerendæ quæ erat in canistro, vt etiam si non traderentur panis, laganu, azyma, quæ erant in altari posita in cõspectu Domini deinceps offerenda, possent esse

Notandū
quod scripsit S. Tho.
de initiatione Sacerdotij
le-galis quod
est fidam.
dicendorū
Cæremonia veteris
Sacerdotij.

esse obiectum seu materia circa quam ver-
sabat^{ur} Sacerdotium Leuiticum, vt sola
extensio & designatio, vel manuum por-
rectio, etiam si initiandi manus impleræ
non essent torta panis, satis fuisset ad eos
Sacerdotes iniciandos, non secus ac Leui-
tæ absque traditione instrumentorum sa-
crabantur ex hoc solum quod applica-
bantur ad tabernaculum vbi erant vasa
ministerij eorum.

8. Sed verba S. Thomæ citata, nempe
quod iniciando tunc tradebatur potestas
cum ei torta panis &c. dabatur in manus
indicant illam manus impositionem quæ
implebat manus ordinandorum Sacerdo-
rum ad substantiam Sacerdotij Leuitici
peruinisse, præsertim cum nulla alia præ-
ter istam impleretur esset manus imposi-
tio super capita iniciandorum qua con-
summarentur & sacraentur.

9. Quod ergo in figura præcessit in illo
Sacerdotio antiquo, præstat^{ur} nunc in
nouæ legis Sacerdotio. Nunc enim pariter
accipiunt stolam iniciandi Sacerdotes,
manus eorum oleo vnguntur, mensa sacri-
ficij aptatur in eorundem Consecratione,
vbi hostia præparata est, quod pariter fa-
ctum est cum Apostoli ordinarunt Act. 13.
& diligenter annotauit Bar. anno 51. n. 83.
sine sacrificij ingruenti ministerio Ordina-
tiones non celebrari quod & rituales om-
nes insinuant, vt sub illo apparatu visibili,
& symbolis in Altari expositis ad ministe-
rium illud assumi perciperetur à plebe,
quod in Altari oculis omnium erat expo-
situm. Præter hæc (quod magis in Eccle-
sia Latina figuræ veteris Sacerdotij corres-
pondet) implentur manus iniciandorum,
dum traditur calix cum vino & patena cū
hostijs, vbi datur potestas offerendi sacri-
ficium &c. In Ecclesia autem Græca appa-
ratus vestium & vinctio, vt supra probatū
est contra Arcudium, interueniunt, item

mensa pro sacrificio similiter adaptatur,
quæ dicitur Thyriasterij hoc est, sacrificia-
tionis & loci ad sacrificandum instituti, in
qua erant consecratæ seu præsanctificatæ
& consecrandæ materiæ. In hoc autem dis-
crepant à Latinis quod ad impositionem
manus Episcopi, absque impletione ma-
nus iniciandi sacraentur Græcus Sacerdos.

10. His ergo ritibus expositis, & suppo-
sita illa opinione probabili, quod imple-
tio manus non sit de essentia scilicet quæ
fit tradendo & implendo manus hostijs
offerendis, vt nec erat de essentia in veteri
lege secundum Abulensem iam facillimè
concordia inter vtrasque Ecclesias in eo-
dem ritu relucebit, si hoc modo arguas.

Impositio illa manuum quæ fit ab Ec-
clesia Græca cum prece mystica, iã in Al-
tari existente hostia sacrificanda, aperte in-
sinuat tunc iniciandum aptari ad præcipuū
munus sacerdotale, nempe offerendi sa-
crificium, & victimam in Altari præpara-
tam vt consecrandam connotat, respicit,
designat, non secus ac traditio instrumen-
torum eandem materiam respicit in Ecclesia
Latina; eadem ergo materia vtrique Lati-
no & Græco, traditur, & assignatur, hoc
solo excepto (quod pertinet ad situs posi-
tionem) quod victima offerenda est in Al-
tari in ritu Græcorum, in Latinorum verò
initiatione est in manibus iniciandorum:
sed hæc applicatio aut diuersa locatio ac-
cidental^{is} est; assignatio verò vel designa-
tio materiæ quæ hic manus impositione
victimam in Altari respiciēte, ibi portectio-
ne eiusdem in manibus existente interuenit,
essēcialis est: in substāiali ergo ritu satis su-
perq; conueniūt, & in accidentali differūt.

11. Confirmatur: quia cum porrigitur
calix &c. in ritu Latino nihil aliud fit, quā
quod conceditur præsentⁱ victimam quam
tenet in manibus, vt materia circa quam
versatur, vsus potestatis ex S. Thom. supra

*Arg. ad
saluandū
ritū Gra-
corum.*

quæ tunc confertur. Sed per eandem manus impositionem in Ecclesia Græca, conceditur initiatio altate in quo est hostia vel victima. ut materia circa quam exercenda est potestas sacrificandi, ambæ ergo Ecclesiæ in initiatione quantum ad essentialia conueniunt. Minor probatur ex S. Cyrillo lib. de adoratione & spiritu c. 13. sic dicente: Presbyteris concreditum est altare &

Expenditur in signis Cyrilli authoritas fauens proposita dicendi via.

quæ intra velum continentur, hæc enim erat victima offerenda, quibus etiam dici conuenit, & custodient Sacerdotium suum. Diaconis verò illud: custodient custodias tabernaculi, & omnia vasa eius] vnde & superius deductum est, sicut absq; instrumentorum in manus traditione Leuitis, quia concredebatur illis tabernaculum ubi erant vasa ministerij, ea applicatione, & vt ita dicam concreditione (quod ad Sacerdotes Leuiticos pariter superius extenditur) sacrabantur, ita in Græcorum Ecclesia satis est, si parata sacra mensa cum ijs quæ intra velum sunt concredatur. Sed clarius & expressius minor eadem probatur ex Theodoro de vitis

Aliud se Simonium Theodoret. ad idem.

SS. ca. 13. ait enim de Macedonio [Postquam magnus esset ordinatus Flavianus vt magnum Dei gregem pasceret, viri autem virtutem didicit, cum adducit in vertice montis, cum autem mysticum esset propositum sacrificium, adducit ad altare & cooptat in numerum Sacerdotum] & c. 15. de Aceplima dicit: quod Episcopus illi manum imponens dixit. Accipe ergo donum Sacerdotij: (en verbum imperatiuum Accipe) mea quidè dextera ministrante, sacratissimi autem Spiritus gratia, suppeditate] & idè subdit: hic quidem flectens genua, proculdubio ante altare, vt meminit Dionys. de Eccl. Hierarch. c. 5. expectabat gratiam, ille verò manum imponens erat administrator Spiritus.] Theodoretum mentem, quod fiebat Ordinatio ista ante altare & sacram mensam, fassi sunt Centuriat. cen. 4. col. 435 his verbis: Recitat rursum Theodoretus & alios ritus &c. vt flexis geni-

Confessio Centuriat. rignus.

bus ad sacram mensam assistere, & in frequentibus populi concursu manus imponere, qui ritus inde ab Apostolis ipsis in omnium locorum Ecclesijs, (Græca & Latina) hæsit. Apparet ergo in ritu Græco manus impositionem cum victimæ sacrandae ostensione, designatione, concreditione (vt loquitur Cyrillus) coniungi. Hoc autem æquipollet impositioni manuum nostræ Latinæ Ecclesiæ in traditione eiusdem victimæ quæ cum instrumentis porrigitur, etiam si tactus physicus non interueniret secundum illam probabilem sententiam, cum satis sit illa moralis traditio, vt fit in contractibus humanis.

§. IV.

12. SECUNDVM PRONVNCIATVM: In via S. cum etiam contactus physicus materiæ requiratur in sententia S. Thomæ quæ securior & probabilior est, & in Pontificali fieri præcipiatur, adhuc in eodem tactu Latina cum Græca concordat.

In via S. Th. requiritur contactus Secundum pronunciatum. Prima probatio.

13. Probatur primò: quia cum conferantur presbyteri in Ecclesia Latina & Græca, vtrobique tactus physicus materiæ interuenit, Sed in Latina per porrectionem calicis (in qua manus impositione vel extensione essentialiter & primò Sacramenti ratio consistit) nõ tangitur manus ordinatis immediatè sed mediatè, quod tamen satis esset, in Ecclesia verò Græca manus immediatè super caput initiandi imponitur & tactus est immediatus, vtrobique igitur tactus est, & per meditationem & immediationem differunt, & penes formalem vel virtualem contactum: in Græca enim Ecclesia cū in manus impositione virtualiter instrumenta contingantur, quoq; tanguntur: explicitè verò & formaliter in Latina, dum ordinando porrigitur. Hoc autè nõ facit diuersitatem essentialem, cū enim porrigitur in Latina Ecclesia instrumenta, ea immediatè tanguntur, mediatè verò manus ipsa quæ porrigit instrumenta, &

potest

Elidit probatio

Secundum probatio officio

potestas spiritualis ex tactu mediato Episcopi deferentis instrumēta transfunditur: in Græta porro manus imposita ab Hierarcha immediatè & formaliter, mediatè verò & in sua causa) id est, virtualiter) instrumenta quæ in manu ceu organo organorum continebantur. Sicut autem saluatur dicta DD. (secundū hanc viam quæ est etiam S. Bouau.) dicentium in manus impositione consistere materiam, alludendo ad immediatam vel mediatam manuum impositionem, & ad manum tenentem instrumenta continentia victimam, vel eadē designantem, connotantem, eaque virtualiter continentem, ita secundum hanc viam (vt quidam conati sunt, de quibus supra) potest conciliari vtraq; Ecclesia, siue physice siue moraliter tradantur instrumenta, & siue in se vel in sua causa tangantur.

*Eligitur
probatio.*

14. Verum hæc probatio physicum tantum instrumentorum non obtinet, nam præsupponit rem tangibilem existentem & extra suas causas, at quod continetur in virtute causæ non est extra suas causas, ergo &c.

*Secunda
probatio
efficacior.*

15. Probatur ergo secundò efficacius: nam etiam initiandus si non tangat instrumenta, tangit tamen altare vbi sunt instrumenta cum hostijs, ergo &c. antecedens probatur: nam dum Sacerdos ex Dionysio flexis genibus astat ante altare, hoc ipso simul altare contingere dicitur, quod illi *credetur* ex Theodoro, quasi possessionē eius accipiens, vt in eo circa instrumenta sacrificaturus suam exercent potestatem hostias offerendo, quæ illic sunt præparatæ: satis autē est ad possessionem etiam physicam & realem, si ponendo pedem in fundo, etiam si manu non tangat territorium, nec omnes glebas pede percurrat, quis inuestituram recipiat. Quin quod expressè, vt dicitur in Euchologio Græco, dum manus Sacerdoti initiando imponitur, tactus

altaris interuenit, sic enim dicitur: *[Qui v- gendo al- tare tan- strumēta]* *Qui v- gendo al- tare tan- strumēta]* *ro ordinatur, fronte incumbens sacra ara virtuta- que genu flectit. Diacono verò elata voce dicente: gunt in- attendamus, statim Pontifex imposita manu vna cum pallio clara voce enunciat: Diuina gratia qua semper infirma curat, & qua defuncti supplee promouet N. venerabilē Diaconum in Presbyterū &c.* en formam promotionis cum manus impositione & tactu altaris per genia & frontem, tanquam cum materiali elemento coniunctam, nec refert si manibus altare fortè non contingitur, cum quoquo modo altaris inuestitura atque possessio qualicunq; tactu concedita sit. Sed si teneatur quod illa particula panis, quando traditur sub ea forma *accipe depositum*, consecrata non sit sed consecranda, facilius erit assignare etiam tactum manus, nam ibidem in Euchologio subditur, quod restituyente cādido panem in manus Pontificis recedit ad locum vbi prius erat, imponens manum supra primam mensam, si verò is sit consecratus, cum iam supponatur Sacerdos, difficile esset retrorahere illum contactum ad instans quando Sacerdos ab Hierarcha effectus est sub dicta formula verborum. *Diuina gratia &c.* quæ est forma apud Græcos huius Sacramenti. Nec insolens videri debet si tactus ille sit circa altare non circa instrumenta, nam cū affinia & connexa sint mensa sacra & instrumenta, bene consistit quod tactus ille qui est immediatus circa altare sit mediatu- tus circa instrumenta. Et sicut si daretur casus in Latina Ecclesia, quod poneret Episcopus instrumenta super altare portatile seu paruam aram, eamq; sic exhiberet initiando, reuera sacraretur quis Sacerdos dummodo aram tangeret, quia tactu mediatu- to tangeret instrumenta, non secus ac tangēs pedē calicis nec tangens patenā, patenā quoq; quæ superponitur calici tetigisse dicitur, imò & vinū, tangendo calicem, ita tangen-

rangente Græco magnam aram ubi instrumenta posita sunt, instrumenta quoque physice eum tangere intrepidè asserendū est. & sic saluatur S. Th. doctrina, cuius luminis attribuo si quid in hoc puncto assecutus sum meditando, cuius in doctrina legendo loc. ci. ex p. 2. saltem motiū mihi suppeditauit, & alij, ut dicant meliora.

16. Vnus solus scrupulus restat, nam in cap. Ordinationes d. 75. communiter DD. asserunt Missæ sacrificium non esse de essentia Ordinationis, & sine illa tradunt fieri posse cum minorum tum maiorum Ordinum traditionem. Etiam in Ecclesia Latina si quis Episcopus præbendo calicē cum vino &c. absque alio sacra mensæ apparatusu initiando tribueret, validè administraretur chirotonia, ergo etiam similiter in Ecclesia Græca conferretur si sacra mensa deesset. Hoc autem admissio ruit tota strues assignatæ mæ conciliationis.

Respondetur: esse alios DD. in contrarium, & S. Raymundus noster in summa C. de temporibus Ordinationum ad dubitare videtur. sustinendo autē non esse de essentia, exponendi sunt Doctores, non esse necessarium sacrificium in tradendo Sacerdotio, ut inchoetur & compleatur, nec enim necessaria est celebratio sacrificij. Sed nihil dicunt DD. de necessitate apparatus in Ordine ad sacrificium, ut instrumenta sint obiectum potestatis traditæ per manus impositionem. Hæc autem distincta sunt & diuersa, & contra allatam doctrinam non militant. Quare si post manus impositionem ante altare ubi hostia parata est Episcopus Græcus non celebret vel perficeret sacrificium, adhuc ille Græcus initiandus Sacerdos esset. Ad Confirmationem verò esse dico disparem rationem inter Græcam & Latinam Ecclesiam, in Latina enim iam exhibentur & præsentia sunt instrumenta dum traduntur initiā-

do. Quod si idem faceret Græca extra sacrificium, pariter conficeret ut Latina: verum cum non exhibeat instrumenta, tempore sacrificij quando materia præsens est, de necessitate est tunc fieri initiationem præsentibus instrumentis in sacra mensa, ut nec opus sit inchoari vel perfici sacrificium. & sic omnia consonant.

§. V.

17. TERTIUM PRONUNCIATVM. Sacramētum Ordinis à Christo fortè sic institui potuit, ut per vnā actionem nempe impositionem manuum cū prece mystica, & per alteram pura per extensionem manuum cum instrumentorum traditione conferri illud possit, & tunc quod efficiunt Græci in sola manus impositione informante eā sacramentali forma, efficiunt Latini per illam actionem extensionis manuum cum porrectione instrumenti.

18. Probatur hoc asserum ex S. Thom. doct. 3 p. q. 79. a. 2. in c. sic dicente: quando vna actio sufficit ad significationem, vnitas Sacramenti consistit in illa actione tantū. quando autem significatio Sacramenti potest esse & in vna & in multis, tunc Sacramētum potest perfici in vna & in multis. Sed significatio efficax Sacramēti Ordinis videtur posse exprimi per vnā actionē, ut fit in Ecclesia Græca, similiter & per alteram vel alias, cum extendēte manus Hierarcha instrumenta pariter traduntur, ergo potest perfici Sacramētum vel in altera, seu in vtraque iunctim. Maior probatur à S. Doct. exemplo Baptismatis, quod potest perfici vna actione puta immersione, & tribus, quia ablutio quæ sequitur in Baptismo potest esse per vnā immersionem & per multas. Minor probatur, quia ad impositionem manus cum sua forma apud Græcos exprimitur traditio potestatis, quæ etiam potest significari per illā exhibitionē instrumentorum ergo &c. Et quemadmodum

quan-

Obiectio.

Confirmatio.

Resp. ad obiectiōē & confirmationem allatam.

Potuit Sacramētum Ordinis sic institui vs per vnā vel plures actiones conferretur.

Doctrina præcedens pronuntiata gignit vtriusque Ecclesie ritum & iurisdictionem.

Probatio huius pronuntiationis.

quando traditur Baptismus, si in prima immersione intendatur perfici Sacramentum. cæteræ immersiones se habent materialiter & per accidens, ita similiter manus impositione cum sua formula apud Græcos in illa actione perficietur Sacramentum, collata verè potestate sacerdotali, & exhibitio instrumentorum se habet materialiter & per accidens, ita cum apud Latinos in exhibitione instrumentorum tradi intendatur potestas ab Episcopo, ut verè traditur, in ea actione Sacramentum verè quoque perficietur, & præcedens manus impositio materialiter se habet atque per accidens, & sic nulla est differentia amplius inter Græcos & Latinos in essentialibus Sacramenti.

19. Quod verò utrumque symbolum, vnum & alterum vna actio, vel plures actiones determinatè à Christo assumptæ dici queant, ex diuersarum Ecclesiarum diuerso ritu videtur colligi, & deduci aequaliter potest ex eius factò, & Apostolica traditione; ex factò, dum Saluator sub symbolis sacris Apostolos ordinauit, & ex Apostolica traditione de mandato Christi, & manuum impositionem præscribente, nec enim id sibi vendicare poterant, ut remouerèt Apostoli visibilia ligna ad causandam gratiam, quæ chirotonia initiatos perfundebat. In hoc autem dissimilitudo est inter vnam, vel plures immersiones ex S. Th. 3. p. q. 56. quod de necessitate Sacramenti requiritur ablutio aquæ; modus autem vnica, vel trinæ immersionis ordinationi Ecclesiæ relictus est; at in Ordine vterque modus (ut saluemus immediatam Christi institutionem) à Domino designatus est determinatè, ut vno symbolo vel altero, vna actione aut pluribus actionibus Ordinis Sacramentum perficeretur, ut dictum est.

Doctrina præcedens pronuntiari colligitur ex vtriusque Ecclesiæ ritu à posteriori.

§. VI.

Responsio ad argumentum à Spalatensi adductum cap. 2.

1. **E**X dictis satis superque Spalatensis argumento proposito initio capitis 3. responsum est multiplicibus expositis dicendi modis, selectisque probabilioribus, & Conciliorum, & Ecclesiæ decretis conuincioribus, pluribus enim dicendi modis hæreticis occurrendum admonuit August. ut plures exitus habeat Catholicus ad eorum tricas dissoluendas, quatenus suarum oppositionum experiantur fragilitatem, quando tot modis euacuari possunt. Certum est autem omnes Orthodoxos in hoc conuenire, & conuenisse, Sacramentum Ordinis sensibilibus rebus ac verbis perfici, in eo autem discrepare, quod varijs difficultatibus moti in re nondum satis ad liquidum explorata, diuersimodè probabiliter opinati sunt, hanc vel illam sententiam proponendo, vel sequendo. Si ex diuersitate opinionum circa obsecratoria, salua fidei compage circa Sacramentū Ordinis eius quidditatè infringendi ansam arripuit aduersarius, iam viam parauit cæteris Sacramentis, quæ ipse admittit, bellum inferendi, nam & circa Baptismum quæstiones emergunt tum de institutione an sit facta post passionem, an antea: an aqua quæcunque mineralis, & lixiuum sint apta Baptismati, & de forma non leues quæstiones excitatæ inter Scholasticos, num in solo Christi nomine in Ecclesia primitiua sit baptizatum, an etiam in nomine Trinitatis, nec ista dissensio à certitudine dogmatis alienat. De Eucharistiæ materia mira dissensio, an panis triticeus comprehendat nedum speciem tritici, sed etiam speltam & frumentum, an significet speciem atomam, an verò subalternam plures species contineatam, &

Responsio ad cassillos Spalatensis propositos diff. 2. c. 3. impugnata in Ordine.

Dissensio Scholasticorum in multis quæstionibus circa Sacramentum, à gmentata certitudine infirmat.

circa formam sanguinis, an tantum hæc
 verba, *hic est sanguis meus*, sint de essentia,
 an etiam cætera quæ sequuntur, & tamen
 firmissima fide consistuntur DD. has quæ-
 stiones mouentes, Eucharistiam habere
 materiam & formam. Coacti sunt quæ-
 stiones similes formare non illaudabili il-
 la curiositate (vt obijciunt Nouantes) sed
 hæreticorum præcipuè virgente importu-
 nitate, diuina prouidentia disponente quæ
 (ait Aug. libro de Genes. contra Manich.)
 quæ multos diuersi erroris esse permittit, vt cum
 insultant nobis & interrogant ea quæ nescimus,
 vel excutiamus pigritiam, & diuinas scripturas
 (& dogmatum defensionem) nosse cupia-
 mus. Sic etiam Doctorum eminentia, cum fideles
 quæstionibus pulsantur magis elucescit, dicente
 Apostolo, oportet hæreses esse, vt probati manifesti
 fiant inter eos. Hi enim Deo probati sunt, subdit
 August. qui bene possunt docere, sed manifesti
 hominibus esse non possunt, nisi cum docent. Doce-
 re autem nolunt nisi eos qui doceri querunt. Sed
 multi pigri sunt, nisi per molestias, & insultatio-
 nes hæreticorum quasi de somno excitentur, & de
 imperitia sua erubescant sibi, & de illa impericia
 periclitari se sentiant. Qui homines si bona sunt
 fidei non credunt hæreticis, sed quid eis respon-
 deant diligenter inquirunt. Nec eos deserit Deus,
 vt querentes inueniant, & pulsantibus aperiatur.
 Qui autem desperant (vt fecit M. Antonius,
 pulsatus Caluini & aliorum hæreticorum
 quæstionibus) se posse in Catholica disciplina
 inuenire quod querunt, atteruntur erroribus (vt
 eidem contigit confugiendi ad castra re-
 bellium, vbi contra Hierarchiam Ecclesiæ
 linguam & manum acueret) & si perseue-
 rant inquirunt, ad ipsos fontes à quibus aberrau-
 erant post magnos labores fatigati atque sitien-
 tes, & penè mortui reuertuntur, vt in eodem
 transfuga id factum esse vidimus, quando
 hæresi eierata benignè ab Ecclesia rece-
 ptus (licet demum velut canis ad vomitu-
 tum reuersus hæreses abiuratas reglutiue-

rit) mortuus expertus est pœnas relapsis
 debitas ex decreto S. D. N. Urbani VIII.
 vigilantissimi Pastoris, & depositi Apo-
 stolici fidei custodis, quas viuens per-
 tinax subijisset.

2. Sed adhuc de cineribus clamantem
 & mustantem audio Spalatensem. quid
 tandem è schola certi colligitur & deter-
 minati in materia Sacramenti Ordinis in
 tanta opinionum vastissima segete? satis
 determinatas veritates collegerunt Do-
 ctiores, qui velut Apostoli spicas legerunt,
 hoc est dogmatum ecclesiasticorum veri-
 tatem prædicant & docent, quibus non
 repugnat tandiù versare manibus contri-
 talque purgare, donec ad escam (intelli-
 gentiæ) perueniant.

3. Similem obiectionem expressè Ma-
 nichæus in Augustinum (docentem salua
 fide in litera S. Scripturæ multos sensus &
 intelligentias inuestigari posse & tradi) sa-
 tis insulsè iactabat [Dicit aliquis, ait Au-
 gust. 1. de Genes. ad lit. cap. 2. quid tu tanta
 tritura dissertationis huius, quid granorum extra-
 listi, quid euentilasti? Cur propemodum in qua-
 stionibus latent omnia? affirmat aliquid eorum
 quæ multa posse intelligi disputasti? Cui respon-
 deo, ad eum ipsum cibum suauiter peruenisse, quod
 didici habere hominem in respondendo secundum
 fidem, (allegando PP. & Conciliorum do-
 ctrinam) quod respondendum est hominibus qui
 calumniari libris (& dogmatibus) nostra sa-
 lutis affectant, vt quicquid ipsi (Gentiles, Hæ-
 retici) de natura rerum (vel aliunde) veraci-
 bus documentis demonstrare poterunt, ostenda-
 mus nostris litteris, (dogmatibus) non esse con-
 trarium. Quicquid autem de quibuslibet suis vo-
 luminiibus huius nostris litteris, id est, Catholica fi-
 dei contrarium protulerint, aut aliqua etiam fa-
 cultate ostendamus, aut nulla dubitatione creda-
 mus esse falsissimum, atque ita teneamus media-
 torem nostrum in quo sunt omnes thesauri sapi-
 entie & scientia Dei, [eiusque sponsam Ec-
 clesiam,

Obiectio.

Solutio.

Cuius fide-
 les ab hæ-
 reticis qd.
 pulsantur,
 tunc ma-
 gis fides
 elucescit.

S. Anto-
 nius post
 abiuratio-
 nem iterum
 relapsus,
 mortuus
 expertus
 vltimes
 flammas.

Ad al-
 argum-
 Spalat.

Non ope-
 returbari
 obiectioni-
 bus Hæ-
 reticorum.

clesiam, quæ est columna & firmamentum veritatis] ut neque falsa Philosophia loquacitate seducamur, neque falsa religionis superstitione terreamur. Et cum diuinos libros legimus in tanta multitudinè verorum intellectuum, sicut & in alijs religionis mysterijs, qui de paucis verbis eruuntur, & sanitate Catholica fidei muniuntur, id potissimum diligamus, quod certum apparuerit eum sensisse quem legimus, sicut etiam fit in cæterorum dogmatum intelligentia, si autem hoc lateat, id certè quod circumstantia scriptura, vel dogmatis, non impedit, & cum sana fide concordat: si autem & scriptura circumstantia, vel cuiuslibet dogmatis, pertractari ac discuti non potest, saltem id solum quod fides sana præscribit. Aliud enim est quod potissimum scriptor sentit non dignoscere, aliud autem à regula pietatis errare. Si vtrumque videtur, perfectè se habet fructus legentis: si verò vtrumque testari non potest, etiam si voluntas scriptoris incerta sit, sana fidei congruam non inutile est tenuisse sententiam] quod in hac materia certò certius me tenuisse confido, & si veram intelligentiam me assecutum esse non iam ætem, quærant alij vnde ipsi (& ego cum ipsis) proficiant, & hic esto fructus, quòd quomodo potui, hostibus Ecclesiæ occurri, sublimioribus ingenijs meliora referuans.

4. Ad illud quod iterum objicit Spalat. si aliquid certum fuisset præscriptum à Christo, non occultatum esset: alludens quòd in scripturis fuisset manifestatum. Meminisse debebat M. Ant. si tamen vidit eum studebat, hoc idem argumentum proposuisse in terminis S. Doct. 3. par. q. 64. ar. 2. videlicet, *Ea que sunt diuinitus instituta traduntur nobis in Sac. Script. sed quedam aguntur in Sacramentis, de quibus nulla est mentio in Sac. Script. puta de oleo quo homines confirmantur, & de oleo quo Sacerdotes unguuntur, & de multis alijs verbis & factis quibus viuunt in Sacram. ergò. & Resp. Ad primum dicendum, quod illa que aguntur in Sacram. per homine:*

instituta, non sunt de necessitate Sacram. sed ad quandam solemnitatem pertinent &c. ea verò que sunt de necessitate Sacramenti ab ipso Christo instituta sunt &c. & licet non omnia sint tradita in scripturis, habet tamen ea Ecclesia ex familiaris traditione Apostolorum &c.] traditio autem non meliori via quam Ecclesiæ magisterio nobis innotescit.

Qua sit eiusdem Ordinis sacerdotalis forma, & que circa eandem vtriusque Ecclesiæ Græcæ & Latine conciliatio.

CAPVT VLT.

1. **H**Vcusque de Sacerdotij materia pro dogmatibus Ecclesiæ tuendis aduersus Spalatensem decertatum, nunc aduersus eiusdem errores quibus formam eiusdem Sacramenti prophanat & deformat, non nihil disputandum restat.

2. Concors vtrique Catholicorum sententia est, eaque in Concilio Florentino ac Tridentino decreta, hanc esse formulam: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium &c.* quam formam nec negare possunt, qui dicunt formam etiam consistere in illis verbis: *Accipe Spiritum sanctum*, nam dicunt Ordinem sacerdotalem integri ex duabus materijs & formis essentialibus licet partialibus. Illi verò difficulter saluare possunt formam præscriptam à Florentino Concilio, qui dicunt (vt scripserunt Arcudius & Becanus) porrectionem instrumentorum esse accidentalem, nam sequitur accidentali materiæ non nisi accidentalem formam posse conuenire, eo autem composito accidentali statuto non est intelligibile, quomodo potestas supernaturalis à materia & forma accidentali, hoc est non à Christo sed ab Ecclesia institutis symbolis produci & causari possit. Cauendum certè ne Hæreticis in nostra Sacramenta debacchandi ansa præberetur, quòd sunt humana inuenta & figmenta,

Quædam sit forma Ordinis sacerdotalis.

Arcudius & Becanus specialiter referuntur.

Ad aliud argum. Spalat.

cum non differantur ad veri nominis Sacramentum non nisi Christi mandato materiam & formam seu externa Symbola assumpta esse. Restringeretur autem Sacramentum Ordinis ad solam illam partialem (quam sic nuncupant) materiam & formam, solaque potestate absoluendi sacrificis informaretur ex eorum positione, & potestas conficiendi ex materia & forma accidentali non produceretur, ut trucus remaneret Sacerdos principali potestate destitutus, quæ si fingatur produci, est integrare monstruosè Sacramentum ex materijs & formis accidentalibus ex vna parte, & formis & materijs essentialibus ex altera, & sic ex sententia eadem Arcudij & Becani addiscere possemus formate hircoceruos. Firmum ergò est, formam in Ecclesia Latina esse: *Accipe potestatem offerendi.* esseque formam essentialem nequaquam accidentalem.

3. Quod verò in contrarium quoque arguit Spalatensis, & Catholicam Ecclesiam de iniusto silentio accusat, quod Canonistarum dictum non reprehendat, tenentium Pontificem solo verbo posse facere Sacerdotes si dixerit: *sis Sacerdos.* Mera impostura est & calumnia, fallaciterque fit indefinita locutio, ut eadem æquipolleret vniuersali, nam in margine duos solos citat, n. 19. Giam q. 8. de Pœnit. num. 3 & Rebuff de benef. init. dicentes solo verbo posse facere Sacerdotem & Episcopum, aliquorum ergo non omnium iuris Pontificij interpretum fuit ista sententia. Sciebat M. Antonius in materia iuris diuini, ad quam pertinent articuli fidei & Sacramenta, magis Theologis quam Canonistis deferendum. Sed nec hi adeo hebetes fuerunt, ut dicerent posse mutari verba substantialia formæ, substantialia autem formæ sunt certa verba sono, ordine, numeroque syllabarum constantia, certam

significationem exprimentia, quæ cum æquipollentia verba habere possint eundem sensum exprimentia, non est absurdè dictum, Summum Hierarchiam posse mutare formam in sola alia verba quæ essentialiam significationis retineant, v.g. si loco absolutionis sacramentalis: *Ego absoluo te,* præscriberet ut diceretur: *Remitto tibi peccata tua.* (vt tradit S. Tho. 3. p. q. 83. a. 3. ad 3.) Vel voluerit insinuare, solum actum formæ (nec enim de tota Ordinatione loquuntur) commutari posse non in aliam formam essentialem, sed secundum modum aliquem accidentalem, nimirum ut prætermissa tot orationum serie, quæ ad benedictionem & præparationem ordinantur, solum verbum formæ in qua traditur potestas vnà cum necessaria materia proferretur. Vndè nunquam ut mentitur impostor, dixerunt solo verbo citra materiã posse fieri Sacerdotem; nec illa verba protulerunt, sufficere si dicatur: *Esto Sacerdos vel*

Ponderantur & exponuntur Innocentij verba.

Episcopus. Et etiam si ab ijs dicta essent congruam haberent expositionem, nam Innocentius IV. c. Presbyter. de Sacramentis non iterandis id sensit dicendo, quod si formæ iam non essent instituta & præscripta in ritualibus [*Sufficeret ordinatus dicere, sis Sacerdos. vel aliqua æquipollentia verba*] si enim peream formulam: *esto Sacerdos* significetur potestas Sacerdotalis quæ tunc traditur, ut sensus sit, do tibi potestatem sacerdotalem, quæ continet potestatem sacrificandi & remittendi peccata, id sonaret quod nunc: *Accipe potestatem offerendi sacrificium.* & nulla esset difficultas, quando constaret ex doctrina vel praxi Ecclesiæ, quod ea verba sint æquipollentia & propterea ab Ecclesiæ ritu non est recedendum, & in similibus potius Romana Ecclesia consulenda, quam proprio nitendum iudicio, ut mox diceretur.

Expositione Petri mian le à S lat. a

Forma dicitur cardo in Ecclesia Græca

Comitur que na est ca.

Solutio argum. Spalat. sup. pelatum c. 2. contra formam Sacram. Ord.

Exponitur DD. dicentes Papam solo verbo posse creare Sacerdotem.

Exponitur
authoritas
Petri Da-
miani ma-
le à Spa-
las. allata

ordinantis solo verbo, vt dicit Petrus Da-
mianus, Responderetur per Synecdochen
Damianum fuisse locutum, nec aliud in-
tendit, nisi S. Petrum præmisso sacrarum
cæremoniarum apparatu Apollinatem E-
piscopum renunciaſſe, nec solo verbo sed
impositione manuum, vel illa materia qua
denotatur potestas ministerij vſum esse
neceſſario fatendum.

Forma Or-
dinis sa-
cerdotalis
in Eccl.
Græca.

4. In Ecclesia Græca, vt apparet ex Eu-
chologijs, forma hæc est: *Diuina gratia qua
semper infirma curat, & qua desunt supplet. pro-
mouet N. venerabilem Diaconum in Presbyterum.*
& æquiualens est formula quam tra-
dit Dionysius cap. 5. de Ecclesiastica Hie-
rarchia, *Quod manus consecrantur largitur ha-
bitum & facultatem obeundis sacras functiones.*
& iterum, *diuina, ait, vocatione & sacra cere-
monia, hoc est consecratione fieri Sacerdo-
tem, facultas autem aptè eo verbo expri-
mitur quo promotio denotatur ad sacer-
dotalis officium, quare siue explicetur per
Accipe potestatem; seu Diuina gratia promoueat
N. ad sacerdotalem dignitatem, siue, accipe, vel
accipiat N. facultatem ad obeundas Sacerdotij
functiones: æquipollentes sunt.*

Concorda-
tur vtra-
que Lati-
na & Græ-
ca.

5. Nec ista formula Græcorum: *Diuina
gratia promoueat; deprecatoria est, sed impera-
taria, æquipollens Latine quæ etiam per
imperatiuum traditur, Quare sicut idem
est dicere, promouearis ad gradum Doctoratus,
vel, accipe gradum Doctoratus; ita in propo-
sito idem est dicere, Diuina gratia promouet,
scilicet hoc meo ministerio ad Sacerdo-
tium, vel promouearis in Sacerdotem, vel super
hunc qui promouetur descendat gratia Spiritus
sancti, & accipe potestatem offerendi &c. & op-
timè vtroque in Græca & Latina Eccle-
sia promotio sacerdotalis explicatur. Non
vtuntur autem Græci formula indicatiua,
ad denotandam principalitatem in Deo
caulante spirituales effectus in Sacramen-
tis, & ad cauendum errorem eorum qui*

talium effectuum ministros faciebant au-
thores, vnde nec iidem ministri exprimunt
personam, quam subintellectam faciunt,
actum exercitum explicantes, v.g. cum et-
iam dicunt *Baptizetur seruus Christi* 3. par.
quæst. 66. artic. 6. ergo cum dicunt Græci,
promouearis à diuina gratia, vel promouearis,
principalitatem in Deo denotant, & in a-
ctu exercito ministerium promouentis
indigitant, & à formula latina non discre-
pant.

6. Coronidis loco ex dictis in discipli-
nata ingenia admonemus, vt in doctrina
& praxi Sacramentorum à doctrina &
praxi Ecclesiæ nullo modo propter friuo-
las ratiunculas quæ se offerunt phantasie
eorum recedant: sic faciendum Damianus
elegantè descripsit lib. 5. epist. 18. [Nos no-
uum morem Ecclesiæ non inducimus, sed qua sunt
à Sanctis Patribus instituta seruamus. & quo-
niam ab Apostolis fidem, quantum attinet ad
dogmata, ab Apostolicis viris conuersandi mo-
dum, quantum attinet ad mores & cultum
& disciplinam, conuersandi in Ecclesia percepimus
Ordinem, ita propemodum non mutamus
disciplina modum à maioribus traditum sicut il-
libatum tenemus ipsum quoque fidei fundamen-
tum. Ad Timotheum dicit Apostolus 1. cap. 3. vt
scias quomodo oporteat in domo Dei conuersari
quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamen-
tum veritatis. Non enim licet vltimis membris
quæ sibi potissimum videntur eligere, sed necesse est
antiquitus ordinata maxime prout Rom. tenet
Eccles. conseruare. Hæresis enim electio dicitur, &
illi merito notantur Heretici, qui præsumunt
quod sibi melius videtur eligere, dedignantur au-
tem in his quæ à SS. sunt instituta DD. perma-
nere. ergo multò magis si fiat electio
contra dogmata, vt fecit Spa-
latensis Antonius.

A praxi
Ecclesia
non recen-
dendum.

* *

P

DISPV.



DISPUTATIO TERTIA

De effectibus sacrosancti Sacramenti

ORDINIS,

Gratia & Characterem.



Xpeditis duobus è tribus necessariò ad Sacram. Ord. constitutionem requisitis, diuino scilicet mandato seu institutione, & symbolis externis materia & forma, nunc de effectibus eiusdem operosius atque distinctius differendum est, cum errores erroribus superaddens, tanquam vacua & infirma & egena elementa, Sacramenta Ecclesie omni efficacitate spoliarit Iudaizans Antonius, gratiam & characterem in Ordinis Sacramento nõ agnoscendo, in diuini sigilli impressionem tanta rabie inuestus, vt nõ secus ac Panthera hominis vestigia, ita ipse characterem studuerit, sed inaniter, obliterare. Duas ergò dubitationes primam de gratia, secundam de vario effectum nempè characterem ab eodem Marco Antonio exagitatas dissoluemus.

DUBITATIO PRIMA.

De primo effectum Sacramentali Ordinis
nempè gratia.

Argutiole Spalatensis adducuntur.

CAPVT I.

*1. Arg.
Spal. con-
tra gratui-
zum esse.
Eum.*

ARguitergò, quod non conferatur gratia sacramentalis n. 20. in hunc modum: [Ordinationem porrò sacram modo Sacramenti non peragi, inde præcerea satù confirmatur, quod Deus peculiarem sibi reseruauit concursum ad legitimum ministrum Ecclesiasticum constituendum, sine quo minister legitimus minister non sit, quem tamen ipse specialem concursum noluit illi sacramento obligare, sicut in veris Sacramentis obligauit] nulla ergo cau-

salitas gratiæ reperitur in collatione Ordinis. Antecedens conatur probare ex Apostolo dicente Heb. 7. *Nemo sibi assumit honorem sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron,* vt quemadmodum olim apud Hebræos diuino tantum suffragio fiebant Sacerdotes, ita nunc in Ecclesia per solam diuinam liberam electionem homines assumantur ad Sacerdotium, & iterum ex Apostolo habetur, quod *Christus non seipsum clarificauit, vt Pontifex fieret, neque ait ex carnali propagatione ex Aaronis semine, vt in lege, Sacerdotes Sacerdotium consecutus est Christus, sed ab eo solo Sacerdotium habuit qui dixit ei, Tu es Sacerdos in æternum.* Non aliter & de ipsis ministris idem verum est vt nemo sibi assumat honorem, neque:

*3. Ar.
ex P.
prim.
Dion.*

Ex C.

neque ab hominibus nisi ministerialiter illum habeat sed à Deo] nulla spectabilis alia designatio vel consecratio sacramentalis expectanda est quæ fit per Sacramentum.

1. *Argum.* 2. Præterea Paulus ubi commemorat Presbyterum Timothei gratiam presbyteralem eum esse consecutum ait, non per impositionem manuum, sed per prophetiam cum impositione manuum. Prophetiam verò quavis Chrysostr. & Ambrosius in hunc locum intelligant ipsam doctrinam Timothei, qua habilis erat Episcopatu sustinere, *Mihi tamen*, ait Spalat. *probabile videtur per prophetiam intelligi diuinam reuelationē, qua Paulum mouerit ut ipsum elegerit in Episcopum cum adiecta manuum impositione, siue ut vult Chrysostr. per Spiritum S. à quo ordinatum fuisse Timotheum ipse explicat. Diuina ergo reuelatio, & diuinus Spiritus in illa sacerdotali consecratione concurrunt, non visibilis cæremonia effectum sacramentalem producendo &c. ex Spiritu ergo nuncupatione & solo Deo Timotheo gratia collata est.*

3. *Argum. ex PP. & primo ex Dionysio.* 3. Præterea n. 21. arguit ex Dionysio dicente de Eccles. Hierarch. cap. 5. [*Sanctam verò consecrationem, & eorum qui consecrantur predicationem Pontifex recitat. Quod quidem mysterium declarat Pontificem, cui Deus carus sit, interpretem esse diuinæ creationis siue electionis, qui non suo munere eos qui consecrantur ad Ecclesiastici Ordinis honorem virtutemque offert, sed diuini numinis instinctu agitur in omnibus consecrationibus que Pontificem attingunt. sic Moyses sacrorum mysteriorum interpret ac præfectus ne Aaronem quidem ad Pontificiam dignitatem extulit, quem alioquin Deo charum esse ac dignum Sacerdotio extimaret, quàm ad id agitante Deo consecrationis Principe, consecrationis ritum ut Pontifex executus est.*]

Ex Cypr. 4. Cyprianus quoque ut dicit idē Spalat. nu. 22. ait, *Multos non à Deo vocatos honoribus Ecclesiasticis potiri.*

Flori tandem testimonio suum discursum claudit, cuius verba sunt: [*Vnde graui- Ex Floro* ter Princeps delinquit si, ut hoc suo beneficio largiri posset, existimat quod sola diuina gratia dispensat, cum ministeriū suæ potestatis in huiusmodi negotio peragendo, adiungere debeat, nō præferre. & post multa idem Florus. *Qua omnia non ideo dicimus, quasi potestati Principum in aliquo minuendam putemus, vel contra religiosum morem Regni aliquid sentiendum persuadeamus, sed ut clarissime demonstretur in re huiusmodi diuinā gratiam sufficere, humanam verò potentiam, nisi illi consonet non valere.*] sola ergo gratia & potestas diuina operatur in promouendis, vnde secundum istum processum omnis causalitas gratiæ à sensibilibus Sacramentis remouetur. Hæc Spalat.

Exponitur catholica sententia, & argutioli Spalatensis respondetur.

C A P V T II.

1. **M**irum si cui in ius vocandus non esse M. Antonius, vel in recudenda faba ob nouitatē hæresum nigro videatur notandus lapillo, qui antiquas hæreses & iam Orco sepultas suscitauit. Nouum Proteum videre mihi videor non solum quia è Poeta in Theologum cōuersus, è Theologo in Philosophum Cynicum, sed etiam quia ex Dalmata in Gallum Geneuensem transiit; dum Sacramenta gratia expoliavit, ut folius Dei partes sint (quod dixerat suus Calvinus) vocare, sacrare, omni ministerio excluso quod fit per sensibilia Sacramenta, & hoc est totius pseudo Sacerdotij in Lutherana & Calvinistica secta mysterium (è prædecessoribus Hæreticis VViclepho & similibus) per abstrusas fibras in postera sobole nascens.

2. Verum aduersus hanc insaniam abundè dictum est, cum ostenderetur Ordinis Sacramentum habere infallibilem gratiæ

Vide superius adducta Diss. 1. Cap. 3.

promissionem, quam nō ponentibus obicem tribuat, multaque scripturarum ponderata testimonia, tota antiquitate eidem orthodoxo dogmati suffragante, ad stipulantibus firmissimis rationibus Theologicis, ipsorumque; aduersariorum testimonio, vt superuacuo ūmodò sit & chartas onerare, eademque rursus hic ingerere quæ supra recensita sunt, superest solū sophismata Apostata, quæ ei grandia visa sunt, nec aliud sunt nisi frigida terriculamenta puerorum, velut glaciē perumpere mole Patrum, & riuiolos è Lemano Lacu deductos vno sole, Angelico Doct. exficcare.

Solutiones ad argumenta Spalat. allata

Cap. I.

Ad 1. Argum. latū supra c. 1. huius 3. Disput.

I. **A**D primum ergo argumentum: magna latet in eo æquiuocatio, dum enim assumitur Deum peculiarem concursum sibi vendicare ad sacrandum ministrum legitimum, quem noluit vlli (fortassè illi, ex errore Typograph. aliàs est cum sequentibus verbis implacabilis contradictio) Sacramento obligare sicut in veris, ait, Sacramentis obligauit: distinguendum est assumptum: si intelligatur noluisse obligare quasi se adstringendo & alligando, vt nō possit effectum Sacramenti tribuere sine Sacramento, conceditur propositio: si intelligatur noluisse ex inito pacto in institutione Sacramenti, alligari ad producendum effectum non ponentibus obicem negatur; ad fidelitatem enim Dei pertinet promissionem gratiæ conferendæ, si impedimentum non apponatur à suscipiente, ad talium Symbolorum adhibitionem implere. Nec Deus concurret cum alijs Sacramentis quasi ab aliquo mortalium adstrictus & ligatus sit, sed ex liberalitate sua, nulli nisi fidelitati & promissioni suæ debitor; sic eleuauit elementa sacramentalia, vt spe-

Quomodo dicitur concurrere cū Sacramētis.

ciali influxu gratuito concurreret ad sanctificandos homines ritè dispositos, communem quendam influxum impertisse contentus indigno suscipienti irreuerabilia Sacramenta, vt Baptisma, Confirmationem, & Ordinem, rata quidem habeat, & indignè initiatos excretur. Adhuc illud verbulum. *Specialem concursum noluit vlli Sacramento obligare*; si per Dei concursum specialem intelligat diuinum concursum quem reseruauit Deus sibi soli, omni humano ministerio excluso (id enim totus eius discursus parturit, vocando hunc concursum vocationem & electionem Dei) negatur propositio, nam præter Dei electionem & vocationem requiritur missio visibilis cum visibili chirotonia per Hierarchas administrata: si per Dei concursum specialem diuinam operationem intelligat, quæ à solo Deo & non ab homine proficiscitur, generalis etiam vocatio & electio diuina, ad quam non concurret homo, omnem hominis operationem anteuerentem, conceditur propositio, sed non est ad propositum: concursus enim Dei operatio diuina intelligitur cum hominis actione concurrens, ac nullus diuinum illum concursum restrinxit ad Dei vocationem illam quæ à solo Deo proficiscitur. Sic debebat colligere ex suis præmissis M. Antonius & pro veritate conclusisset. Verum Sacramentum vt fateretur est, cui Deus suum peculiarem cōcursum alligauit, Deus in Sacramento Ordinis talem cōcursum alligauit, verum ergo est Sacram. & per consequens per illud gratia confertur.

2. Ad locum Apostoli Hebr. 7. nullo modo Spalat. fauet; dum enim dicit: *Nul- lus sibi assumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*, nullo pacto excludit ministerium hominis, nec enim à solo Deo peracta esteius ordinatio, siquidem quamuis à Deo;

*Alia
eius P
axpo*

*Dispu
tia in
Chri
Sacer
et n*

à Deo electus & vocatus fuerit, vt probat Exod. 29. à Moyse tamen debuit Vactionis oleo & alijs ibidem actibus præscriptis consecrari. Simile testimonium ponderat Cypr. ex Numerorum cap. 20. ep. 68. clâcularias Ordinationes detestâs. vnde malè infert Spalat. diuino tantum suffragio Sacerdotes factos in tempore legis veteris citra vllam hominum operam, apertissimè dictis scripturis contradicens. Iam verò quam sit altera consequentia insulsa discutiamus, vt Christus Dominus non se ipsum magnificauit (vt Pontifex fieret) nee ex carnali propagatione vt veteres Sacerdotes Sacerdotium adeptus est, sed ab eo solum Sacerdotium habuit qui dixit ei: *Tu es Sacerdos in æternum &c.* ergo non aliter & de ipsis Dei ministris verum est, vt nemo sibi assumat honorem, neque ab hominibus nisi illam ministerialiter habeat, sed à Deo: nam quis vnquâ somniauit aliter quàm ministerialiter ab hominibus suscipi Sacerdotium, & primas Deo reseruari? nullis Orthodoxis alium quam Deum agnoscit principalem authorem effectuum Sacramentorum, cæteros verò non esse nisi ad ministros scitur. Sed eo tendebat fallax consequentia, quod sicut Christus, non nisi à Deo clarificatus, & non ob propagationem Aaronicæ stirpis Sacerdotium obtinuit, sed à solo Deo, ita & eius ministri, quod erat primum inceptæ probationis intentum, sed vt factum faceret Lectori, particulam (ministerialiter) de qua nulla apud Orthodoxos controuersia extat, cõsequentia affluit impostor. longè itaq; alia ratio est de Christi Sacerdotio & nostro, nam Christus Dominus oleo lætitiæ inuisibili consecratus secundum ordinem Melchisedech seipsum obrulit ingrediens mundum, vt scripsit Apostolus. teste S. Th. 3. p. q. 22. art. 1. ad 2. Noliut Christus nasci de stirpe figuratum Sacerdotum, vt ostenderetur non esse

omnino idem Sacerdotium, sed differre, sicut figuratum à figurali. cæteros autem Sacerdotes visibili quoque signo designari & sacrari opus fuit, vt omnino entusiasmi, & præsumptionis, intrusionis radix præcederet, vnde etiam si extraordinario signo diuinis reuelationibus præcedentibus, datis è cælo signis & prodigijs, vt tẽpore primitiuo in Matthia factum est & Paulo, Barnaba, Timotheo posterioribusq; temporibus in Fabiano, Ambrosio, Nicolao, atq; subinde cæteræ ceremoniæ Ecclesiæ, & monita illa peculiari fauore indulta, de expectâdo Spiritus S. prophetia vel oraculo dispensatoria fuerunt, nõ communi lege sancita, & satis nunc vocatio & electio diuina innotescit, cū Præsulū assensu, examine, ritibus, absq; portentorum expectatione sacratur.

3. Ad locum Apostoli 1. Tim. 4. distinguere debebat Spalatensis causam mouentem & impellentem ab instrumentaria, diuinum oraculū vel prophetia fuit causa motiua excitans vel impellens vt Timotheus Episcopus initiaretur, at instrumentaria fuit manus impositio quæ gratiam causauit, nam princeps causa Deus est, instrumentalis homo. Homo manum imponit sed Deus largitur gratiam, ait Ambrosius ad cit. loc. Tim. intellige quod Deus principaliter largitur gratiam, per modum principalis agentis, quia solus illabitur anima, homo quoque (ex S. Th. 3. p. q. 64. art. 1. in cap.) in quantum operatur per modum ministri, & sortitur effectum interiore in virtute principalis agentis. quam distinctionem in scholis acceptam si retinere voluisset, nõ tam turpiter hallucinatus esset. sed si veteris scholæ eum pudet, intelligat in noua schola suum Calvinum contra se ferre testimonium in comm. cap. 4. 1. ad Timot. [Data est, inquit, illi gratia per prophetiam. Quomodo? quia scilicet Spiritus S. oraculo destinauerat Timotheum, vt in ordine Pastorum cooptaretur; neque enim

Alius locus Pauli exponitur.

Alius locus Apostoli declaratur.

Differencia inter Christi Sacerdotium & nostrum.

Testimonium Calvinum contra M. Ans. expeditur.

delectus tantum fuerat hominum iudicio (vt fieri solet) sed orasset Spiritus nuncupatio. Vide causam n. riuam in oraculo Calu. posuisse] veniens autem ad causam instrumentariam subdit Caluin. [Dicit Apostolus collatam esse gratiam cum impositione manuum, quo significat, vna cum ministerio necessario, etiam doctibus ornatum fuisse] vide causam instrumentariam concurrentem ad dona & dotes Spiritus, quæ ad ministerium necessaria erant à causa principe Deo medio instrumento impositionis manuum promanasse. tantum ergo abest vt hoc loco, suo etiam præceptore interprete Ordinis Sacramento proprii nominis sacramentalis ratio deprehatur, vt orthodoxa doctrina etiam inimicorum testimonio, qua verum Sacramentum esse contendit, mirificè appareat.

Explicatur 4. Ad auctoritatem Dionysij : eodem telo Spalatensis percutitur, nam etsi diuinum institutum, vel diuina vocatio & electio in Ordinum ministerio ab Hierarchis tribuendo interueniant, non excluditur hominum ministeriū, approbatio, examē, manusque iniciantis Antistitis, vnde & Aaron quamuis à Moysè vt Deo carus agnosceretur & Sacerdotio dignus, agitur à Deo Consecrationis Principe, quod pertinet ad causam motiuam, Consecrationis ritum & munus vt Pontifex executus est, quod pertinet ad causam instrumentariam.

Explicatur 1. Cyprianus ibi impellentem causam assignat Dei instinctum peculiarem, quo soli puri & labe peccati non infecti excitantur ad Sacrum Ordinem suscipiendū, quo non afflantur illi, qui vt honoribus Ecclesiasticis potiuntur, licet peccatorum oneribus grauati irrumpunt ad chirotoniam suscipiendam, quo fit vt ob eorum indignitatem gratiam non recipiant, & si propter Sacramentum ritè exhibitum characterem suscipiant.

2. Ad auctoritatem Flori patet : quam lapis Scutra inuenitur Spalatensis, saltans de ramo in ramum velut simia larua- ra Patrum spolijs onerata, fauorem Principum, de quibus loquebatur Florus, cum Ritibus Hierarchicis confundens. Sed de- mus Chamæleonti de suo corio ludere, cū infertur ex Floro in re huiusmodi gratiam diuinam sufficere, & humano arbitrio non posse concedi Sacerdotium: Distinguenta est propositio, gratiam Dei sufficere, & humano arbitrio non posse dari Sacramentum, per modum agentis principalis conceditur: sic Dei gratiam sufficere vt ab homine non possit conferri Sacramentum instrumentaliter, negatur. Quare absque diuinæ gratiæ infusione character imprimi potest, gratia indigno concedi non potest, hæc autem vacuitatem ministerij & inefficacitatem Ordinationis, si cætera adsint requisita, non arguunt, sed deformatam Ordinationem vitio suscipientium coarguunt, & ex documentis Flori instrua possunt vt dignè iniciantur.

DVBITATIO II.

De altero effectu sacramentali, scilicet caractere.

An Ordinis Sacramentum semper proximum suum sortiatur effectum, conferendo Potestatem inamissibilem.

Vtrumque ex altero inficiatur Spalatensis, hoc vnico minus tolerabilis, eum Patres tanto passim à se fastu reiectos ac proculcatos, vbi sibi vacat, longo ordine contra Ordinem pro se in Proscenium ducit : quod quidem non admodum demirandum esse iam pridem monuit Lirinensis, Si quis, inquit, interroget quempiam hereticorum sibi talia persuadentem, vnde probas? vnde doces? &c. statim ille, Scriptū est enim, & continuò mille testimonia, mille exempla, mille auctoritates parat &c. audiamus ergo, quid

Explicatur Florus.

*Argu-
sa Spa-
contr-
cacia
dina*

*I. Ex
autho-
re. Pr
loc. ex*

quid contra Ordinationis efficaciam ac characteris firmitatem consuatur Patribus ineptus Veterator. Duobus ergo punctis rotam hanc controuersiam examinabimus.

PUNCTVM PRIMVM.

Motiuā Marcī Antonij ex dictis Patrum contra efficaciam Ordinationis. Cap. I.

§. I.

Prima Argumentorum classis.

Argumenta Spalatensis contra efficaciam Ordinationis.

1. Ex PP. auctoritate. Primus loc. ex Cyp.

Primum ergo pro se in aciem educit Martyrem Cyprianum, qui de hæreticis Sacerdotibus lib. 1. epist. 4. scripsit in hunc modum: *Solicite ac religiose considerantes in Ordinationibus Sacerdotum non nisi immaculatos & integros Antistites eligere debemus, qui dignè & sanctè sacrificia Deo offerentes audiri in precibus possint, quas faciunt pro plebis Dominica incolumitate, cum scriptum sit, Deus peccatores non audit &c. propter quod plena diligentia, & exploratione syncrea oportet eos ad Sacerdotium deligi, quos à Domino constat audiri. Nec sibi plebs blandiatur, quasi immunis à contagione esse delicti possit cum Sacerdote peccatore communicans, & ad iniustum atque illicitum Præpositi sui Episcopatum consensum suum commodans, cum per Oseam Prophetam comminatur & dicat censura diuina (Osee 9.) Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur. docens scilicet, & ostendens omnes omnino ad peccatum adstringi, qui fuerint prophani & iniusti Sacerdotis officio contaminati. Quod idem in Numeris manifestari inuenimus, quando Chore, & Dathan & Abiron contra Aaron Sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vendicauerunt. Illic quoque per Moysen præcepit Dominus, vt ab eis populus separaretur, ne facinori coniunctus eodem facinore & ipse perstringatur. Separamini, inquit, à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere qua ad eos pertinent, ne simul pereatis in peccato eorum. Propter quod plebs obsequens*

præceptis dominicis & Deum metuens à peccatore Præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi Sacerdotis Sacrificia miscere. Hæc Cyprianus, quid verò hinc exsurgere nititur? S; Ordo (ait num. 5.) esset Sacramentum verum, tale in suo genere qualis est Baptismus, vt communiter asseritur, Sacerdos etiam indignissimus eo initiatus Sacrificium legitimum & sanctum conficeret, id enim esset effectus Sacramenti ex opere operato. Cur verò panis ab eo consecratus dicitur à Cypriano panis luctus? cur plebs à sacrificijs huiusmodi debet abhorreret cur si ijs miscatur, sacrilegio dicitur contaminari? Comparatio verò illa Episcopi indignè ordinati cum Chore Dathan & Abiron, qui fuerunt meri vsurpatores Sacerdotalis Officij, nonne satis ostendit Cyprianus in Ordine opus operatum non agnousse?

Consequētia deducta ex auctoritate Cyp.

2. Sed audiamus, inquit, illum (Cyprianum) rursus de eadem re contra Nouatianum differentem. lib. 4. epi. 3. post med. Episcopatum tenere non possit etiam si Episcopus prius factus à Coepiscoporum suorum corpore, & ab Ecclesia vnitatis descisceret, cū Apostolus admoneat, inuicem nosmetipsos sustineamus nec ab vnitatis quam Deus constituit recedamus, & dicat (Ephel. 4.) sustinentes inuicem in dilectione factis agentes seruare vnitatem spiritus in coniunctione pacis. Qui ergo nec vnitatem spiritus nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab Ecclesia vinculo atq; à Sacerdotum Collegio separat, Episcopi nec potestatem potest habere nec honorem, qui Episcopatus nec vnitatem voluit tenere. Ex quibus Cypriani verbis hanc sculperet consequentiam cupit Spalatensis, Separabilis est ergo (inquit) & honor seu dignitas Episcopalis quoad exercitium, & ipsamet potestas quoad Ordinem ab Episcopo legitime ordinato si fecerit schisma, & abruperit vinculum vnitatis, non potestatem inquit habere potest, nec honorem; non dicit exercere: Vbinam igitur Ordinis character indelebilis?

Alter locus Cyp.

3. Numero 6. Dionysium Areopagitam

Dionys. A-
reopag. à
Spalatenfis
allegatur.

introducitur, in Epist. ad Demo. ita scribentem: Quod si Sacerdotum Ordo illustrandi vim habet, profecto penitus abhorreret à Sacerdotum Ordine atque facultate is qui illustrandi vi non est præditus, ac multo magis etiam is qui illustratus non est. At mihi quidem videtur audax & temerarius, si quis ea sibi sumat quæ sunt propria Sacerdotum, neque metu & pudore à diuinorum traditione præter captum ac meritum deterratur, putatque Deum ignorare, quæ ipse sibi est conscius. & sperat se deceptum eum qui à se falsò nomine appellatur Pastor, audetque scelestus suas ut ita dicam maledictiones (neque enim preces dixerim) in diuinis ministerijs Christi imitatione proferre: Non est Sacerdos, non est, sed inimicus fallax, irrisor sui, lupusque in gregem Domini ouina pelle armatus. Ex quo Dionysij discursu Spalatenfis contendit, sanctum virum ita arbitratum fuisse, quod nihil efficiat Ordinatio in homine illiterato & ad docendum inepto, subditque perinde esse hominem illiteratum, hoc est in sacra Scriptura ac necessaria Theologia imperitum in Episcopum cõsecrare, atque si quis tentaret, non dicam brutum aliquod & stolidum animal sed mulierem in Episcopali Cathedra collocare. Episcopis enim Apostolorum successoribus dicitur à Domino [Euntes docete] qui verò idoneus non est ad explicandum, is Apostolus esse non potest; & sicut forma hominis veri qui sit vniucòcè homo, est anima rationalis, sine qua quicumque videatur homo, aut mortuus aut pictus, is homo erit æquiucòcè, & ut ait Aristoteles, manus non habens vim operandi manus non est nisi æquiucòcè, ita Episcopus sine doctrina sacra & habilitate ad docendum, Episcopus est dumtaxat æquiucòcè, & hic sensus est Areopagitæ.

Hieron. à
Spalac. al-
legatur.

4. Hieronymum deinde sibi patronum iactat n. 7. ita loquens: Hieronymum habemus ad stipulancem, qui promotos ad Sacerdo-

tia modis illegitimis, nequaquam censuit esse verè ordinatos, ait enim in Epist. ad Galat. cap. 1. Tertium Apostolorum genus, quod ab homine non à Deo est, cum hominum favore & studio aliquis ordinatur, ut nunc videmus plurimos non Dei iudicio, sed favore vulgi in Sacerdotium subrogari. Ad idem alium quoque eiusdè Hieronymi locum affert, probaturus Pastore quoque esse debere Magistrum: ait enim Sanctus (Ephes. cap. 4.) nec in Ecclesijs quamuis Sanctus sit, Pastor sibi nomen assumere, nisi possit docere quos pascit. Acrius ex eodem adnititur, trito demum illo allato testimonio ex commentarijs Hieronymianis in c. 3. Sophoniæ: quod sic habet: Qui Eucharistia seruiunt, & sanguinem Domini populi eius diuidunt, impiè agunt in legem Christi, putantes Eucharistiam imprecantis facere verba non vitam, & necessarium esse tantum solemnem Orationem, & non Sacerdotum merita, de quibus dicitur: & Sacerdos in quo fuerit macula, non accedat oblationes offerre Domino. Leuit. 21.

5. Cum Hieronymo Gelasium locat i. q. 1. cap. Sacrosancta vbi ait: Sacrosancta Religio qua Catholicam continet disciplinam, tantam sibi reuerentiam vendicat, ut ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat peruenire, nam quomodo ad diuini ministerij Consecrationem cælestis Spiritus inuocatus adueniet, si Sacerdos, & qui adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus reprobetur?

Pergit & ipsum quoque suo errori præficeret Augustinum, eadem nempe habentem verba, quæ iam ex Hieronymo citata sunt, nempe quosdam missos per homines tantum, ut multi favore vulgi in Sacerdotium subrogantur &c. & cum quaerit, quomodo possumus scire qui mittuntur à Deo? respondet sibi ipsi: illum cognosce missum à Deo, quem non paucorum hominum laudatio vel potius adulatio eligit, sed illum quem & vita & mores optimi & Apostolicorum actio commendat Sacerdotum.

Gelasium
quoque pro
se adduce-
re nititur
Spalat.

Secun-
argu-
torii
prob-
moni-
cū or-
tur n-
recip-

Grego-

Ex A

Ex C
& Cl

Leonem demum huc trahit lanosus lupus isthoc eius capto testimonio, quo ait: *Nulla ratio finit vt inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus expectiti, quòd si tamen quia contra ista iura consecratur, quis ambiget non esse eis tribuendum, quòd non docetur eis fuisse collatum?* Itaque (subinfert Spalat.) Leo promotum contra Canones Ordinem censuit non recipere, non est igitur Sacramentum.

§. 2.

Secunda classis argumentorum de Ordinatione Simoniacorum.

Secunda argumentorū classis probas Simoniacos cū ordinantur nihil recipere.

1. **S**ECUNDÒ contra eiusdem Ordinationis perpetuam efficaciam arietat hoc pompolo enthimemate: Simoniaci cū ordinantur nihil recipiunt, Hæretici cū ordinant, nihil conferunt, ergò Ordo non est Sacramentum. ad Antecedentis probationem similiter inuitam Patrum furatur operam, primum citans Magnum Gregorium n.8. qui lib. 7. ep. 110. ita scripsit: *Quicumque Sacerdotium studet pretij datione mercari, non officium sed nomen attendit, non esse sed dici tantum Sacerdos concupiscit.*

Gregor.

Ex Ambr.

2. Demum & sub Ambrosij ambrosia venenum suum tegere studet, illud eius recitans dictum cap. 5. de Dignit. Sacerd. vbi ait: *Ergò gratiam cum ordinaretis non suscepisti, quia gratuito eam non meruisti, & ideo frater. si gratiam non accepisti, quomodo Episcopus esse potuisti? aurum dans perdidisti, & gratiam sanctam non acquisuisti.*

Ex Chryf. & Clem.

3. Alias etiam sumit suppetias Spalatensis, vt nempè spissioiem possit nobis phalangem opponere. piget recensere, parum enim est, quod ex Auctore operis imperfecti in Matt. (falsò attributo Chrysofomo) homine quippè Arriano profert, qui homil. 53. *Iustos à Deo ordinari pronunciat, non autem iniustos. Maioris pon-*

deris est quod ex Clemente lib. 8. constit. cap. 1. (licet plurimi itidem apocryphum existiment) recitat, cum dicitur: Episcopus imperitia cumulatus non est Episcopus sed falso nomine gaudet, vt qui non à Deo sed ab hominibus constitutus sit.

4. Nec valet (inquit Spalat. num. 9.) dicere Patres de vsu vel exercitio locutos, *Instantia Spalat.* nam expressè ijdem Patres inficiantur tales esse Episcopos, à Deo ordinatos, eosq; comparant falsis Prophetis Ananiæ, Simeæ, Sedechiæ, Achiz, Balaam &c. vt sicut hi non fuerunt veri Prophetæ à Deo missi, ita nec illi sint veri Episcopi, sed eos falsò Episcopi nomine vt asserunt, adduntque gratiam eis à Deo auferri, sacramentalis autem ea gratia (quæ apud nos character dicitur) nunquam amittitur, neque à Deo auferitur. Dicunt præterea gratiam clericalem non præstari nisi dignis, quæ de solo vsu non possunt intelligi neque explicari.

5. Præterea: si potestas Ordinis in his esset integrè & vsus malus, non possent dici opera & munera talis Ordinis etiam à scelestis Episcopis vel Presbyteris peracta esse Deo inuisa, & ei neque grata neque accepta, talia enim opera cum supponantur esse sacramentalia, & consequenter multò magis diuina quàm humana, quia in Sacramentis Deus est qui operatur, sequeretur Deo ipsiusmet opera quæ ipse facit, non esse grata vel accepta: Cur ergo opus Sacerdotis indigni dum offert, benedicat, orat &c. non est à Deo acceptum, quia est opus operantis? si verò esset opus alicuius Sacramenti, illud sanè ex opere (vt inquit) operato Deo esset gratissimum & acceptissimum, etiamsi à scelestissimo fieret Sacerdote, vt est Baptismus.

Vnus est igitur (subdit auctor M. Antonius) labor Petri Damiani in contrarium con-

Gelasium quoque pro se adducere nititur Spalat.

nanti, cuius etiam tempore negabant aliqui Ordini Sacro vim Sacramenti: ipse verò supponens esse unum Sacramentum, contendit semper ad Ordinationem consequi effectum. Nos verò, quia vidimus negari effectum multis Ordinationibus, Ordinem non esse Sacramentum colligimus, & dignam tanto Apostata modestiam.

Tertia in-
stantia
eiusdem.

6. At quid dicemus ad eiusdem nu. 10. ubi præter spem, præterque omnem ordinem ac pudorem venerabili tot emeritorum Patrum Catalogo in crustatum legimus Ioannem Huls modernorum Hæreticorum Patriarcham: eius certè damnatam hæresim è cineribus studiosè recolligens Spalatensis pro se ceu dignum suæ causæ testimonium allegat inquit, Hulsium cum Cypriano, Dionysio, Hieronymo sensisse, Episcopum imperitum, aut nequam non esse proprie Episcopum. item: Eundem nequaquam Sacramenti vim tribuisse probitati ministris, sed quod Ordinem non esse Sacramentum existimavit, ab Ordine sacerdotali necessario pendentes actiones nullas esse pronūciavit, si ab indigno exercerentur, quandoquidem, ait Spalat. etsi Ordinis gratiam sciebat esse necessariam, ad ea que sunt Ordinis propria peragenda, eam tamen per peccatum amitti existimavit, quia verò (subdit idem) Baptismus non pendet à gratia Ordinis, sed à quocunque ministratur præsertim Baptizato, Baptismum optimè datum agnovit & ipse cum Catholica Ecclesia.

Solutio.

7. Quod si Marco Antonio oggeras: Hulsitas excipere Ordinationem ab Episcopis nostris quos ipsi pro indignis utpote pro Hæreticis habent, ac proinde ex citata Hulsij speculatione maximum sequi apud suos incommodum, nempe quod ipsi nullum verum habeant Sacerdotem; pro virili occurrit Marcus Antonius: ab illis quidem Episcopos nostros non putari formaliter Hæreticos, quia à talibus non peterent Ordinationem, si in sui Magistri velint iam dicta o-

Instantia
contra eā-
dem solu-
tionem.

pinione persistere, quamvis in multis eos doctrinam parum tutam materialiter tenere arbitrentur, & fortasse hæreses, que quia iam nondum est ab Ecclesia sufficienter condemnata, idèdè tanquam hæreticos nolunt vitare, ut in his opinionibus quisque abundet pro suo sensu donec Ecclesia plene quid sentiendum sit de fide decernat. demum horrendo Politicismo discursum claudit, ita suggerens: atque utinam ita & responderent & facerent omnes Evangelici reformati (Calviniani) ubi nō habent commoditatem Episcoporum Reformatorum, (à quibus scilicet ordinentur) ut ante omnia schismata dissolvantur.

Rediens deinde ad simoniacè ordinationes adducit n. 12. Tharassium Patriarcham Constantinopolit. in epist. ad Adrianum PP. dicentem: Quanquam Simoniacè ordinatus nomen Sacerdotum sortitus est, sed in eū falso nomen istud conferrī re ipsa comprobatur. Itē 1. q. 1. c. Eos qui: compertissimum quoque est in ipsis Sancti Spiritus gratiam non esse aut Sacerdotij sanctificationem, & quod non acceperunt non habent. Non dicit quod acceperunt nō possunt licitè exercere, sed absolutè negat quicquam accepisse, ac ne nomine quidem Sacerdotum vult eos insigniri.

Quarta
verbis
Tharassij

§. 3.

Alter pars eiusdem capitalis argumenti secundæ de Ordinatione Hæreticorum.

1. Denique ad inefficaciam Ordinationis per Hæreticos factæ comprobendam adducit Innocentium I. epist. 20. tit. 1. p. 2. dicentem: Arianos, ceterasque eiusmodi pestes, quia eorum Latios conuersos ad Dominum sub imagine Penitentia ac S. Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscepimus, non videtur Clericos eorum cum Sacerdotij aut ministerij cuiuspiam suscipi dignitate: quoniam quibus solum Baptismum ratum esse permittimus, quod utique in nomine Patris &

Probat
Spal. hanc
secundam
partem ex
authoritate
Innoc.

Filij

Filijs & Spiritus S. perficitur, nec Spiritum S. eos habere ex illo Baptismate illisq. ministerijs arbitramur: quoniam cum à Catholica fide eorū Authores desciscerent, perfectionem Spiritus quam acceperunt amiserunt, nec dare eius plenitudinē possūt que maximē in Ordinationibus operatur, quam per impietatis suae perfidiam, potiùs quàm per fidem dixerim, perdidērunt.

Solatio. Si versa hac auctoritate contra Spalatensem dicas, ex hac Ordinis cum Baptismo facta ab Innocentio collatione colligi potiùs Ordinem (saltem Catholicorum) esse Sacramentum uti est Baptismus: *Instantia Spalat.* Contra insurgit Spalat. Ex hac collatione contrarium colligo, quia enim ordinatos ab Hæreticis non vult in Ordinibus suscipi, baptizatos tamen in illo Baptismate suscipit, certè disparem valdè agnoscebat Innocentius rationem inter Ordinem & Baptismum, & quæstio præcipua ei proponebatur de Ordinatis ab Arianis Episcopis, quos si conuerterentur, pro ordinatis non esse habendos decernebat, quanquam & baptizatos vix pro baptizatis acceptabat. Non ergò confert Ordinem cum Baptismo tanquam paria, sed ut disparia & dissimilia, ac sanè verba ipsius clarissima, dum Episcopos Arianos amisisse per hæresim gratiam illam & Spiritus S. assistentiam qua in Ordinationibus est maximè necessaria, asserit: imò que maximè Ordinationem ipsam operatur.

Alter locus Innoc. Vnde & ad Episcopos Macedonas scribens ep. 27. eandem suam sententiam apertius explicat & ait: [Vetum est ad tertiam quæstionem, quæ pro sui difficultate longiorē exigit disputationem. Cum nos dicamus ab Hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput, ubi vulnus influctum est medicina, est adhibenda, qua possit recipere sanitatem: quæ sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit, atque ubi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic Ordinationis honorem locum habere non posse

decernimus: nam si, ut legitur, quod tegerit immundum, immundum erit: Quomodo ei tribuetur quod munditia ac puritas consuevit accipere? sed è contrariò asseritur, eum qui honorem amisit honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verum est. Certè, quia quod non habuit, dare non potuit, damnationem quam habuit per pravam manus impositionem dedit, & qui particeps effectus est damnato, quomodo habeat honorem accipere, inuenire non possum.

Pergit ibidem isthoc confirmare Innocentius, soluendo si quid contra ea pro valida Hæreticorum ordinatione obijceretur ex Synodo Capuana, quæ ordinatos à Bonito Episcopo Macedone suscipi permittebat, siue ex Concilio Nicæno, quod Catharos Clericos ad Catholicos venientes cum suis Ordinibus relinquere statuerat, id enim ex necessitate & pro tempore toleratum interpretatur Innocentius sed ampliùs non esse tolerandum.

Ex qua Innocentij disputatione, ait Spalatenfis, adhuc magis liquet, ipsum Ordinationes sacras inter vera Sacramenta non esse numerandas censuisse: Nam quo pacto absolute negat quicquam recipi ab Ordinatore hæretico, & caput ordinati vulnerari non sacrari; ex alia verò parte ex indulgentia Ecclesia vult posse Ordines huiusmodi Ordinatione conualidari, nisi quia solum putauit deputationem ab habentibus auctoritatem sufficere ad Ordinationem, ut qui priùs non erant ab habentibus auctoritatem nempe ab Hæreticis legitime deputati, suscepti ab Episcopis Catholicis ex sola concessione ut persistant in Ordinibus ad quos deputati videbantur, iam satis deputari censebantur.

2. Innocentio assuit n. 14. Nicolaum sic inquit: De Gregorio Syracusano Episcopo Schismatico qui Photium ordinauerat, ad Michaellem Imperatorem ita scribit Nicolaus:

Aliud ex eod. Innoc.

Nicolaus Simonium à Spalat. asseritur.

Ergo qui canonicè depositus & anathematizatus erat quemadmodum posset quemquam prosequere vel benedicere, ratio nulla docet. Igitur nihil Photius à Gregorio percepit, nisi quantum Gregorius habuit, nihil habuit vel dedit, Et post nonnulla iterum: Consideret ergo diuinitus inspiratus vester apex, quomodo Photius, etiam si nihil aliud nisi iure valeat impedire, queat in sacerdotali gradu persistere, quandoquidem institutor suus cum hic ordinaretur, non solum Sacerdotio, verum etiam ipso carebat Christiano vocabulo. Ex his ergo Ordinem colligit non esse Sacramentum. Ut autem perterrefactos malos Sacerdotes demulceret, sic eos solandos putat, vt si ex aliquo defectu ab illo recensito irrita sit Ordinatio, ministeria illa nec sint penitus irrita, quod probat ex Chryl, homil. 2. in 2. ad Timoth. vbi ait illum docere, etiam non ordinatos malos & indignos validè Baptismum conferre, ac alia ministeria peragere, quod tamen spectat ad Ordinationem internam, eam à solo Deo peragi, & non omnes qui ab hominibus ordinantur externè, etià à Deo ordinari interne] & concludit: Hi ergo si quid efficiunt, non vt Ordinis interioris sed ex speciali diuina providentia efficiunt, ne salus patiatur animarum.

§. 4.

Orthodoxa Conclusio stabilitur: effectum perpetuum & inamissibilem causari per collationem Sacramenti Ordinis, etiam si suscipientes vel dantes Sacramentum mali & peruersi sint, & si gratia propter obicem seu fructus Sacramenti non suscipiatur.

CONCLUSIO CATHOLICA.

Cōclusio de fide asserta
Vtrumque Catholica fides confitetur, quòd peruersi ordinatores conferant Sacramentum Ordinis ritè administratum, & quòd suscipientes si mali sint, Sacramento eodem inicientur. Quàuis sic dantes vel accipientes etsi effe-

ctum inamissibilem, nempè characterem causent vel recipiant, gratiam tamen & virtutem Sacramenti minia è causant vel suscipiunt.

1. Integrum hoc assertum fide Catholica est iam pridem stabilitum contra Asiaticos (quos S. Cyprianus absque pertinacia secutus est, cum pertinacia tamen Donatistæ) à Stephano Papa damnatos atq; proscriptos. similiter & contra quosdam quoque Donatistas, qui nec esse valida Sacramenta administrata ab existentibus in peccato mortali dogmatizarunt, siue sint Hæretici siue Catholici siue schismatici: & Aug. 2. contra Cres. Gramm. c. 28. ab orthodoxis eadem defensata Catholica fides. Apostolici sic dicti quidam Hæretici apud D. Bernardum serm. 66. in Cant. Albigenf. ex S. Antonino Summ. Theol. p. 4. tit. 11. cap. 7. §. 5. in eodem errore inuoluti, ob eundem ab Ecclesia Hæretici habiti sunt. Wicleph. non esse valida Sacramenta quæ à præcitis conferuntur siue iusti siue impij sint, etiam hoc titulo inter cæteros errores in Concil. Constant. sess. 8. hæresis denotatur. Alij quoque extiterūt hæretici, qui validè conferri posse Sacramentum dixerunt, non tamen effectum Sacramenti suscipere docuerunt, vt Luciferiani teste Hieron. in dial. contra Lucifer. ab Ecclesia diris deuoti.

2. Ex his ergo omnibus nouissimè Spalatensis heres confarcinans, nouam Pandoram efformans, nouamque malorum Lænam exhibens, Sacramentum Ordinis collatum à peruersis nedū hæreticis, schismaticis, sed alio titulo peruersis, Simoniacis &c. causare effectum illum inamissibilem & perpetuum nempè characterem negās, ac subindè propriè Ordinationem non esse Sacramentum impiè dogmatizans, & vt singula clarè & distinctè orthodoxi firmamenti probentur ordinatè singulè

Definita est à S. Stephano Papa.

His hæreticis Spalatensis est copulatus.

Prin
Fur
bati

Sac
dicit
bati

Pro
ser

singula ob oculos Lectoris cum suis probationibus locabo: Et primò vt ordinatè paradoxis orthodoxa opponamus, sit

Primū dictum probatur.

3. PRIMVM dictum. Non est necessarium ad validitatem Sacramenti, vt ministrans non sit in peccato mortali; vel vt eiusdem Sacramenti effectus proximus tribuatur, vel recipiatur. Patet hoc primum dictum, quia valor Sacramenti per se non pendet ex fide vel sanctitate ministri, sicut nec effectus, vnde validum est Sacramentum quod confertur à quocunque peccatore, vt varijs Concilijs definitum est contra Donatistas, si omnia adhibeantur, & effectus semper producit, qui est gratia, si non ponatur obex, & in quibusdam Sacramentis si ponatur obex, proximus inducitur effectus irreiterabilis, & inamissibilis. nullo ergo modo malitia ministri obert quin Sacramentum tribuatur, vel per illud, quod per se suum producit effectum, independentem à gratia, effectus sacramentalis, qui & character, vt in quibusdam Sacramentis fit, producat. Huius dicti luculentam probationem lege in Waldensi tit. 2. de Sacram. c. 6. vbi multas Sanctorum auctoritates adducit.

Secundū dicti probatione.

4. SECUNDVM dictum. Etiam Hæretici, Schismatici, Simoniaci, & à corpore Ecclesiæ præcisi possunt Sacramenta dare & sacramentalem characterem imprimere, licet non virtutem Sacramenti, hoc dictum ex fundamento proposito comprobatur, & elegantissimè demonstratur à S. Tho. 2. 2. qu. 49. art. 3. & à Thoma Wald. sup. multas auctoritates adducente cap. 5. idem omninò de suscipientibus Sacramenta ab iisdem quod ea recipere possunt, fructum recipere non possunt.

Probatio tertij dicti

5. TERTIVM dictum, cum non dependeat potestas ordinantium ex fide vel sanctitate ministrorum, sed ex infallibili concursu diuino quem ob suam promissionem

adhibet Deus in mysterijs celebrandis, & sine pœnitentia, vt dicit Apostolus sint dona Dei, inter quæ potestas inamissibilis recenseretur quæ est gratia gratis data, necessariâ consecutione fit vt ob hæresim, schisma, simoniam, vel alia peccata remanente fide, nullo modo hierarchica ista potestas amittatur. Huius dicti luculentam probationem lege in V Waldensi loc. cit. cap. 1. & 2. & de Sac. Baptismi diffusius c. 109. & c. 110. nu. 5. & 6. multis SS. auctoritatibus hoc orthodoxum dictum confirmante.

6. Sed præter ea quæ allegat V Waldensis & alij Scholastici visum est alia superaddere ad hoc dictum confirmandum, quæ circa hoc argumentum ponderauit egregiè Petrus Damianus opusculo 6. qui est libellus appellatus Gratissimus elegantissimè.

Corroboratio eiusdem dicti auctoritate P. Damiani.

Probat igitur characterem in nequissimis ministris permanere, primò ex Baalam qui impius & hæreticus fuit, spiritum prophetiæ non amisit: quem discursum ad nostrum propositum prosequitur toto cap. 7. ex Saule qui à spiritu nequam occupabatur, & adhuc spiritus prophetiæ non eum dereliquit. Cap. 8. ex Caïpha impio & scelesto qui neque legaliter, ait Damianus ex Eusebio & Iosepho, Sacerdotium acceperat, & tamen prophetaffe describitur, cum esset Pontifex anni illius. Ioannis c. 10. vnde c. 10. ex hoc loco probat Damianus non ex merito hominum sed ex ministerio dari donum Spiritus S. & dono Dei ex nequitia non fuisse spoliatum. ad quem discursum in cap. 9. probandum affert auctoritatem Aug. super epist. Ioann. & qu. 11. qq. vet. & nouitiam.

Probatio 2. efficacis Damiani ex scripturis.

7. Secundò probat donum Dei sacerdotale, nulla contagione pollui c. 12. exemplo solaris radij qui à sordibus non inficitur, & alijs exemplis, addens illam rationem;

2. Probatio

Definitio est à S. Stephano P.

His hæreticus Spal. est copulatus.

nem: si Sacerdotum prauitas diuina posset dona reprimere, illis certe prauaricantibus necesse erat totum genus humanum à diuinis beneficijs refilire.]

Confirmatio si pradi Florii ex eodem.

8. Confirmat primò c.13. ex autoritate Apostoli Philip. 2. vbi habetur non esse prohibendos qui per occasionem vel emulationem non syncerè Christum annunciabant, imò & multos Prælatos audiri voluit Christus Dominus: omnia quecunque dixerint vobis seruate &c. sicque concludit c.13. si Sacerdotis cuiuslibet prauitas non preiudicat verbo quod per illum audientibus datur, quo pacto obesse valeant Sacramento, quod non ab homine sed à Deo auctore tribuitur &c. & mox siue ergo in erogandis doctrina verbis, siue in Ecclesiasticis Ordinibus conferendis nequaquam Sacerdos suis virtutibus vitur, solum exequitur iniunctum inuictæ administrationis officium; alioquin si ex merito Sacerdotis ista procederent, omnem perfecto fidem diuina gratia vacuarent.

Confirm. 2.

9. Confirmat rursus cap.14. quia diuinæ gratiæ donum neque ex malorum administratione minuitur, nec per bonorum executionem profus augetur, & probat ex facto Moyſis, cui dictum est. Numerorum cap.11. Auferam de spiritu tuo, tradamque nempè septuaginta vitis, & non dictum est auferes & trades, sed auferam & tradam, quia subdit, non homo homini Spiritum S. tradit, nempè principaliter, nam solus ipse est qui prout vult sue gratiæ dona distribuit &c. in eo autem quod de spiritu Moyſi tolli dicitur aut alijs dari, nullum Moyſes dispendium sui spiritus pertulisse credendus est, velut ab ardente lucerna lumen qualibet materia mutuetur, nullo propter hoc lucerna proprij splendoris detrimento minuitur.

3. Probatio ex factis multorum Antistitiū.

10. Tertio probatur ex facto multorum Antistitum, quorum tamen Ordinationes ratæ fuerunt, etsi vita cum officio non cõgaueret, cap.16, & c.17. de Anatholio pro-

bat & Polichronio Hierosolymitano Episcopo, qui malè ceperunt, & benè consummarunt, dignos se suis ordinibus ostēderunt, tantum abest vt eorum nequitia susceptum honorem amitterent.

11. Quarto probatur ex c.18. & 19. quod Deus per quosdam malè promotos virtutum signa frequenter exhibeat, non videlicet, ait, ob religioſa vita meritum sed propter acceptum sacerdotale mysterij Sacramentum. & exemplificat de Felulano Episcopo, de Gerardo Episcopo Florēt. de Marino Sacerdote incontinente & alijs, concludens quod in perpetracione miraculorum, quæ ibidem Damianus recenset ea efficacia fuerunt, non per (meritum hominis, sed officium Sacerdotis, & quod non habebat causa ministri, virtus exhibuit mysterij.) sed quod maius est, & inamissibile donum etiam post mortem permanens demonstratur. idem enim Damian. c.29. de multis à Simoniacis promotis exemplificat, qui vsque ad obitum sacrificarunt, & eorum cadauera miraculis coruscarunt, & ex sacerdotalis autoritate concilij, Altaria illis sunt erecta, vbi diuina mysteria miraculis exigentibus offeruntur; per quæ (subdit Damianus) apparuit, quam sacrificium fuerit acceptum, quia neminem caligo aliena peruersitatis obnubilat quæ fulgor propriæ religionis & honestatis illustrat, nec reatus obtinuit promouentium vbi stat puritas promotorum, contractum enim venalitatatis hi à Simoniacis illis pessimis ordinati ignorabant, & inamissibilem potestatem nihilominus consecuti sunt, & donum Spiritus S. vnde & sic intelligendus Gregor. (ex eodem in cap.28.) dum Spiritum S. dari per simoniacos (in hom. designauit Dominus) apertè pronunciauit. & sic cõcordantur dicta alia Patrum de malè ordinatis ab Episcopis nescientibus tamen obicem se habere, quem ordinantes agnoscunt; quod etiam Spiritum S. accipiant,

Prima probatio praxi E. classa.

4. Probatio ex officio sacerdotali quod miraculus est illustrati.

Conclusio Promissum suaratione

Patres per officium suaratione

Ad priam auctoritatem de priam ex C.

piant, vt accipiens accipiat quod tradenti est in perniciem.

*Prima
probatio ex
praxi Ec-
clesia.*

Quintò probatur ex praxi Ecclesie: nam in Concilio Nic. statutum est & cap. 8. Nouationos & Catharos non reordinandos, sed in suis Ordinibus permanere, etiam ab impijs hæreticis ordinati in acceptis gradib. permanere permitti sunt i. q. c. quod pro, & d. 19. cap. 1. etiam quos ordinauit Acacius voluit Anastasius Papa vt honoribus non priuarentur, quid hæc omnia nisi inamissibilem potestatem probant?

*4. Probatio
ex officio
sacerdotali
quod mi-
raculus est
illustrati.*

*Conclusio
Praxiani
cum sua
ratione.*

Indubitanter ergo cum eodem Damiano concludam consecrationem Episcopalem rite factam validam esse & per consequens inamissibilem [Quia Sacramentum hoc non ministrans vel ministraturi pendet ex merito, sed ex ordine Ecclesiastica, imò Christi, institutionis & inuocatione diuini nominis, & quoniam vnus est qui baptizat, ita proculdubio vnus idemque, qui consecrat. Hoc ex larga Christi benignitate tribuitur, quod is qui accipit non meretur.

§. 5.

Soluuntur argumenta & explicantur dicta Patrum, & ex ijs ipsis stabilitur orthodoxa sententia.

*Patres sem-
per effica-
ciam sa-
cerdotalè
in Ordine
agnouerunt.*

I. Neuiquam Sanctis Doctoribus in mentem venisse, vt sacra Ordinationis sacramentalem negarent efficaciam facile inueniet, qui dicta eorum supra à nobis vtcunque recitata cum obscurioribus istis quæ Marcus Antonius nobis hic inaniter oggerit, æquiori lance contulerit.

S. Cyprianus exponitur.

*Ad primam
authorita-
tē desum-
pta ex Cyp.*

I. Ad primam ex Cypriano obiectam authoritatem, qua insinuare dicitur Sacerdotem indignum etsi legitime initiatum nil conficere, ob tria capita recensita. Primò, quia panis ab eo consecra-

tus dicitur panis luctus. Secundò quòd reneatur plebs à tali sacrificante abstinere. Tertiò quia talis confertur cum Chore Dathan & Abiron non Sacerdotibus, sed officij sacerdotalis vsurpatoribus. Respondetur gloriosum Antistitem in hoc discursu nequaquam adhuc inficiari, aut dicere quòd improbi Episcopi ac Sacerdotes non offerant nec validum conficiant sacrificium, sed duntaxat, quòd non dignè ac prout officij ratio exigit, offerant, ideoque monet ibidè, non nisi immaculatos & integros Antistites & Sanctos eligi debere, nempe vt ipsi sint digne & sanctè sacrificia offerentes Deo, itè vt, quantum in sacrificio admisceri potest de opere operantis, tales sint ex personali sanctitate efficaces Intercessores, qui audiri in precibus possint, quas faciunt pro plebis Dominicæ incolumitate.

2. Oportundè autè Cyprianus, hanc doctrinam prædicauit, pro Clero populoque in Hispania consistente cõfirmando, quãdo ipsi Basilidem & Martialem libellis Idololatriæ contaminatos, & nefandorum facinorum conscientia victos Episcopatu gerere & Sacerdotium Dei administrare non oportere iudicauerant: quod proinde Cyprianus scripturæ testimonijs confirmat, vt sententia eiusdem Cleri ac plebis suo quoque suffragio firmaretur.

3. Locus ex Olea prolatus, quanquam propriè solos Iudæorum indignos Sacerdotes perstringat, quippè qui in Chaldæa sine templo & altari consistentes nihilominus sacrificia moliebantur offerre, ac non tam Deo quàm Dæmonijs litabant, imò deficiente tunc gente Iudaica à vera religione & cibus Assyriorum se pollente vt Dijs alienis sacrificarent, sacrificia illa tùm illicita tùm inualida erant, quod idem dicendum de peruersis Sacerdotibus in Hierusalem sacrificantibus, cum ex se nullam haberent efficaciam,

*Expendi-
tur locus
Osee ad-
ductus à
Cyprian.*

totus

totusque sacrificij valor ex offerentis dignitate pensaretur, quod nullo modo cōgruit sacrificio nostro nec Sacerdotio, quorum sanctitas hominum demeritis non exinanitur nec polluitur, nihilominus apertè etiam à S. Cypriano nostris Sacerdotibus indignè sacrificantibus applicatur per quandam translatitiam accommodationem, vt scilicet pollutum dicantur offerre panem, quandoquidem eum indignè offerendo ac sumendo se polluūt, imò quantum in ipsis est, panem quoque polluerent, si ita fieri posset. sicut post buccellam Satanas introiuit in Iudam non ob rem sumptam, sed ob indignam summptionem.

Spal. mutatus argumenta à Donatistis.

4. Quem autem Spalatensis comminiscitur sensum citati testimonij contra Ordinis efficaciam, constat eundem super eodem loco ab antiquis Luciferianis & Donatistis adinuentum fuisse, quo probarent Episcopos ac Sacerdotes ab hæresi reuertentes omni deinceps consecrandi potestate vacuos esse. At iam vel in ipsorum Iudam Spalatensem protriuierat Magnus Aquinas, qui hæreticorum glossis obuians in 4. d. 13. quæst. 1. art. 1. q. 3. eundem locum ex Hieronymo in Oseam sibi obiectum ita illustrat, respondendo in forma argumento M. Antonij: *Ad secundum dicendum, inquit, quod dicitur panis pollutus non in se sed quia ipsi Hæretici (quod & cæteris de quibus Cyprianus loquitur indignis aptari potest) & seipos polluunt consecrando & sumendo, & alios, qui ab eis scienter Sacramenta accipiunt.*

5. Et certè non alio sensu hunc locum à Cypriano adduci docet contextus, nam vbi in Osea sequitur, *omnes qui manducant ea contaminabuntur, id ita proposito suo coaptat, docens scilicet, inquit, & ostendens, omnes omnino ad peccatum constringi, qui fuerint prophani & iniusti Sacerdotis sacrificio contamina-*

*ti: & paulò infra: dum malis & peccatoribus & pœnitentiam non agentibus illicita communicatione miscentur, nocentium contactibus polluantur, & dum iunguntur in culpa, sic nec in pœna separantur. Debet ergo ex mente S. Cypriani quilibet à tali sacrificante abstinere, nec illi incautè se admiscere, non ob defectum legitimæ potestatis in indigno Sacerdote suum adhuc retinente characterem, sed ob criminofum abutum eiusce facultatis, nemo enim peccatis impunè communicat alienis. Huc quoque referendum est, quod idem Martyr in eadem Epistola subiungit, *compertum est eiusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab Ordinatione autem Cleri atque Sacerdotali honore prohiberi, hoc est ab exercitio potestatis, consortes enim & participes ex scripturis constat alienorum fieri, qui fuerint delinquentibus copulati.* Nota cum delinquentibus, quo causam reddit eos fugiendi qui manifestè indigni sunt ad ministrandum, quando enim, vt ait S. Th. 4. d. 25. q. 3. a. 1. q̄stiunc. 3. ad 2. manifesta eiusmodi delicta sunt, suspensi sunt ministri quoad se & quoad alios, vt nec plebs ab illis possit suscipere Sacramenta.*

6. Denique comparatio indignorum ministrorum cum Dathan &c non quoad potestatem, sed quoad criminis atrocitatem, ambitum, sc. vt sicut illi ex ambitu cōtra Aaron (vt loquitur Cyprianus) sacrificandi sibi licentiam vendicauerunt nullam habentes facultatem moralem, qua id legitime præstare potuissent (neque enim illic physica aliqua supernaturalis efficacia ad sacrificandum necessaria erat) ita hi licentiam sacrificandi (quanquam suspensi sint) ex eadem ambitione vsurpant, cum similiter careant morali facultate (non physica) qua licitè id præstent. Accedit quòd magis adduxisse videatur hanc comparationem Cyprianus quantum ad con-

fortium

Mens S. Cypriani ex textu colligitur.

Ead. comparatio Cypriani vsus est Optat.

Obscur. PP. loci clarior explicat.

Quomodo mali Sacerdotes comparati sint Dathan & Abiron à Cypriano.

Ad alios & c. Cypriani Respons.

fortium culpæ, si plebs talibus indignis se se admisceat; vnde eandem prosequendo sic ait: *Illic quoque per Moysen precepit Dominus, ut ab eū populus separaretur, ne facinoris convictus eodem facinore & ipse perstringatur, separamini &c.* Nō ergo negavit etiam sub hac comparatione in Sacramentis ab ijs ministris traditis opus operatum, cum non pēdeat potestas ex vita ministri sed à Deo, qui, ut inquit Chrysostomus in Ioan. hom. 85. *etiamsi pravi sint Sacerdotes, Deus omnia per eos perficiet.* & 1. Corinth. hom. 8. *nihil affert Sacerdos ad ea quæ sunt proposita, sed vniuersum est opus virtutū Dei, & ille est qui nobis exhibet mysteria, intellige principaliter.* Cyprianū etiam imitatus est Optatus Milevit. lib. 1. contra Parmenianum, qui Donatistas simili comparatione aggrediens: *Dathan, inquit, & Abiron & Chore magistros vestros sine trepidatione estis imitati, nihilominus ab iisdem improbis vera administrata esse Sacramenta confitetur dicens: Vobis schismaticis hæc negari non possunt, quia nobiscum vera & communia Sacramenta traxistis.*

Eand. comparatione Cyprianū vsus est S. Optatus.

Obscura PP loca per clariora explicanda.

7. Quod si allata Cypriani verba non nihil obscura sunt, debuerat applicuisse animum clarissimis illis quæ idem Pater in serm. de Cœna Domini proponit luculentius, ita dicens: *Sacramenta quidem quantum in se est sine propria virtute esse non possunt, nec vllō modo diuina se absentat maiestas mysterijs, sed quamuis ab indignis se sumi vel contingi Sacramenta permittant, non possunt tamen Spiritus esse participes, quorum infidelitas tanta sanctitudini contradicit. quid clarius? ac vtinam ista, sicut & differentiam inter licitum & validum, inter Sacramentum & virtutem Sacramenti aduertisset, aut non dissimulasset malignè Aduersarius.*

Ad alium h. c. Cypri. Responsio.

6. SECUNDVM itidem Cypriani locum suo sensui accommodans Spalatenſis manifestè Donatistarum semen resuscitat, cum ijs contendens Episcopos in hæresim

vel schisma lapsos Ordinis potestate carere, non tantum quoad legitimum eius exercitium in actu secundo, sed etiam quantum ad facultatem in actu primo. Respondet ergo Cypriani Scholiastes Pamelius num. 77. hunc locum sicut & præcedentem Cypriani sententiam indicare quidē, ab Hæreticis verum sacrificium nō offerri; at nihilominus hanc esse ex illis in quibus tum licebat illi Martyri in suo sensu abundare, confinemque esse errori illi de Hæreticis rebaptizandis: quare cum res nondum discussa ac definita esset, neminem debere turbari eiusmodi Cypriani sententijs, quæ ab Augustino lib. 7. contra Donatistas sunt dissolutæ.

9. In hac porro solutione aduertendum, quod Cyprianus si quidem fortè Ordinis negarit irreiterabilitatem, perseuerantiam in lapsis &c. eatenus tamen ea duntaxat negasse; quatenus adhuc talia cum ratione Sacramenti stare posse existimabat, cuius signum est, quod etiam eadem de Baptismo illius qui in hæresim defecerat, pronunciarit, quem tamen Sacramentum esse nunquam dubitauit. Vnde neuter locus prodest Spalatenſi, quando ex Ordinis iterabilitate à Cypriano asserta arguit ad negandam rationem Sacramenti.

Excusatus Cyprian.

10. Nihilominus alias quoque commo- das hoc loco expositiones admittit Cyprianus, nempe si fortè potestati pro vsu potestatis, seu pro licentia acceperit. Vel clarius dici potest eum loqui de potestate non Ordinis sed Iurisdictionis, quæ amitti potest, non verò altera, cum illa sit per modum Consecrationis, hæc per simplicem iniunctionem, ut ostendetur infra, cui simile est quod docet S. Th. in 4. d. 19. q. 1. art. 2. ad 3. quæ stiunculam, quod in prædictis hæreticis manet clauium potestas quantum ad essentiam, sed vsus impeditur ex parte materiæ: cum enim vsus clauium

Saluari potest dictū Cyp. accipientis potestatem pro vsu eiusdem.

prælationem in vteute requirat respectu eius in quem vtitur, propria materia in quam exercetur vsus clauium est homo

S. Tho. auctoritate exponi potest Cypr.
 subditus; & quia per Ordinationem Ecclesie vnus subditur alteri, idèd etiam per Ecclesie Prælatos potest subtrahi alicui ille qui erat ei subditus. Cum ergo Ecclesia Hæreticos & etiam schismaticos priuer subtrahendo subditos vel simpliciter, vel quantum ad aliquid, eatenus potestatem clauium non habent.] & secundum hanc distinctionem optimè dicitur Episcopus ab Ecclesia præcisus omni iusta potestate carere, honoribus spoliari, ab ea dignitate qua priuseminebat ac præsidebat excidere, quod & in multis lurbus cautum est. cum secundum. de hæret. in sexto, & 24. q. 1. canon. 37.

Quomodo de Hæretici dicantur non habere potestatem explicatur.
 Quamobrem Nouatianus talis fuisse denunciatur à Cypriano, dum eum ait: *nec potestatem habere posse nec honorem;* quod autem non exciderit simpliciter ab Ordinis potestate, satis insinuant verba illa Sancti Cypriani, quando non quidem simpliciter dicit, quod Episcopus postea non fieret, sed quod *extraneus Episcopus à disertoribus fieri niteretur.* & infra: *Episcopatum autem tenere non posset etiamsi Episcopus prius factus à Cœpiscoporum suorum corpore & ab Ecclesia vnitatem discisceret.* nemo autem Catholicorū dicit Episcopatum vti & Archiepiscopatum auferri posse, & Sancti Episcopi olim sæpè exules dicebantur redire ad suos Episcopatus, restituti non nonnunquam ab Imperatoribus, alijsue Laicis, qui tamen Ordinis potestatem non poterant denuò impartiri, sic itaque Nouatianus suum in quo præsidebat *Episcopatum tenere non potuit*, quando Ecclesiasticam omnem perdidit iurisdictionem, sicut & abdicare ac Episcopatum relinquere dicuntur, qui regimini animarum renunciant, prout de Magno Alberro alijsque viris sanctissimis produnt Historia;

S. VI.

Explicatur Dionysius.

Nimis obesam in allegando Dionysio manifestauit ignorantiam Spalatenensis, dum ex eo negat hominem illiteratum ac rudem characteris fructu in initiatione defraudari, nec distinguit inter potestatem, & congruam eiusdem accipiendæ exercendæque dispositionem. Perfectus quidem fateor, numerisque omnibus absolutus est Sacerdos, qui scientiam coniunctam habet potestati, in suo tamen genere perfectus quoque est qui scientia caret, quanquam non secundum omnia requisita vel pro adipiscenda dignitate vel re eto vsu potestatis, vt sic, qui talis est, merito illud accipiat: *Quia tu scientiam repulisti, repellā te ne Sacerdotio fungaris mihi, audi, ne fungaris, non verò ne Sacerdos sis, neque enim indoctus Sacerdos officio sed functione ac vsu spoliatur.* Miror autem cur vna cum ignorantia obstaculo non meminerit etiam cæterorum Spalatenensis, eodem scilicet suo acumine contendendo nec ebrios quoque aut impudicos esse Sacerdotes, quando etiam has virtutes velut ornamenta sacerdotalis dignitatis in ordinando desiderat Dionysij Magister 1. Tim. 3. *Oportet Episcopū irreprehensibilem esse, sobriū &c.* (noluit fortè attendere ista decrepitus Potcus) istine ergo cessant esse Episcopi cum tales fiunt, scilicet vinolenti, impudici &c. credo nunquam id voluisse dicere M. Antonium.

2. Sed nec ignorantiam inter Ordinis obstacula plus valere voluit Dionysius, quam quod illiteratū minus aptū dispositumque reddat ad illuminandum, suumque officium exercendum, quanquam talis non merito sed officio, vt loquitur Sanctus cæteris Sacerdotibus sit æqualis. Cuius rei ex ipso citato Dionysij loco argumentum

Ad auctoritatem Dionysij.

Distingueda potestatem ab vsu re.

Scientia clauium distincta ex S.

Ignorans Sacerdos minus aptus ad illuminandum officio tamen æqualis est c. Sacerdotibus.

est.

est, quia in dicta Epistola Dionysius Demophilum increpat, quod cum simplex monachus esset, Sacerdotem quendam de imperitia notatum ac maledictis oneratum à liminibus sacri Altaris remouisset, esto, inquit, eius ille *Sacerdos non sit*, secundum meritum intellige, qui lastrandi vi non est præditus, non tamen fas est Demophilo hac corrigere: Tunc sic arguo: si is, quem Demophiluseiecerat ab Altari, Sacerdos non erat, non debebat reprehendi ille sed laudari, quod grande sacrilegium anteuertens hominem Laicum ambiciosè factis se ingerentem mysterijs nec valentem consecrare repulisset à mysterio Sacramentorum, sicut enim Tertulliano testante in Apolog. cap. 2. meritò in reos mactatis & publicos hostes omnis homo miles est, ita in huiusmodi temerarium factorum, profanatore, qui solum panem adorandum obtrudere conuincitur, omnis meritò zelus fidelium armatur, ergo ex ipsa Dionysij increpatione constat, debuisse Demophilum Laicum in imperito illo ministro reuerèter sacerdotalem suspexisse dignitatem, alijsque iurisdictionem habentibus relinquere illius ab officio suspensionem.

3. Huc spectat quod Angelicus Doctor in 4. d. 18. q. 1. art. 1. q. 3. ad 1. docet, scientiam distingui à clauibus, clauis enim qua dicitur potestas ligandi atque soluendi (propria Sacerdotum) est qua immediatè seram aperit peccati, sed clauis qua dicitur scientia, ostendit cui aperienda sit. Item in respons. ad 2. non est hac scientia propriè clauis, sed auctoritas actum scientia exercendi, qua quandoque sine scientia est, quandoq; scientia sine ipsa, sicut patet etià in iudicijs secularibus, aliquis enim est iudex habens auctoritatem iudicandi, qui non habet scientiam iuris, & aliquis è conuerso habet scientiam iuris qui non habet auctoritatem: addit tamen Sanctus Doct., quia actus iudicij, ad

quem quis ex auctoritate suscepta obligatur non autem ex scientia habita, sine utroque bene fieri non potest, idè auctoritas iudicandi qua clauis est, sine scientia non potest sine peccato accipi, sed scientia sine peccato haberi potest. en breuem totius responsionis summam ex communi Magistro, Patrumq; velut quinta essentia S. Thoma, qui etià 3. p. q. 64. a. 6. in argum. sed contra perspicuè ex occasione illius apud Psalmistam, *Oratio eius fiat in peccatum*, exponit quò sensu illiteratorum aliorum è aliundè indignorum Sacerdotum oblationes nonnunquam vocentur *maledictiones*, vt hic apud Cyprianum vidimus, qui tales *lupos* quoque *sub ouina pelle in gregè Domini armatos*, venustè indigitat, ex peccato enim mortali quo indignè presbyteratum suscipiens, aut magis furtiuè rapiens illum inquinatur, non solum hostis est ac ouium mactator, quippè qui ob scientia defectum tantù dem eas ad præcipitia quæ ad pascua ducturus est, verumetiam orationes eius (nò quidem solemnnes illæ quas ex persona Ecclesiæ, sed priuatæ quas ex pastoralis sollicitudine sua offert) execrationes potius sunt, quæ Deum irritent magis quam concilient ob ouinæ scilicet pelliculis mendacem hypocrisim, ex quo tamen nihil eius deperit potestati.

4. Denique si aliud quidpiam voluit Dionys. nempe talem mox ipsomet etiam Ordine Sacro spoliari, vt quid inter alia loco citato, hæc quoque ad Demophilum verba subdit, dicens: *Quod si quis etiam in illis (Sacerdotibus) desit officio, de Sanctis eiusdem Ordinis corrigetur, atque ita Ordo in Ordinem non commutabitur sed in suo quisque erit Ordine, id est, Sacerdotum erat Sacerdotè illiteratum suspendere, non Laici qui inferioris erat Ordinis? En igitur quam illepide quam insulsè imperitum Sacerdotem stolido animali, cadaueri, mulieri (fortè illi quæ in Anglia Pontificatum affectauit*

Ob scientia defectum pastor oues Christi ad præcipitiæ ducit.

Qui sunt inferioris Ordinis & multo magis in nullo Ordine, etiam si illiterati sine non possunt Sacerdotè suspendere.

Ad aucto-
ritatè Dionysij.

Distingua-
da potestas
ab usu re-
cto.

Ignorans
Sacerdos
minus ap-
tus ad illu-
minandū
officio tamè
qualis est
Sacerdoti-
bus.

nuper) comparauerit Spalatensis, quasi par sit utrimque impotentia, vb: par est ignorantia ac siccitas literatum, cum scientia non faciat sed perficiat tantummodo Sacerdotem.

§. VII.

S. Hieronymus vindicatur.

Explicatur I.
Hieron.

DAlmatam quam malè intellexit Dalmata, cum Hieronymum suo errori obtendit Apostata Spalatensis: certè nunquam ille promotus illegitimis modis non esse verè valdeq; ordinatos pronūciauit: Tertium enim illud genus quod non à Deo sed hominum fauore intuiditur, si legitimo ritu inicietur legitimam quoque accipit potestatem; Hoc autem genus distinguitur ab alio ibidem recensito, eorum scilicet, qui à Deo mittuntur per specialem eius prouisionem effectricè, est enim magna inter hos differentia, quādo illi permissiuè tantū, hi verò etiam effectiuè ministri Domini dispensantur, & ambo in vera potestate conueniunt; vnde sicut dicit Augustinus 1. de consensu Euāg. cap. 12. temporalia Regna atque terrena, quibus voluerit, & quando voluerit secundum predestinatum ordinem seculorum, vel sinendo vel donando distribuit, vnde omnes Reges regnant ex dono Dei, habentes ius quod nec culpabili eorum vita perditur, similiter Sacerdotes, vel sinendo vel donando dispensat, vtram missi à Deo quam permissi & fauore hominum in dignitate locati, Sacerdotalem vel Episcopalem obtineant maiestatem. Vnde Cyprianus ad

Nullus fit Sacerdos nisi de Dei sententia vel volente vel permissio

Cornelium lib. 1. ep. 3. Cum Dominus in Euangelio suo dicat, nonne duo passeres asse vaneūt, & neuter eorum cadit in terram sine Patris voluntate, cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna aut non sciente aut nō permittente Deo fieri: Sacerdotes, id est, dispensatores eius non de eius sen-

sentia ordinari: hoc est, fidem non habere qua viuimus, hoc est, Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari scimus & credimus: planè Episcopi non de voluntate Dei fiūt, qui extra Ecclesiam fiunt, quod nempe est illud aliud genus quod recenset Hieronymus pseudo-Prophetarum & pseudo-Episcoporum. sed contra dispositionem & traditionē Euangelij fiunt, sicut ipse Dominus in 12. Prophetis ponit & dicit (Osee 9.) sibi metipsis Reges constituerunt & non per me, & hi quoque permittuntur, differenter ab ijs tertij generis qui ritè ordinati non effectiuè à Deo missi, sed permissiuè ad thronos sunt euecti hominum fauore.

2. Satis fit quoque dicendo, quod aliud est mitti à Deo, aliud verò non missum sacerdotali signaculo initiari, primo modo fit per interiorem inspirationem ad suscipiendum Sacramentum dignè, secundo verò etsi ad hoc non excitetur aut à Deo aspiretur, is qui vltro ambitiosus se ingerit, adhuc tamen Deus ex pacto cū Sacramēti administratione effectum aliū, nempe characterem causando operatur, adstipit enim, dicebat Augustinus 3. de Baptism. cap. 10. diuina virtus siue ad salutem bene vtentium siue ad perniciem malè vtentiū, cuiusmodi sunt in peccato existentes, vel ob finistrum finē Sacramenta suscipientes. Hanc autem necessitatē ex suppositione diuini concursus, vel in malè ministratibus vel in malè recipientibus ex diuerso pacto vel institutione oriri, nec secus ac ex pacto cū generationibus rerum concurrir, luculenter ostendunt Pates Ambros. lib. 5. Hexam. cap. 1. Basil. ibid. Raban. c. 30. de Corpore Ch. isti, vnde Chrysostom. serm. de prod. Iudæ, Sicut illa vox, crescite & multiplicamini & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum, operante natura, & vox illa semel dicta est, Hoc est Corpus meum, sed per omnes mensas Ecclesia vsque ad ho-

Aliud est mitti à Deo, aliud non missum ordinari.

Thom
VVald
Carm
sunt
cus do
matic
Theolo
Rhoen

Egregi
explica
S. Th. o
modo i
gni pot
se à D
ualde
notand

ad hodiernum diem, & vsque ad eius aduentum
 praestat Sacrificio firmitatem. ad quod propo-
 situm more suo fundatissimè discurrit ma-
 gnus ille Dogmaticæ Theologiæ Phœnix
 Thomas V Valdensis de Sacramentis c. 2.
 n. 7. ita inquit: adulteris & mœchis Deus (sciēs
 vii malis) adest indubiè quoad actum substan-
 tia, vnde etiam animam rationalem ex dicto pa-
 cto creat, quamuis detestetur maculam culpa nec
 scortationū sit author. Cur ergo non vincit expe-
 rientiam fides? ac per inuisibilem gratiam toties
 Deus aderit inuocatus, quoties pro salute plebū suæ
 etiam per impudicum ministrum interuentum
 fuerit salutaribus Sacramentis.

3. Huic lucem clariorē affundat Theo-
 logorum Phœbus Aquinas, qui locum il-
 lum Oseæ apud Cyprianum nuper discuf-
 sum, nempe *Ipsi regnauerunt non ex me cap. 8.*
Principes extiterunt & non cognoui, meditans
 respondet *le. i. in cap. 13. ad Rom. Ad hoc*
dicendum est, quod Regia potestas vel cuiuscunque
alterius dignitatis potest considerari quantum ad
tria: vno quidem modo quantum ad ipsam pote-
statem, & sic est à Deo, per quem Reges regnant,
vt dicitur Prouerb. 8. alio modo potest considerari
quantum ad modum adipiscendi potestatem, &
sic quandoque potestas est à Deo, quando scilicet
ordinate potestatem adipiscitur, secundum illud
Hebr. 5. Nemo sibi honore assumit, sed qui vocatur
à Deo tanquam Aaron. quandoque verò non est à
Deo, sed ex peruerso hominis appetitu, qui per am-
bitionem vel quocunque alio illicito modo pote-
statem adipiscitur. Amos 6. nunquid non in for-
titudine nostra assumpimus nobis cornua? Tertio
modo potest considerari quantum ad vsum ipsius,
& sic quandoque est à Deo, puta cum aliquis se-
cundum precepta diuina iustitie vritur commissa
sibi potestate, secundum illud Prouerb. 8. per me
Reges regnant, quandoque autem non est à Deo,
puta cum aliqui potestate sibi data vritur cōtra
diuinam iustitiam, iuxta illud Ps. 2. astiterunt Re-
ges Terra &c. aduersus Dominum &c. Exem-
plum idoneum est in potestate peccandi,

de qua idem S. Doctor ita loquitur: *Ipsa*
potentia qua peccatur à Deo est, eadē enim poten-
tia est qua peccatur & qua rectè agitur, sed quod
in bonum ordinetur à Deo est, quod autem ordi-
netur ad peccandum, est ex defectu creatura in
quantum est ex nihilo.] Deus ergo author
quoque dignitatis fuit, qua in Ordine E-
piscoporum fuit M. Antoni, sed non mo-
di adipiscendi eam dignitatem, non enim
vocabaris tanquam Aaron cum in Reli-
giosis Societatis IESV castris degens, bo-
namque militans militiam cum peditibus,
quibus specialiter ex voto aliorū graduum
inhibetur ambitus, vocationem tuam de-
relinquens locum Ducum ac Hierophan-
tarum affectasti, conuolando in Germa-
niam, vt Episcopatum hominum fauore
adipisceris, vt & factum, quādo Segni-
enli primū sedi præfectus exinde ad Ar-
chiepiscopalem Thronum adrepisti, cuius
sublimitate etatior factus, Sacræ Con-
gregationis disciplinam non sustinēs, im-
patientia percitus (hæc enim secundū Cy-
prianum lib. de bono patientiæ etiam heret-
icos facit) ad Protestantū castra perduellis
defecisti. Quod si igitur iuxta tuam sen-
tentiam hoc ipso Episcopalem quoque tu
Consecrationem perdideras, quam apud
alios etiam leuiori delicto perditam cu-
pis, iam nec cum cæteris Episcopis nec cū
Episcoporum Episcopo Anathicam præ-
tendere poteras æqualitatem, quam ta-
men vsque adeò etiam doctis persuasam
fieri iacobus exoptabas, ergo extra
Cancellos cum Laicis, imò extra Eccle-
siam quocunque minimo Laico inferior
te iudice factus successu præpostero, pla-
nè illius instar qui ambiens sedere in latere
Aquilonis ad inferna detractus est, sed
motus ex Hieronymo præstat compone-
re fluctus.

4. Ad secundum ergo ex eodem San-
 ctissimo Doct. prolatur testimonium (in

Thom.
 VVald.
 Carmeli-
 tarum de-
 cus dog-
 matica,
 Theologia
 Phœnix.

M. Anto-
 nius non
 vocatus
 Episcopatus
 ambitus.

Aliud est
 mitti à
 Deo, aliud
 non mis-
 sum ordi-
 nari.

Egregia
 explicatio
 S. Th. quo-
 modo indi-
 gni potestas
 sit à Deo,
 valde an-
 notanda.

Impatien-
 tia etiam
 hereticos
 facit.

quo Babylonicae structurae iam peritior
mira confusione sacerdotalem characterē
cum pastorali munere conuoluit) respon-
deo: Aliud est Sacerdotio ad Ordinis po-
testatem recipiendam initiari, aliud verò
Plebis magistrum fieri, vt vel septemnibus
nostris Catechistis decantatū est. cumque
primū sit independens à posteriori, hoc-
que censetur inter condiciones requisi-
tas ad exercendum, cum aliqua superin-
pendentia, officium sacerdotale, ideo do-
ctrina non est simpliciter necessaria con-
ditio vt quis Sacerdos sit, benè tamen vt
sit Pastor. At illud recolere debuerat M.
Antonius, non omnes Sacerdotes esse Pa-
stores, sed solos Episcopos esse Doctores
ac Pastores ex officio, quibus proinde
scientia maximè necessaria est, vt eleganter
ac copiosè demonstrat Gregorius Na-
zianzenus, cuius doctrinam exprimit Ma-
gnus alter Gregorius in lib. Curæ Pasto-
ralis cap. 4. eaque ratio est (prout subtiliter
speculatur Hieronymus super epistol.
ad Ephes.) cur Apostolus Pastoralis digni-
tati specialiter subiunxerit magisterium,
nectendo vtrumque dictione copulatiua,
non enim alios Pastores & alios Magistros posuit
(inquit Hieronym.) sed alios Pastores & Ma-
gistros dixit, vt qui Pastor est esse debeat
& Magister, nec in Ecclesiā quamuis sanctus sit
Pastorū sibi nomen assumere, nisi posset docere
quos pascit, porrò id ipsum iam monuerat
idem Apostolus, cum exigebat Episco-
pum talem esse, qui posset exhortari in doctri-
na sana, & eos qui contradicunt arguere, nisi e-
nim (inquit Chrysostomus) posset exhortari
ad virtutem, & eos qui contradicunt arguere,
omnia pereunt; quod expendens S. Thom. 2.
2. q. 185. a. 3. ad 2. ita concludit; studium Pre-
lati in hoc intendere debet vt ceteros & scientia
& sanctitate præcellat. si verò contingat
eum qui consecratur, talem non esse, non
continuo irritam facit Ordinationem,

vt præ magno cauillandi pruritu intendit
Spalarenis, sed gratiæ tantum gratum fa-
cientis fructu, vltique officij priuatur vt o-
stensum est.

5. Vltimum denique Hieronymi locum
expendamus, vbi tam vberem segetem
Donatistici germinis rediuua messe col-
ligere nititur Spalarenis, & porro ineptè
nimis in Hieronymo rusticatur contem-
dens Sacerdotem impiè viuentem, pura
scottatorem, depeculatorem, homicidam
&c. non posse amplius Eucharistiam con-
ficere ac validè consecrare, hic priusquam
excusetur Hieronymus audiamus Augu-
stinum sanæ fidei aperta confessione Do-
natistarum ora oppilantem, is ergo tomo
10. serm. de Corp. Christi, qui incipit: *ve-
ritas*. citaturque à S. Thoma .p. q. 82. art. 5.
ita hanc litem dirimit: *Intra Ecclesiam Ca-
tholicam in mysterio Corporis & Sanguinis Chri-
sti nihil à bono maius, nihil à malo minus perfici-
tur Sacerdote, quia non in merito consecrantis
Sacerdotis, sed in verbo Saluatoris & in virtute
Spiritus sanctus Corpus Christi efficitur, si e-
nim esset in merito Sacerdotis, nequaquam ad
Christum pertineret: nunc hic, sicut ipse est Chri-
stus qui baptizat, ita idem Christus qui per Spi-
ritum S. hanc oblationem suam efficit carnem, &
vinum transfert in suum sanguinem.* en M. An-
toni quàm egregiè contra Augustinū phi-
losophabaris, qui si ea quæ Scholaris hau-
feras Metaphysica præcepta applicuisses,
referendo effectum per se ad causam per
se non verò ad causam per accidens, can-
tum ad hominem musicum non ad homi-
nem album, vti que inuenisses Consecra-
tionem non deuotionis sed characteris es-
se opus, ne dum scottatores Presbyteros
potestate exauctoras, tuo te iudicio in-
cautus forex dānasses Sacerdotij turpiter
amissi (quod Catholici tamen teipso in te
benigniores nondum dicebamus) cum à
sede tua seditiosè extorris in Angliā pro-
fugus

Ad aliud
Hieron.
obiectum
testimon.

Ad vlti-
mum locū
Hierony.
responsio.

Ex loca
August.
illustratur
Hieron.

Non om-
nes Sacer-
dotes sunt
Pastores
sed solum
Episcopi.

Ministr
quo mo-
Deo coo-
ratur.

Character
est causa
per se con-
secrationis
Sacram.

fugus in Gynicæo procabaris Sacerdos veneres, puellas edentulus senex, nec inæstarum nuptiarum denegato successu, desistebas saltem publicas lupas vili impedio pretioso propudio per anxia lenonum suffragia venari diffibulatus ganeo. sed piget umbris tuis tenebrarum opera, quæ characterem tuum dedebant, non debebāt, narrare prolixius, sat est quod suggerente Augustino discimus, causam per se Sacramenti esse diuinam Christi virtutem, Sacerdotis meritum causam per accidēs, aut si penitus in eo aliquid suspicimus, minister ac instrumentum Dei est Presbyter, vt sic in eius opere non tam instrumentalis qualitas, quam diuina efficacia præcipuè agnoscat, nam neque qui plantat, neque qui rigat, teste Apostolo, sed qui incrementum dat Deus, quod expendens Augustinus 3. de Trinit. cap. 8. discernens, inquit, interius Deum creatorem & formantem ab operibus creatura qua mouetur extrinsecus [& de agricultura similitudinem ponens ait] Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, ergo in ipsa vita nostra mentem iustificare non potest nisi Deus, prædicare autem extrinsecus Euangelium & homines possunt non solum boni per veritatem, sed etiam mali per occasionem; ita occasionem rerum visibilibus Deus interius operatur, exteriores autem operationes suæ bonorum suæ malorum Angelorum vel hominum, suæ etiam quorumcumque animalium ita rerum natura adhibet in qua creat omnia, quemadmodum terra agriculturam.

6. Sic ergo & in proposito nostro non principaliter sed ministerialiter cooperatur ministri Deo incrementum danti in sua agricultura, vt proindè parum referat ad fructuosam plantationem vita ministri, nec attendatur an Indas malus colonus an vetò Petrus colonus optimus semina spargat, quæ mali factoris sacrilego conspectu neutiquam polluuntur, sicut in expo-

sitione eiusdem textus Apostolici eleganter deducit Augustinus traet. 5. in Ioan. c. 9. ita differens [Quid dicit Paulus? iusti ministri gloriam suam non quærunt, ministri enim sunt, pro Ducibus haberi nolunt, spem in se poni exhorrescunt: ergo computo cum Paulo iustum ministrum quid enim dicit Paulus? ego plantauit, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, qui vetò fuerit superbus minister cum Diabolo computatur, sed non contaminatur donum Christi, quod per illum fuit purum, quod per illum transit liquidum, venit ad fertilem terram: puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest: sed & per lapideum canalem transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur, sed hortus plurimum fructum adfert &c.]

7. Nunc ad Hieronymi locum reuertor, vnde argumentum texiuit Marcus Antonius, ac tam ridiculū illud effectumque quàm vetulum ac annosum quippe quod non minùs quàm quadringentis ab hinc annis S. Thom. sibi obiecit ac penitus elumbauit, quare vt magnum aliquid monstruoso montium partu eniteretur notus Hæresiarcha, opus habuit eandem objectionem fastuosis quibusdam phaleris resuscitatam ampullare, at Angelicum audiamus Doctorem 3. p. q. 2. art. 5. ita præudentem: Videtur quod malus Sacerdos Eucharistiam consecrare non possit. (addidisses Thoma Sanctissime, videtur Spalatensi quod malus &c. iamq; nostrorum temporū scriptor videri poteras:) Dicit enim Hieronymus super Sophoniam: Sacerdotes qui Eucharistia seruisunt & sanguinē Domini populis diuidis, impiè agunt in lege Christi, putantes Eucharistiā precantibus facere verba non vitam, & necessariam esse solemnem orationem, & non Sacerdotis merita de quibus

S. Tho. idē arg. affert quod Spalatensis ab ipso est suffraganeus.

Ad vltimum locū Hierony. responsio.

Ex loco August. illustratus Hieron.

Ministri quo modo Deo cooperantur.

Character est causa et se confectionis sacram.

quibus dicitur: Sacerdos in quocunque fuerit macula non accedat offerre oblationes Deo: sed Sacerdos peccator cum sit maculosus, nec vitam habet nec merita huic conuenientia Sacramēto, ergo Sacerdos peccator non potest consecrare Eucharistiam. placet forma M. Antoni, placet consequentia: sed cum vetusti panni commissuram tuæ nouæ tunicæ insueres, cur post feram tuam reuelationem antiquam non attendisti solutionem? Audi. *Ad primum dicendum quod Hieronymus per illa verba improbat errorem Sacerdotum, qui credebant se posse dignè Eucharistiam consecrare ex hoc solo quod sunt Sacerdotes, etiamsi sint peccatores, quod improbat Hieronymus. per hoc autem quod maculosi ad altare accedere prohibentur, non tamen remouetur, quin sit verum sacrificium quod offerunt.* Hæc Aquinas, more suo hæreses nondum natas extinguens in materno utero Donatistarum &c.

3. Nec incommode etiam dici potest Hieronymum in verbo Eucharistiæ festiuissimo tropo rethorici, nec enim loquitur de præcisâ angustaque illa Eucharistiæ Consecratione, sed de tota Eucharistica Consecratione, id est, de tota solemnium verborum recitatione, quæ sacris mysterijs deuotè adhiberi solet, vt fiat sensus, impiè agere Sacerdotem, qui solam sufficere putat recitationem ad fructuosam tanti Sacramenti administrationem, cum non solùm lingua sed & vita, quæ Solis luce purior esse deberet, adhibenda sit, vt Sacramenti vel sacrificij fructus percipiatur, vt Eucharistis seu gratiarum actio ritè etiam ex offerentis deuotione peragatur, vt denique tanta selectarum precum Liturgica præmissio qua diuina prouocatur assistentia, imploratur acceptatio, sollicitatur beneplacitum, verè vim orationis ac non irritationis peruicaciam sortiatur ex qualitate recitantis Sacerdotis.

9. Puto satis Hieronymum hisce solutionibus à tricus Marci Antonij elaqueari, nec enim fas est suspicari clarissimum Orientis lumen in hac caligine Donatistica fuisse vnquam cum Luciferianis eclipsatum. Fidem faciat ineluctabile illud dilemma quo Spalatensem iam tum in ipsis Luciferianorum lumbis fodicat Sanctus Pater, cum enim multa oggeret loca Hæreticus, contendens Sacerdotem culpis obnoxium Eucharistiam conficere nõ posse, totamque argumenti stropham isthoc epiphonemate clauderet: *Ex quibus ostenditur vos (orthodoxos) per modicum fermentum totam Ecclesia massam corrupisse, & de eius manu hodie Eucharistiam accipere, quem heri quasi idololatram respuebatis.* in Dial. contra Luciferian, mox Hieronymus sub orthodoxi persona responder: *Oro te, vt aut ei sacrificandi licentiam tribuas cuius baptisma probas, aut reprobes eius baptisma quem non existimas Sacerdotem, neque enim fieri potest, vt qui in Baptismate Sanctus est, sit apud Altare peccator.*

§. VIII.

S. Gelasius Papa vindicatur.

1. **M**agnum Spalatenfis ingenium sed ingenuum parum, dum Gelasium colat vt in scirpo nodum omninò Gordianum comminisceretur, nempè ò inopem S. Thomam, qui etiam hoc argumentum è Marci Antonij voluminibus trãscripsit, & loco iam iam citato post primum argumentum immediatè sufficit, ita sibi obijciens. *Damasceus dicit in quarto libro, quod panis & vinum per aduentum Sancti Spiritus supernaturaliter transit in Corpus Christi & Sanguinem Domini, sed Gelasius Papa dicit, & habetur in Decreto primo quest. 1. cap. Sacramenta, quomodo ad diuini mysterij Consecrationem, celestis Spiritus inuocatus adueniet, si Sacerdos quò eum ad eum deprecatur, criminosis plenus actionibus comprobetur? ergo per malum Sacerdotem non potest*

Hieron. argum. contra Lucifer. in Spalat. re-torqueri potest.

Resp. ad auctorit. adductam ex Gelasio.

Idem arg. sibi olim obijciit S. Thom.

*Quo-
iam
S. Th.
acutè
soluit*

*Alia
tio G.
ad ar-
rit. G.*

*Spalat.
maliti-
excaca
S. Tho-
arg. &
lutione
inuert.*

*Idem S.
Th. Hiero-
nymo resp.
Spalaten-
sem tanto
ante cen-
susans.*

*Lepida a-
lea respon-
sio ad Hiero-
nym.*

Quod arg.
iam pridē
S. Thom.
acutē dis-
soluit.

potest Eucharistia celebrari. oportune hic sistit Spalatenſis nil vltra hanc consequentiam exigens, at nihilominus inuito ipſo pergit Aquinas, *Ad secundum*, inquit, *dicendum*, quod ante illa verba Gelasius Papa premitit: *Sacrosancta Religio qua Catholicam continet disciplinam, tantum sibi reuerentiam vendicat, ut ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat pervenire. ex quo manifeste apparet eius intentionis esse, quod peccator Sacerdos non debet ad hoc Sacramentum accedere, vnde propter hoc quod subdit: quomodo celestis Spiritus aduocatus aduenit intelligi oportet, quod non aduenit ex merito Sacerdotis, sed ex virtute Christi, cuius verba profert Sacerdos. tota ergo Gelasij intentio ista esse deprehenditur, Spiritum sanctum in mali Sacerdotis Sacrificio non quidem emanare, sed nec ex merito indignè inuocantis aduenire, sed præcisè ex merito Christi.*

Alia solutio
Glossa
ad authorit.
Gelasio.

2. Sed & Glossa in eodem cap. 1. loco citato exponit Gelasium, quod non adueniat Spiritus sanctus à malo Sacerdote inuocatus ad eius salutem, sed magis ad detrimentum, cum bono malè impius Sacerdos abutatur, de Consecrat. d. 2. cap. Et *Sancta*. aduenit tamen ex virtute pacti interuenientis in Sacramentorum institutione.

Spalat.
malitia
excacatus
S. Thom.
arg. & so-
lutiones
inuerſit.

Aliud nescio quid huic argumento responderi à Sancto Thoma calumniatur Marcus Antonius, prætendens Doctorem Sanctum obtorto collo allegatū aliò violentè deflexisse testimonium, dicendo illa verba dicta esse contra eos Sacerdotes, qui seritè & dignè Eucharistiam consecrare putant, eo quod sint Sacerdotes, tamen si peccatorum sordibus immundi sint. Sed miror Apostatam in S. Thomæ referendis solutionibus tam enormiter luscum fieri, qui paulò ante Luciferiana Cynosura vehebatur, nam, vt ex allatis constat, non sunt ista verba Doctoris Sancti *ad secundam* è Gelasio, sed *ad primam*

ex Hieronymo factam obiectionem: e- quidem excusatum habeamus Spalatensem, qui vtrique tantum argumento transcribendo intentus fuit, solutiones non admodum sollicitè ponderans, neque enim habuisset, quod *Contra* appenderet.

§. IX.

Vindicatur augustum Augustini nomen.

1. Vtrique legitimam indubiamque ex hoc nobilissimo Patre non potuit adducere authoritatem Spalatenſis, contentus libro illo què vel Erasimus ipse supposititium non genuinum Augustini scriptum enunciat, vt sic Augustini non textus sed nomen vindicandum sit, & mirum sane in aduersario, quod cum Donatistarum profiteretur errores, Augustinum sibi adsciscere audeat Patronum. Cæterum quantum vult habere energiz citata illa cuiuscunque demum Authoris verba, quibus ad amissim penè Hieronymianam quatuor Apostolorum genera distinguuntur, tantundem accipiat ex adhibita superius explicatione, quæ vtrisque hæreticam consequentiam malè præmissis cohærentem eneruat. Quod si fauore vulgi ordinatos nil dignitatis suscepisse contendit Apostata, viderit quomodo suam tueatur infulam, quam per obliquas fautorum machinationes ac potentium suffragia nundinatus fuisse conuincitur. Iam ergo constat quam debiles ex robustioribus Ecclesiæ Coryphæis captatit coniecturas inops argumentorum Spalatenſis, quibus cerebrum sui fatiscencia tremulaque phantasmata apodiari; in cæteris quicquid colligere potuit, tam exile est ac ab eius proposito peregrinum, vt non nisi farciendo libro non fulciendo errori idoneum videatur.

Responsio
ad August.

Eo admisso
explicatur
vtriusque
confusio
adductus ex
Hieron.

Hieron.
argum.
contra Lucifer.
in Spalat. re-
torqueri
potest.

Resp. ad
authorit.
ad August.
ex Gelasio.

dem arg.
ibi olim
hycis S.
Thom.

§. X.

S. Leo Papa se vindicat.

Ad Leonē
responsio.Non fide-
liter & in-
tegrè citat
Spalat.
Leonis
Verba,

I. **N** Vllum vnquam iuxta Canones legitime ordinatum à Sacerdotum albo expunxit Leo, nec Sacramentum ritè semel collatum suo perpetuo ac inuariabili carere effectu pronunciauit; solum intrusum qui nec vocatus, nec electus, nec consecratus esse conuincitur, ex illegitima assumptione pro Aposcopo non Episcopo habuit, idque solùm indicant Leonis verba nec fideliter nec integrè relata, non fideliter, quia Epist. 90. ad Rusticum Narbonensem, non autem Epist. 95. scripta inueniuntur; non integrè, sic enim habent: Nulla ratio finit veraciter Episcopos habere qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à Prouincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio consecrati, vnde cum sapè questio de malè accepto nascatur, quis ambigat nequam esse tribuendum quod non docetur fuisse collatum? vbi extensio quoque fit ad dubiam ac incertam Ordinationem, vt non pro certo Episcopus habeatur, si dubia censeatur eius promotio.

§. XI.

Ad secundam classem argumentorum & primò ad auctoritatem Gregorij.

Ad i. &
ad aucto-
ritatem
Greg.

I. **A**D primum secundæ classis argumentum negatur antecedens. Ad Gregorij auctoritatem respondetur aliud esse non tradi effectum Sacramenti, aliud Sacramentum & intentionem suscipientis vel dantis damnari. Primum Gregorius non impugnat. secundum asseuerat, nempe in Simoniacâ Ordinatione sceleratum de titulo & honore esse sollicitum, non tamen de tanto honore & officij dignitate dignè præstanda & obeunda curare. quod tamen à probo Sacerdote, qui non tam dici quam esse Sacerdos concupiscit,

quàm longissimè abest. verè autem tales ordinatos esse, ac validè ex alijs locis S. Gregor. colligitur, in epistola ad Brunchildam lib. 7. in d. 2. epist. 113. & lib. 9. ep. 3. & 55. vbi Spiritum S. dari & Dei dona, nimirum quantum ad Sacramenti potestatem profiteretur per eam chirotoniam, & propter crimen dolebat Sanctus quòd ex simonia [*Sacerdotij dignitas in despectu & sanctus sit honor in crimine*] & quod dignitas sancta esset, & non diuina vocatione sed præmijs & pecunijs eam nonnulli assequerentur, & habita non benè vterentur. & hæc legere non aduertit somniculosus Antonius in Greg. quem falsò suæ phantasiæ patronum allegauit.

§. XII.

S. Ambrosius vindicatur.

1. **A**D Ambrosium fugit Spalatensis, à quo tamen seuerè retunditur. In eo enim loco colloquium vel dialogum instituit Sanctus cum alio Episcopo simoniace ordinato. cui tres quæst. proponit. Prima [*Quid accepisti in Ordinatione? Accepisti gratiam episcopalem.*] Secunda: cur vocatur gratia? Quia gratia datur. Tertia: quis eam dat? Deus per ministerium hominis, ex qua responsione ita contra Simoniacum argumentatur Ambrosius gratiose ludens honomya gratiæ videlicet [*Ergo vt apparet ex responsionibus tuis, gratiam cum ordinareris non suscepisti. & ideo frater si gratiam non accepisti quomodo Episcopus effici potuisti? &c. nam & ad Discipulos suos Dominus dicit, Gratiâ accepisti gratia date. cur ergo gratiam non accepisti te pretio possidere gratiam? nam vt video aurum dans perdidisti. & gratiam non accepisti.*] Iudebat igitur Sanctus Ambrosius in nomine gratiæ episcopalis, cum videret Dialogistam alterum per eam intelligere episcopalem dignitatem, quam non negabat Ambrosius, & quia ex ambiguitate nominis vide-

Ad aucto-
ritatem
Ambrosij.Aliud est
gratia Sa-
cramenta-
lis aliud
characte-
ris Cha-
risma.Simo-
cus
cipit
dotat
grati
& si
piat
nem.Ad a-
rit.
Chry-

videbat posse intelligi gratiam pro Charismate, qui est alter effectus Sacramentorum, ut secundum hanc acceptionem eum redargueret & rubore perfunderet, atque ad sanam mentem reuocaret, docet per simoniacam Ordinationem accepisse gratiam, id est, Charisma, quæ est gratia gratum faciens ac alter Sacramentorum effectus: & utrumque effectum sacramentalem postea explicans Ambrosius tradi in Ordinatione, concludit non accepisse illum dialogistam sacramentalem gratiam, sed accepisse solum Ordinem Episcopalem; sic igitur habet in 3. illa quæst. *Quis*

Simoniacus non accipit sacerdotalem gratiam, & si accipiat Ordinem.
dat frater episcopalem gratiam, Deus an homo? respondes sine dubio Deus; sed tamen per hominem dat Deus. Homo imponit manus, Deus largitur gratiam, Sacerdos imponit supplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dextera, Episcopus initiat Ordinem, & Deus tribuit dignitatem: (vide utrumque effectum, gratiam, dignitatem) O iustitia, & aequitas. si homini pecunia datur qui nihil in Ordine amplius operatur, nisi solum seruitium quod ei traditur, cur Deo totum negatur (totum, hoc est uterque effectus, gratiæ scilicet & dignitatis quantum est ex potestate sua) qui ipsum Ordinem tibi largitur? hoc est dignitatem, non Charisma & gratiam qui est alter effectus. & hæc mens Ambrosij aded perspicua, ut à luscis etiam perspicui possit.

§. XIII.

Chrysostomi & Clementis dicta vindicantur contra instantias Spalatensis.

Ad auctorem ex Chrysost.
 3. *Si auctor illius operis Arianus est, vel Chrysostomi operibus venena immiscuit, detrahetur illi auctoritati non modica fides, sed detur quod sit genuinus Chrysostomi factus, exponi potest, iustos ordinari à Deo secundum totum, ut dicebat Ambrosius, quantum est ex vi Sacramenti non solum accipiendo characterem, sed &*

sacramentalem gratiam, iniustos non ite, qui solum characterem accipiunt. Vel demum, iustos ordinari à Deo quantum ad missionem & vocationem, iniustos vero hominibus seipso obtudere: Sed quid cani cum balneo? non enim ad Simoniacos in speciali producant: sed in vniuersum ad omnes qui ijs dotibus quæ ad Sacerdotium dignè exercendum necessariæ sunt, destituuntur. consule supradicta in Cypriano & Dionysio. Properamus ad Clementem.

4. A plerisque opus illud Clementis non existimatur legitima soboles sed supposititia. At esto (ut grauioribus placet) ingenium, totum argumenti pondus est in his verbis, quod impius Sacerdos, Sacerdos non est, quia à Deo ordinatus non est, quæ verba exponi possunt ut præcedentia Chrysostomi: sed breuius distingui possunt, quod Sacerdos Episcopus vel malitia inquinatus Sacerdos non est MERITO idque conceditur, OFFICIO, hoc negatur, vel demum non est ordinatus, id est, destinatus secundum voluntatem Dei specialiter concedo, secundum voluntatem & merita populi negatur: vnde Origenes in Num. homil. 4. cap. 3. & 4. loquens de Saul dicit, quod [utique eum Dominus elegerat & Regem fieri iusserat, negat (Deus) eum cum sua voluntate & consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in Ecclesia fieri, quia pro meritis populi aut in verbo potens tribuitur rector Ecclesie, aut si malignum faciat populus in conspectu Domini, talis Ecclesia iudex datur, sub quo famem & sitim populus patiat, non famem panis atque sitim aqua, sed famem audiendi verbi Dei.] non ergo præfectura malignus pastor vacuatur, qui quamuis Deo iniustus præficitur, non iuxta suam voluntatem, sed secundum exigentiam demeritorum. vnde sicut Iudæi impij etiam merito Abraham non habebant, filiationem

Iniusti solum characterem Ordinationis recipiunt.

Ad auctorem ritatem Clementis.

Malus Pastor præfectura non euacuatur.

tamen eius non amittebant cùm ijs dicebat Saluator, si filij Abraham esstis, opera Abraham facite. ita faciunt quidem peruersa opera Episcopum Deo inuisum & ea dignitate indignum, non tamen dignitatem obliterant. Fit quidem in oculis Dei inter indignos à dignis ex sua gratia & charitate discretio, vt boni ea dignitate digni habeantur, quòd cum non sit hominibus peruium qui occulta cordium non agnoscunt, consequitur, non hominum iudicio internam bonitatem vel malitiam posse discerni, sed indifferenter omnibus legitimè ordinatis (ne confundatur Ecclesia) esse parendum.

Ad primam instantiam.

5. Ad primam instantiam, illa quoque comparatio improborum Episcoporum cum Prophetis illis improbis (qui tamen donum prophetiæ diuinitus acceperant) potius nostrum propositum firmat quàm infirmit, & monstratur cum gratijs gratis datis compassibilia esse crimina, & è contra, nunquam tamen cum gratia gratum faciente, & hæc amitti potest manente gratis data & sacramentali caractere, vnde & de Caypha Christi interfectore dicitur ab Euangelista, cùm esset Pontifex prophetauit. Per quod (ait author qq. nou. & vet. test. q. 11.) ostenditur Spiritum gratiarum non personam sequi, sed ordinem traditionis, vt quamuis boni meriti sit, non tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus, vt officium ministerij exhibeat: Dei autem est effectum tribuere benedictionis] consecratiuè per caractere & gratiam, vt etiam si gratia non sit, Sacramentum maneat in suo effectu characteris. vnde Augustinus 3. contra Parm. c. 4. Regem David celebrans ait, quòd vnctionis mystico Sacramento tantum honorem detulit, vt id nec in sceleratissimo Saulo contemneret, imò tantum veneraretur, vt amplius omnino non posset [quòd quidem contra litt. Petil. 2. c. 4. propter sacrosanctam Vnctionem & honorauit viuù &

Ostenditur multis exemplis Scriptura.

vindicauit occisum (& mox) ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem, non vite sua vnctionis, nam hoc sine innocentia nemo potest, sed Sacramenti Dei quod & in malis hominibus sanctum est.] non distinguens ergo cum Augustino Spalatenis sanctitate vitæ quæ est ex gratia, & sanctitate Sacramenti quæ ex caractere, tam turpi & puerili obiectione suas chartas maculauit.

6. Ad secundam instantiam. Nondum barbatus senex dum in schola Theologorum olim adoleceret, didicit vulgatam illam & tritam distinctionem de opere operato, & opere operantis. Quæ præstat Sacerdos etiam impius, ex opere operato sunt ac proinde efficacia Deo accepta, nec inuisa esse possunt. eadem verò opera vt ex homine malè operante procedunt, execrationes sunt & maledictiones, per quas meritò damnationem sibi acquirit. eadem Cayphæ sententia vt à Spiritu sancto procedens pijsissima & sanctissima, vt tamen à scelesto Politico & in Christi Domini necem fabricata, scelestissima fuit, atque impijsissima, vnde Augustinus de impiorum ministerio tractans Sacerdotum 2. contra Petil. cap. 11. sic dicit: Spiritus autem Sanctus in Eccl. sic Præposito vel Ministro sic inest, vt si fictus non est operetur per eum Spiritus Sanctus, & ad eum mercedem in salutem sempiternam, & eorum regenerationem vel adificationem, qui per eum sine consecratur sine Euangelizantur: si autem fictus est, quoniam verissime scriptum est: Spiritus enim Sanctus disciplina effugiet fictum, deest quidem saluti eius, vt auferat se à cogitationibus qua sunt sine intellectu, ministerium tamen eius non deserit; quo per eum salutem operatur aliorum. si preciosum à vili separasset Marcus Antonius os Dei diceretur, nunc confundens opus operatum cum operantis opere, nec distinguens characterem à gratia, os Diaboli deprehensus præcis illis Donatistis: meritò

Distinguenda sanctitas vite in sacramentali caractere.

Ad 2. instantiam.

Ad 3. instantiam.

Opus operanti distinguendum ab opere operato.

annumeratur. Quod demum contra Petrum Damianum concludit inanem esse Petri Damiani conatum, immeritò tam eximius Doctor taxatur, Catholicè enim procedebat contra negantes vim sacramentalem inesse Consecrationi, eos euincens ex caractere quem imprimit, & hæreticè procedit Spalatensis, dum è regione se opponens, ex abnegatione Sacramenti caracteris dicit se colligere Ordinem Sacramentum non esse. In Lunæ campis spaciabatur credo, vt quicquid dicere luberet, liceret per solitam hæreticis nugandi licentiam.

Ad 3, instantiam. 7. Ad tertiam instantiam Marcus Antonius Patronum Hussij aliquantisper se simulat, Hæresiarchæ iam pridem eierati & anathematizati Constantiæ, vt mundo scilicet ostenderet profugus inter Hussitas quoq; suam se habere sedem. debebat potius formidare, dum illi Episcopos imperitos & indignos sua dignitate expoliant, ipsum quoque denudatum & decaluarū, inter æquiuocos Episcopos collocatū iri. Quod si Hussitana dogmata omnino tuta voluit, cur nō tota Hussitatum dogmata, vel saltim illud vnum in quo Catholicā doctrinam sentit, recipere neglexit? sed ad Ordinem doctius eliminandum obstinabat animum Antonius. at audi Hussium tuum tutelarem, ad c. 5. Jacobi: [Character excellentia & dignitatis imprimitur in Sacramento Ordinis &c. Non iterantur Sacramenta, quæ reliquunt in suscipientem characterem, vt Baptismus, Confirmatio & Ordo.] Solum tibi cura fuit seligere quod ad tuos fauos felle plenos efformandos quomodocunque conducebat. is ergo damnatus articulus octauus, flos tibi fuit ad aconita, inde surgenda pestilentiora. *Sacerdotes quomodolibet criminosè viuens Sacerdotes polluent potestatem &c.* & vt fucum faceres Lectori pro Ecclesia te stare fingis, Donatistas impe-

tendo: non pendere Baptisimum à gratia Ordinis &c. Falsum est autem Marce Antoni gratiam quæ ad munia sacerdotalia obsequenda necessaria est, peccato pollui & obliterari, quia etsi vt dignè ea quis administret gratia gratum faciente opus habeat, vt tamen simpliciter administrare possit character sufficit, qui nec pollui nec obliterari potest. Si enim, dicebat Augustin. 3. contra Donatist. cap. 10. *Ad res visibiles, quibus Sacramenta tractantur, animum conferamus, quis nesciat eas esse corruptibiles? Si autè ad id quod per illas agitur, nempe ad Dei virtutem & Dei potentiam ministro communicatam, quis nos videt non posse corrumpi, quamuis homines per quos agitur, pro suis moribus vel premia recipiant vel pœnas luant?*

8. Quod vero aduersus Hussitas proferbatur ad hominem, sequi eos ex eorum positione non esse ordinatos, cum ab Episcopis nostris contingit initiari, Episcopos enim orthodoxos vt impios hæreticos habent, vt vtrique parti gratificetur vespertilio, iudicium suum interponit, vt Ordinationes susceptas à Catholicis ratas habeant, & pessimè consilio, quibus in Catholicos insurgant ministat arma, videlicet vt dicant, *nostros Episcopos materiales hæreticos haberi, idemque effugium & præsidium Euangelicis reformatis parat, cum non habent commoditatem Episcoporum Reformatorum, interim in suis opinionibus quisque abundet in suo sensu, donec Ecclesia quid sit sentiendum plenè definiat. Quid hoc consilio insipientius? quid hac doctrina inuolucius? si tam Hussitæ quam noui Cacangelici altare contra altare erexerunt, nostros cœtus fugiunt, & à nostra communione abhorrent, & relicta Hierosolyma in Bethel adorant, cur eis suadeatur communio per receptionem Sacramentorum à nostris? dum fugiunt, nedum materialiter sed formaliter nostros Episcopos pro Hæreticis habent,*

Gratia
qua in Sa-
cram. Or-
dinis con-
fertur non
polluitur
peccatis
hominis.

M. Anton.
Episcopos
nostros vs
materiales
hæret. vult
haberi ab
Hussitis,
& ab his sic
eos posse or-
dinari.

Distingua
enda san-
ctitas vna
in sacra-
mentali
characte-
re.
Ad 2. in-
stantiam.

us ope-
ati di-
nguen-
ab opere
rato.

Inaniter
M. Ant.
pretendit
orthodoxia
cum hæresi
conciliare.

Vna est Ec-
clesia vni
Altare, &
vnum Sa-
cerdotium.

habent, si confugiunt participando in Sa-
cramentis, non esset piaculum in re non-
dum decisa quantumuis quis erret mate-
rialiter participare, & maxima iniuria sit
innoxijs, tam duro schismate diuelli. At eo
tendit Antoniana vafricies, vt velit concili-
are hæreses cum orthodoxia, nullamque
esse differentiam inter Orthodoxos &
Cacodoxos, nisi de adiaphoris, vel de re-
bus nondum ab Ecclesia definitis, cum
tamen etiam in ipsis (quos illi vocant fun-
damentales, & capitales) articulis perti-
naci animositate aberrant; duoque Alta-
ria & duas Ecclesias constituere intendit,
cum tamen vnum Altare, vnum Sacerdo-
tium sit, vnaque Ecclesia: Aliud Altare di-
cebat Sanctus Cyprianus epistola 40.
Consilium Spalatenfis præuidens, aut Sa-
cerdotium nouum fieri præter vnum Altare &
vnum Sacerdotium non potest. Quisquis alibi
collegerit, spargit, audi consilium diuinum
non pseudo politicum, adulterum est, impiuu
est, sacrilegium est quodcumque humano furore
instituitur, vt dispositio diuina violetur. Procul
ab huiusmodi hominum contagione discedite,
sermone eorum velut cancrum & pestem fugi-
endo præmonente Domino, & dicente. Cæci sunt
& duces cæcorum: cæcus autem cæcum ducens
simul in foueam cadunt.] hæc putem præ-
ponderare consilio Spalatenfis.

§. XIV.

Tharasijs & Gregorij testimonia vindicantur.

Resp. ad te-
stimonia
Tharasijs
& Grego-
rij.

1. I Terum abrupto cursu alio contem-
dens, ad Simoniacas Ordinationes
reuertit resticulas nectens è fragilibus fi-
lis perperam intellectorum testimonio-
rum Tharasijs & Gregorij. Tharasijs primū
testimonium non reperitur in loco citato
à Spalatenſi apud Gratian. nec in eius e-
pistola ad Hadrianum quæ extat tom. 3.
Concil. & etiam commodam habere exp-
licationem possēt tale testimonium hu-

iusmodi scilicet Ordinationes esse falsas,
id est, non quidem destitutas veritate ef-
sentia, (sic enim veræ sunt) sed in quan-
tum interiori gratia vacuantur, & in exi-
rium vergunt, falsæ dicuntur, id est, falla-
ces & perniciosæ: secundum quem sensum
1. quæst. 1. quicumque eorum benedictio
in maledictionem vertitur Simoniacorū,
cum benedicti Sacerdotis ore videntur, vt
ponderauit Damianus opuscul. 6. cap. 37.
Eorumque ait, non solum mala mala sunt, sed
bona ab ipsis facta sunt mala, quibus nimirum
benedictio in maledictionem, Charisma in hære-
sim, Sacramenta in sacrilegium, honor in contu-
meliam, prouectio versa est in ruinam. nun-
quam tamen dictum est tales Ordinatio-
nes esse nullas, irritas, quod ostendere de-
bebat Spalar.

2. Alterum testimonium Tharasijs ad-
mittitur, nempe Simoniacos non recipere
gratiam Spiritus sancti, diuinum scilicet
Charisma animam gratam faciens, nun-
quam dixit characterem non accepisse, vt
fingis.

3. Ad auctoritatem Gregorij 7. 6. Re-
gistr. ad epistolam 5, in decret. ea autori-
tas habetur sub nomine Gratiani cap. Or-
dinationes 1. quæst. 1. nec rectè locus à Spa-
latenſi citatus reperiri potuit sub illa for-
ma verborum vt obiicit, infirmas & irritas
esse iudicamus, sed sub hac: falsas esse iudica-
mus, & eundem sensum Tharasijs commo-
dè applicatum vt explicatum suscipere
possunt, nunquam irritas dixisse reperias,
cum has etsi illicite vsurpatas ratas & fir-
mas sacri Canones esse voluerunt 1. quæst. 1.
per multos Canones de cætero. Can. con-
tra Simoniacos &c.

4. Ad secundam partem capit. argu-
menti. Innocentius explicatur in duobus
citatilocus. Vbi in ictu oculi ab Antar-
ctico ad Arcticum diuertit. Aduersarius ab
Ordinatione Simoniacorū ad Ordina-
tionem

Ad 2. Tharasijs.

Ad auth.
Greg.

Differēt
inter bap-
tismum,
& ordina-

In hæreti-
cis chara-
cterem
manente
firmo in-
terdicitur
vſus Sa-
cram. d. ad
Ad alium
locum In-
nocentij.

Ad auth.
rit. Innoc.

tionem factam ab Hæreticis, & à Romanis Pontificibus præsidium putat se habere ad Innocentij auctoritatem confugiens, vt quondam fecit Pelagius: sed si Innocentium in sua bibliotheca vidit non legit tamen, si enim legisset, ex collatione Baptismi cum Ordine, vtrumque Sacramentum esse fassus esset: sed differentia quam dicit asserere Innocentium non est in citata Epistola 20. sed 18. ad Alexandrum Episcopum, & habetur 1. q. 1. cap. *Arianus*. quem locum citat & exponit Damianus opusc. 6. c. 22. vbi tamen nonnulla dicit quæ iuxta doctissima scholia R. P. Abbatis nūquam satis laudari D. Constantini Caietani nihil ei suffragantur, nam & si dicatur esse baptismum ritè collatum ab hæreticis, ordinatos tamē ab hæreticis dignos Christi honoribus non esse, nō tamen negat ordinationem talem esse ratam, sed nō esse ministerij gradum hæresi contaminatis, & honores conferendos. Hæc est autē discretio inter baptismum, & ordinationem, quod baptismum ex sua natura nullā includit hierarchicam dignitatem, solum regenerat filios Dei suscipiētes, vt dein possint esse susceptiui hierarchicarum actionum, & potestatem passiuā, id est, characterem baptismalem suscipiunt vnde fiunt habiles suscipiēdi reliqua Sacramēta: ex ordine verò acquiritur ius dādi Sacramēta, quod est character, qui est potentia actiua, cumque potentia respiciat vsum, potest vnum ab altero separari, vt remanente firma potestate vsus interdicitur. Quare & si (vt respondeamus alteri loco Innoc.) idem negarit in ordinationibus Arianorū gratiā Spir. S. ad exequenda munia dignè, nūquam tamen Sacramenti virtutem, & efficaciam profluentem ex characterē denegauit, per quam sibi simile in potestate producere poterant, sed non in sanctitate, nec in dignitate: vnde meritò dixit, eum

qui honorem amisit honorem dare non posse, cum enim hæretici honore spoliati sint, vt pote præcisi ab Ecclesia, nullum honorem quem amiserunt dare possunt. Sed & si aliquando ab hæreticis ordinatos admissos legimus, hoc ipsum tamen est quod clarius probat intentum nostrum, nam non sunt admissi, vt reordinārentur, sed ad sacras functiones exercendas, vbi elucet Præfatis Maiestas, & dignitas restituri. At si ex conditione temporum iuxta Innocentium ea indulgentia facta est, vt id modo amplius ferendum non sit, non est quod hoc dictum Innocentij Spalatensem mercenarium obmurmurantem contra Patrem familias conturbet, quia & causæ subesse possunt vt honori restituantur, & similiter causæ, vt in perpetuum tales criminosi omni gradu sacratori pro omni tempore careant: talis ratio Innocentium mouit, vt ordinatos à Bonoso admittendos non esse iudicaret. Hunc vltimum locum expendit egregiè S. Petrus Damianus sup. cap. 25. vbi ex illo ostendit, interdum à suis non remoueri officijs ab hæreticis ordinatos, affertere exemplum Bonosi, sicut cap. 25. exemplificat de Acacio, & quasi Spalatensem tantò ante occurrēs, docet nonnunquā seuerius vindicatum in ceteros: quid iam dicetur ad ista: qua aduersus hæc (Spalatensem indignans) poterit callere versutia? qua veritati repugnantibus suppetere poterunt argumenta? ecce de vna persona specialiter agitur, sed vniuersalis est causa, qua generaliter desinitur, non tam nos tãquam pro hæreticis stantes ad hoc ipsa prescribimus, vt reliquas Sanctorum PP. sententias, qua in eos eorumq; ministeriū seuerius vindicant destruamus, sed ideo planè, vt dum qua in prioribus sanctis fuit moderatio discretionis attenditur, ab his quoque qui nunc sunt nequam per immoderatam iustitiam limes recti

Hæretici redeuntes nunquam reordinantur.

Petri Damiani expositio ad decretales al-latus Pontificis.

Seuerius olim veritum ne hæretici redeuntes admittentur ad vsum Ordinum.

exami-

Differentia inter baptismum, & ordines.

In hæreticis character remanente firmo interdicitur vsus Sacram. dādi Ad alium locum Innocentij.

Ad 2. Th. rasi.

Ad auct. Greg.

Ad auct. Greg.

*Id quãdo-
que ratio-
nabiliter
dispensatũ.*

examinis excedatur, ac ijs etiam illud congrue videatur, quod de quibusdam eorum similibus per Apostolum dicitur Rom. 10. quia zelum Dei habent non secundum scientiam. Sed M. Antonius nec zelum, nec scientiam habebat, cum charitatem, & fidem cum homine exuisset. Nihil ergo firmum ex tam famoso Innocentij dicto cõficit, quo suum propositum stabilit, nã à non habente dignitatem dignitas non producitur bene tamen character, vulneratur caput ex peccato indignæ acceptionis Sacramenti, oleum autem benedictionis non euacuatur, & si gratia Sacramentalis non detur quo sanetur vulnus, nisi postea resipiscat per pœnitentiam, postquam cicatrix remanet, dum honore spoliatur, & priuatione Sacramentum functionum, ad quas si ex concessione in pristinum restituantur, non ex hoc inferitur ex deputatione restitui ad antiquam deputationem, sed ad vsum potestatis ad quem propter characterem non simplicem deputationem, sed Sacramentalem vim in ordinatione acceperunt.

*Hi admissi
non ad an-
tiquam
deputationem
restituti, sed ad
vsum cha-
racteris
antiqui.*

§. XV.

Nicolaus tandem vindicatur.

*Ad autho-
ritatẽ Ni-
colai respõ-
sõ.*

1. PRIMò scire debuerat Spalatenfis non inueniri illam Decretalem Nicolai ad Imperatorem Michaelem tom. 3. concil. vbisunt diuersæ ad diuersos: tamen vt sit, ea verba eandem recipiunt interpretationem, quam superiora Innocentij, nimirum cum loquitur de Gregorio Syracusano, sermonem esse de honore Episcopatus non de characterem, qui etiã in Apostatis integer perseuerat, & nihil eum dedisse Photio honoris aut dignitatis, cum iisdem ipse Syracusanus esset destitutus. Hinc Magistrum sententiarum à Sacerdotibus Hæreticis potestatem auferentẽ merito scholæ deserunt, in qua quæst. ipse per-

plexus aliorum sententias posuit, nullumque suum interponit iudicium, sed egregiè S. Th. 4. 7. 25. q. 1. & alibi, eas ex orthodoxia dissoluit.

2. Quas verò in calce alias tricas affert, ad conscientias potius innodandas quam pacandas, allegando videlicet auctoritatem Chrysostomi, nihil faciunt ad suum propositum; nec ipsemet quid per interiorum Ordinem intelligat, explicat, nam si characterem intelligit, fauet Catholicis, sed non excluditur ministerium consecratoris exterius; si eo excluso asserat fieri à diuina prouidentia Sacramentales effectus sine aliqua potestate ministeriali cõsecratoria hominis, vt à Deo prouidente, vel assistente causentur, vel suppleantur, diuinat absque fundamento ordinarium cursum Sacramentorum euerrens. Planissimuserat Chrysostomi sensus, nempe multos non ordinari à Deo approbante, tolerante tamen, ita vt etiam se accommodet suo concursu quatenus scelestus initiatus tamen si gratiam non accipiat, potestatem tamen conferendi Sacramenta (quod exemplo Iudæ à Chrysostomo adducto magis fit manifestum) diuinitus recipit. Seipsum ergo potius illaqueauit, quam alios extricauit Antonius.

PVNCTVM II.

De irreuerabilitate Sacrorum Ordinum.

3. Argu

CERTAM sibi de hoc Sacramento spondebat sacrilegus Spalatenfis Victoriam, dummodo ex illorum Sacramentorum auocasset numero, quæ Characterem imprimunt; idcirco separatim collectis in nouum conatum virulentis viribus probare aggreditur Sacros Ordines non amitti tantum ac deleri, sed etiam iterari posse, vnde num. 33. ita insultat iactabundus: *non modo debilem, & amisibilem, vt iam ostendimus, reperimus Sacrum Ordinem, sed*

2. Argu

*Explicatur
Chrysof.*

2. Argu

3. Argu

sed etiam iterabilem, num propterea erit Sacramentum imprimens characterem?

Argumenta M. Antonij contra sacrorum Ordinum initerabilitatem.

CAPVT I.

Quam re etè monuit Vincentius tantò magis Hæreticos fugiendos esse, ac pertimescendos, quantò sublimiores per scripturarum multiplicatos passus incedere gestiunt. Spalatensis vixaliter quàm ex Concilij, Patribusque suos consuere centones molitur, vnde & hic ita argumentatur, num. 23.

1. Argum. 1. Certè Patres Concilij Nicæni ita scribunt ad Alexandrinam Ecclesiam, & Aegyptios: Illi autem qui à Meletio schismatico Presbyteri designati sunt, simul atque sanctiore ordinatione confirmati fuerint, hac conditione in Ecclesie communionem admittantur, nimirum vt Ecclesiastica dignitatis & mysterij gradum habeant illi quidem, sed tamen omnibus Presbyteris in singulis Prouincijs & Ecclesijs versantibus, qui sunt ab honoratissimo Viro & Collega nostro Alexandro ordinati, sint omnino inferiores.

2. Argum. 2. Cyrillus verò Alexandrinus Ioannem Chryostomum ab Episcopatu depositum inter laicos relatum fuisse censet, vt propterea nomen eius non esset in sacra Diphyca inter Sacerdotes reponendum: Consequens, inquit, non est, vt laicus sacerdotali dignitate eminentibus adnumeretur.

3. Argum. 3. Ampliùs: Concilium Toleranum Clericos iniuste etiam degradatos supponit verè totum Ordinem amisisse, vt propterea in ipsorum restitutione nouiter debeant suorum Ordinum accipere collationem, sic enim habet cap. 17. Episcopus, Presbyter, aut Diaconus si à gradu suo iniuste deiectus in secunda Synodo innocens reperitur, nõ potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos reci-

piat coram Altario de manu Episcoporum, si Episcopus est orarium, annulum, & baculum, si Presbyter orarium & planetam, si Diaconus orarium & albam, si Subdiaconus Patenam, & Calicem, sic & reliqui gradus ea in reparatione sui recipiant, quæ cum ordinarentur perceperunt. Hæc ex Concilio, quibus subdit Spalatensis: In traditione verò istarum rerum & instrumentorum consistere Sacramentum Ordinationis plurimi ex nostris deierant Theologi, cum verò Concilium hoc ista repetat, planum est, penes ipsum ordinationem esse meram ministerij deputationem qua auferri possit & reddi.

4. Quinimò, adiungit, Romanum præterea quoddam Concilium sub Stephano IV. censuit, & ipsos semel à schismaticis ordinaros iterum debere à Catholicis consecrari. 4. Arg.

5. In Concilio Romano statutum, ex Anastasio Bibliothecario, vt omnia quæ Constantinus schismaticus in Ecclesiasticis Sacramentis, ac Diuino cultu egit iterari debuissent, præter sacrum Baptisma & sanctum Chrisma. Vnde tandem concludit num. 26. istud suum inauditum paradoxum, Ordinem non esse verum Sacramentum; sed meram ad ministerium deputationem sine vllò characterè, eique deputationi ita adesse Deum, vt pro rata ministerij consentaneam tribuat potestatem, his quidem quos Episcopi ad Presbyteratum promouent Presbyteralem, his quos in Episcopos ordinant Episcopalem. 5. Arg.

Orthodoxa veritas roboratur.

CAPVT II.

1. **I**stas autem reiterationes vt sacrilegas Dei Ecclesia semper habuit, nec faciendas esse multis canonibus sancitum est, Concil. Florent. in litteris vnionis sic docet: Inter hæc Sacramenta tria sunt, Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem id est spirituale quoddam signum à cæter. distinctum imprimunt in anima indelebile, vnde in eadem perso-

In tribus Sacram. character imprimuntur.

Probatio
ex Concilijs

persona non reiterantur. & in Trident. l. c. 7. can. 9. Si quis dixerit in tribus Sacramentis Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile, vnde ea reiterari non possunt, anathema sit. vbi notanda est casualis. vnde ex impressione enim characteris consequenter dimanat, vt reiterari non possit Sacramentum in quo talis character imprimitur.

Secunda
probatio ex
antiquitate.

Ne autem clament Sectarii, se opprimi multitudine Pŕeglatorum, antiquitatis sensum proferamus. Sit ergo secunda probatio ex veritate.

Ex Canon.
Apost.

2. In constitutionibus Apostolorum sic dicitur cap. 68. sicut semel. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus secundam manus impositionem acceperit ab aliquo, deponatur & ipse, & qui eum ordinare tentauerit, &c.

Ex Concilio
Carthag.
& Capuŕ.

3. In Concilio Carthaginensi canon. 53. sic dicitur de rebaptizationibus, & reordinationibus Episcoporum: Porro illud quoque mandatum referimus quod in Synodo Capua ordinatum est, vt non fiant rebaptizationes vel Episcoporum reconsecrationes, vel translationes. in quem locum Zonaras ait, quod Patres eius Synodi canonis supradicto innixi hac decreuerunt.

Ex Innoc.
Papa.

4. Innocentius Epistola ad Laurentium Symensem Episc. c. 2. claram habet de hac re sententiam, dum satageret quosdam in sui Episcopi communionem recipi debere, qui zelo iustitia dolebant, quod Rusticus quidam nomine iterata reordinatione Presbyterium suscepisset, quem locum diligenter refert & expendit P. Damianus lib. qui appellatur Gratissimus, cap. 33.

Ex Felice
Papa.

5. Felix Papa (& habetur de consecrat. dist. 4. eos quos) ostendit, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos iterum rebaptizatos Christum exuisse, & palam (facto) Christianos se esse negasse. & vbi Petrus Damianus hunc lo-

cum adduxisset c. 30. subdit. in quibus verbis illud est solertius incuendum: quia si rebaptizatus idcirco Christum negasse dicendus est, quia post baptismum acceptum se negauerit Christianus, v etiam qui reconsecrandus accedit, Spiritum S. negasse conuincitur. qui post consecrationem Spiritum S. se non accepisse testatur.

6. Gregorius Papa lib. 2. Regum cap. 32. Illud autem quod dicitis, vt is qui ordinatus est iterum ordinetur, valde ridiculum est. & ab ingenij vestri consideratione videtur extraneum, nisi forte quod illud exemplum ad medium deducitur, de quo & ille indicatus est qui tale aliquid fecisse perhibetur. Absit autem à fraternitate vestra sic sapere. Sicut autem baptizatus semel iterum baptizari non debet, ita consecratus semel in eodem ordine non valet iterum consecrari. Alia decreta legenda apud Gratian. l. q. 7.

7. S. Cyprianus (vel quicumque fuit ille author ser. de ablut. pedum.) Nemo, inquit, sacros Ordines iterum renouat.

8. S. Aug. contra Parmen. c. 13. Vtrumque Sacramentum est, nempè Ordo, & Baptismus, & quadam consecratione datur, quæ cum perŕetia vocetur à Dionysio, est ipse character: illud cum baptizaretur, istud cum ordinaretur, ideo in Ecclesia vtrumque non licet iterare: & postea: sicut baptismus in eis ita ordinatio mansit integra & c. & cum expedire hoc videatur Ecclesia, vt Præpositi eorum venientes ad Catholicam societatem honores suos ibi non aduinsrent, non eis tamen ipsa ordinationis Sacramenta detrahuntur, sed manent super eos; ideoque vide causalem, non eis in populo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi Sacramento fiat iniuria. & lib. 1. contra Donatistas cap. 1. Sacramentum baptismi est quod habet ille qui baptizatur, & Sacramentum dandi baptismi est quod habet qui ordinatur. Sicut autem baptizatus si ab vnitate recesserit sacramentum Baptismi non amittit, nulli enim Sacramento

Ex Greg.
Papa.

Ex Pet.
Damian.

Ex S. Cyp.

Ex S. Aug.

Ad 1. a
Palat.

Cur Sa-
cramentis
Ordinis sit
irreiterabile, ex
mète Aug.

smento iniuria facienda est, &c. & postea. Nam sicut redeuntes qui priusquam recederent, baptizati sunt non baptizantur, ita redeuntes, qui priusquam recederent ordinati sunt non utique rursus ordinantur, sed aut administrant quod administrabant, si hoc Ecclesia vultis postulat, aut si non administrant, sacramentum Ordinationis tamen sua gerunt, & ideo ex manus inter laicos non imponitur. Hæc & similia loca adducit ad idem propositum Carnotensis ep. 57.

Ex Petro
Damiano.

9. P. Damianus loc. cit. cap. 30. Planè qui sacri eloquij limen consuevit atterere, rebaptizationem & re consecrationem sub eiusdem examinis didicit lance pensare, & mox, sicut nefarium est si quis per reiterationem baptismi Christum à se presumat expellere, ita nihil minus execrandum, si per re consecrationem Spiritum S. non timeat abnegare. consultò cum eodem dicam cap. 33. apponendas sententias Sanctorum Patrum dignum ducimus, ut vel excerptas delicatis, ac teneris eorum oculis opponamus, quatenus dum quod sentimus, ut sentit Ecclesia, in his que à nobis sunt prolata considerant, auctoritati etiam cui innititur credant: abijciatur ergo blasphema M. Antonij temeritas, ausus illicitus reprimatur ex eodem cap. 30. & qui arguunt Christum rebaptizatos exuere, execrentur etiam re consecratos pari Spiritum S. impietate negare.

Respondetur ad argumenta Spalatensis.

CAPVT III.

Ad 1. Arg.
Spalat.

1. **A**D primum. In maxima æquiocatione laborat Spalatensis, non distinguens designationem illam Presbyterorum à Meletio factam, ab eorundem ordinatione: obtentum est Meletij schismatici causa cognita pro bono pacis, ut ipse dignitatem retineret, sed muneris functione abstineret, presbyteri verò ordinati ab ipso arcanioribus, sacratoribusque suffragijs confirmarentur, ut verba Synodi

expressè habent, & hac conditione in Ecclesiam admitterentur, & initiatis ab Alex. legitimo Patriarcha, dignitate cederent, secundum locum tenentes. Hæc erat formula reintegrandi Apostatas & hæreticos, suæ dignitati restitutos per illa arcana suffragia & designationem in communionem admitti, nunquam tamen per reordinationem, cuius signum est quod interdum prioris dignitatis intuitu, etiam ministrare postea concessum sit, ut prius acceptam remansisse dignitatem, ex permisso sibi vsu potestatis qui prius inhibebatur, per misericordem illam dispensationem satis superque probaretur.

2. Ad secundum. Chrysostr. inuidorum Episcoporum quorundam factione à sua fede pulsus & è Diptychis sublatus aliquando, interque laicos reiectus fuit, qua voce populari & seditiosa vtens Cyrillus Laicum appellauit, cum nunquam Laicus fuerit suam dignitatem Episcopalem semper retinendo, exulceratorum animorum illa censura fuit, qui pletere innocentem Chrysostrum (quem ob Origenem defensum quia nòdum plenè cognitum, Origenis defensorem odiose prædicabant) cupiebant ea degradatione, qua contumaces, & noxij multabantur, cum dignitate retenta & indelebili characterè exauthorabantur, omni sacre potestatis vsu interdicto. Innoxio, & delinquente neque potest stare, ut qui iam consecratus est, à laico non differat, ut egregiè demonstrat P. Damianus cap. 32. nam si Simoniacus (de quo loquitur Damianus) Laicus est, & Sacerdotij sacramentum utcumque non habet, ut quid à Pastoralis ministerio cum culpa diuiditur, cui debitor per Sacramenti vinculum non tenetur? & mox. Si simoniaci, vel ab eis ordinati à laicis, ut asseritis, nihil differunt, quid est quod sacri canones simoniacos in Synodali Concilio deponendos esse

Qua forma
Apostata
recipi-
ebantur.

Ad 2o

Chrysostr.
ab inuidis
è Diptychis
sublatus.

decernunt? Nunquid si laicus sacerdotale ius usurpasse conuincitur, synodali eget causa conuentu, ut ille solemniter deponatur? Nunquid non satis erit, si priuata qualibet districtione corripitur, ut vel simplicibus verbis à præsumpta temeritate frangatur? Nunquid post depositionem simoniacis remedium penitentiae per manus impositionem suscipere, saecularem militiam baiulare, coniugem ducere, negotiorum commercijs tuto poterit inseruire? nam si exercitium perdunt, Sacramentum tamen ordinationis amittere nequeunt. Itaque cum haec omnia necessario censentur simoniacis non posse congruere, quia tamen non negatis quibuslibet laicis conuenire, fateamini necesse est, alterutra à semetipsis varietate differre, quibus perspicue videtur diuersa competere. hæc ille. quod si culpabiles sacramento non exuuntur, ut propter hoc cum laicis deputentur, an Chrysostronus innocens inter laicos reuera connumerandus erat?

Respondent alij in hoc Cyrillum humanitè excessisse, ut eius pronunciarum nœuus sit in eius pulcherrima facie; successor enim Theophili Patriarchæ Alexandr. sui Patruis, hæres videtur quoque fuisse indignationis Theophili plus æquo in Chrysostrono saeuientis, qui postea resipiscens Isidori Pelusiota monitis & Attici Episcopi, iras deposuit, & in album Episcoporum Chrysostronum reposuit. Verùm tantum vitum zelo percitum rapitumque potius, quam ira, vel odio æstimandum, vnde melior est prima responsio.

Ad Tertium

3. Ad tertium, nec ex iusta degradatione characterem perdi orthodoxia profiteretur, multò minùs per iniustam. Nihil verò aliud eo loco voluit insinuare Concilium, nisi ut iniuste depositis honor restitueretur, non per nouam Sacramenti reiterationem, sed per indumentorum sacerdotialium restitutionem, planetam sci-

licet & orarium, qua cum cæt. indumentis degradari solent expoliari. Per hanc autem restitutionem gradus amissi recuperari dicuntur, non secundum se, sed quantum ad hominum existimationem, vel secundum vltim, non verò quoad potestatem. Erat ergò exhibitio planetæ & orarij, non restitutio dignitatis, quæ remansit, sed ministerij, non eodem Sacramento, sed vestimentis, in quibus confertur Sacramentum. Satis peregrinus Spalatensis in doctrina Ecclesiastica, si planetam, & orarium putet esse materiam restituti Sacramenti.

4. Ad quartum, non fuit editum decretum ordinatos à Formoso esse iterum ordinandos, sed (quod erat quæstio facti) ut iterum ordinarentur. Hoc processit non ex ignorantia, vel hæresi, sed ex odio in Formosum, quod meritò displicuit Successoribus, ob conscientiam iniusti Decreti, quod in alia Synodo abrogatum est: causa etiam eius decreti Synodalis aduersus ordinatos à Formoso, fuit ex scrupulo apparenti Stephani, imò, & irrationabili, quod non potuerit esse Papa, cum sub Ioanne VIII. renuntiauerit in minoribus quando erat Episcopus Portuensis, omni dignitati, iureiurando se adstringens se in perpetua communione laica permanurum, vnde de facto processit Stephanus contra personam, non determinando de persona quod non fuerit Papa, quare immeritò taxatur à Morano opp. 7. quod hæresim incurrerit, vnde sicut nec hæreticus dicendus esset qui ex aliqua verisimilitudine diceret in hac hostia non esse Corpus Christi, quia suspicatur non fuisse prolata verba consecrationis ab hoc presbytero, ita idem de Stephano dicendum, non ex hæresi processisse illud iudicium quod in apparati motiuo fundatur, superabili tamen cum potuerit

Ad 4.

Decretum
nationibus
Formosi
iudicium
Stephani
iudicium
cum Syno-
do fuit in
facto nõ de
aliquo de-
creto facti.

Nun-
statu
dina
Form
teri
dina

Ad 4.

Esso

Serua
lra ve

merit & debuerit agnoscere, illud iustificandum non potuisse obligare Formosi conscientiam, cum à Ioanne VIII. metu, & vi fuerit tunc extortum: cui scrupulo adiuncta passione odij, & huiusmodi, non hæresi, sed via facti processit Stephanus cum Synodo. Accedit non liberis suffragijs Episcoporum illud decretum editum, sed vi & metu annuentibus, nunquam consentientibus imò reclamantibus, ut latè explicat Sanderus lib. 7. de visib. Monarch. num. 678. vnde illegitimum habitum est, & si tunc erratum est in facto non tamen erratum in decreto doctrinali fidei. Additur ex Sigeberto in Chron. anno 903. in eo decreto nunquam Stephanum cum illa Synodo statuisse, illos ordinatos iterum reordinari debere, vnde ex eodem Sigeberto nunquam ausus est iterum eisdem consecrare. lege nostrum Reuerendissim. Frat. Nicol. Coffeteau. in exam. progress. Mornæati in Resp. ad Philippum Mornay in Adriano III. & Stephano VI.

Ad ult. 5. Ad vltimum quod adducebatur ex Autoritate Anastasij Bibliothecarij, Constantinus ille ut intrusus, & inuasor Sedis Apostolicæ est habitus, à Synodo Rom. & à Stephano III. aliàs IV. Pontificatu exutus. vnde & meritò acta illius combusta, & ordinationes rescissæ; ut qui ab eo ordinati erant in pristinum gradum reuerterentur. Sic Choquæus respondet in Antimor. pag. 382. contra oppositionem 27. Sed respondeo etiam cum Baronio ad annum 769. illam iteratam consecrationem decretam in Synodo, non aliud fuisse, quam reconciliationis cuiusdam benedictionem. Voluit autem Ordinis Sacramento initiatos sacrari, non verò Sacramento baprismit, aut confirmationis sacratos, nam ex ordinatione erant illi Ecclesiasticam dignitatem consecuti, hi pri-

uatam sanctificationem, cumque mererentur velut Schismatici perpetuò abdicari, mitiùs egit Concilium, ut si à Schismate resipiscerent iteratò consecrarentur, non solemni ritu Ordinis, sed benedictione illa reconciliatiua, quæ in similibus casibus adhiberi solebat. Respondetur etiam ex Damiano c. 31. qui antecedentem obiectionem (ut subsequenti deseruit) sic soluit. *Quod si quisquam obiecerit post depositionem reconciliatum fuisse Formosum Rom. videlicet Sedis Episcopum, nouerit plurimos Sacerdotum reconciliatos quidem fuisse, qui tamen nusquam leguntur in idipsum denuò consecrati. Aliud enim est quemlibet per sententiam Synodalem in amissi ordinis iura restitui, aliud per consecrationis mysterium, quod iterari non potest Spiritus S. gratiam promereri, præsertim cum in eo qui deponitur, quanquam dignitatis, vtendæ deperdat extrinsecus priuilegium, manet semel adepti Ordinis Sacramentum, sicut etiam manente in se Sacramento regenerationis excommunicatur reus cuiuslibet criminis, nec caret eodem Sacramento etiam si nunquam reconcilietur Deo.*

6. Inaniter igitur concludere tentat Ordinem esse Sacramentum, sed nudum ministerium absque charactere, cum nunquam euerit Sacramentum istud hoc characteris effecta vacuari, & quæcunque adduxit non argumenta, sed deliramenta sunt, atque figmenta à Wicleph, Lutero, & alijs suis symmistis recepta, ut Hierarchiam Ecclesiasticam confunderet, & suo quoque qui ei ad damnationem permanet si non resipuit in extremo halitu characteri illuderet, minùs ipse modò ridens quam ridendus: audiat insignem Damianum transfuga tanto ante phantasiam Protestantiam confutantem c. 31. *Age igitur qui astruunt quomodolibet consecratos secundam manus impositionem suscipere, non suam contenti, Canonica auctoritatis id studeant restringitur.*

Ad 4.

Nunquam statuti ordinari à Formoso iterum reordinandi.

De cõditionibus Formosi iudicium Stephani. Stephani iudicium cum Synodo fuit in facto nõ de aliquo decreto fidei.

Responso.


Secunda autem resposio.

3. Resposio.

Spal. verbis Damiani perstringitur.

Simonij approbare. Dicant itaque qui Sanctorum Patrum ista presumpserint, qui saltem presumenda dicauerint, & cum ad probationis iudicium authentici veterum defecerint apices, necessarium semetipfos noui dogmatis fateantur auctores. in probatione deficit nulla testimonia sincera pro sua perfidia afferens,

ideoque noui quantumuis antiquati erroris auctor deprehenditur, vnaque hæreticus ex familiari hac nota, quando, & ipse vetustatis fastidio pro veteribus noua, id est, non vera, substituere sectaria indole conatus fuit.



DISPUTATIO QUARTA


De Sacro Diaconatus ORDINE.



NE quid in Ordinis Sacramento intactum relinqueret impurus Spalatenſis. per omnes functionum gradus vagari constituit, quacunquē demum vnguētem figete liceat dicaci Harpijæ, vt sic tota mox tanti Sacramenti gloria inerti calumnia profanaretur. Primum ergo Diaconos à solemnī ministerio ad Oeconomiam Mensarumque curam auocat, non Græcorum murmure, sed Hæreticorum insultatione ita infrendens.

Proponuntur Marci Antonij argumenta contra Diaconatus Sacramentalem Dignitatem.

CAPVT I.

I.  Nextricabile videtur Spalatenſi multiplicare diuerſos Ordines, cum sic (ait) multiplicentur ipsa Sacramenta, ea præsertim quæ dicuntur imprimere characterem.

Ac imprimis: Ad quid Diaconi? Diaconorum institutio, ipsiusque occasio tota clarè explicatur à Luca in Actis Apostolorum: Fideles enim in primitiua Ecclesia Hierosolymitana in communi vivebant, possessiones & substantias vendebant & offerebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum, qui diuidebant sin-

gulis prout cuique opus erat: Crescente verò numero Discipulorum factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Conuocantes autem duodecim multitudinē Discipulorum dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mēsis. Hac fuit occasio vt illud consilij caperent, nempe, constituamus super hoc opus septem viros, nos vero orationi & ministerio Verbi instantes erimus. Et elegerunt Stephanum aliosque sex, hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. Quid clariùs? ab Apostolis sunt Oeconomi constituti, vt horum temporalium curam gererent, & quæ pro communi Fidelium victu conferebantur colligerent atque diuiderent, ac mensis ministrarent. Hic primus Achilles.

Confirmatur
autho-
ritate Cyp.

2. Non satis est hoc ad planè cognoscendum, Apostolos Christum elegisse & instituisse, Diaconos verò ab Apostolis primò non ad regimen Ecclesie in spiritualibus, quod erat munus populi, sed ad curanda temporalia fuisse institutos: auct. Cyprianum lib. 3. epist. 9. Meminisse autem Diaconi debent quoniam Apostolos, id est, Episcopos & Prepositos Dominus elegit, Diaconos autem post ascensum Domini in celos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui & Ecclesie ministros. Neque negare potuit Bellarminus Cyprianum hoc loco velle, Ordinem Episcoporum ab ipso Christo institutum esse, proinde iure diuino in Ecclesia introductum, Ordinem verò Diaconorum ab Apostolis primò excogitatum fuisse. Sequitur idem Spalat.

3. Demus ergo quodcumque volumus Officium & ministerium Diaconis (de quo nos postea) siue temporale, siue etiam spirituale, cum prima ipsorum institutio sit ab Apostolis, quis iam audeat Ordinationem Diaconi inter Sacramenta Christi Domini nunciarè? Apostoli potuerunt noua Sacramenta instituire? Sed iam abundè probauimus, ne presbyteratum quidem siue Episcopatum esse propriè Sacramentum, quanto minus erit Diaconatus: hæc idem Spal. qui prosequitur.

4. Atque in hac assertionem non minimum repugnant vel ipsi Monarchici, quibus satis est si solus presbyteratus sit Sacramentum, ad hoc vt Ordo in numero Sacramentorum retineatur, & ita Romane Ecclesie sententia vincat, & sit etiam de fide, nam quod illa decernit, firma fide tenendum esse omnibus ipsamet edicit &c. Itaque libenter nobis concedunt, fide Catholica non necessario tenendum esse Diaconatum Ordinatione Sacramentali conferri.

Aliqui expresse negant Diaconatum esse Sacramentum, vt Durandus & Caetanus, & id probabilissimum esse dicit Victoria: Consentit & Aquinas dum rationem Sacramenti totam collocat in solo Sacerdotio, in alijs verò non nisi per attributionem ad illud & per quandam partici-

pationem, quod est, non habere in se formaliter rationem Sacramenti, quanquam sibi contrarius postea etiam in inferioribus Ordinibus agnoscat rationem Sacramenti.

Alij communiter Diaconatum sub opinione tamen tantum probabiliter faciunt Sacramentum &c. Hoc primum & palmare Spalatenfis argumentum.

5. Secundò. Characterem Diaconalem infestaturus præmittit, non probari à Catholicis, sed nec habere eos vnde probent impressionem & inamissibilitatem characteris in Diaconatu, & id asseri gratis. num. 38. subdit. Nos autem præterquam quod & Sacerdotium fecimus amissibile, ostendere possumus Diaconi Ordinationem esse meram Officij inunctionem, & liberam deputationem. Id ergò vt probet, Vigilij quandam enarrat sententiam (ep. 1.) contra quendam Sebastianum Diaconum prolatam, quæ sic habet: Sed vt tua Sebastiane, non in quantum referre possumus mala que feceris diuersi cognoscant, & iuste te (nam magis tardè) canonicam aduertans subijssè sententiam, ad tua Ordinationis veniamus initia: Absentibus filijs nostris Diaconis Anatolio atque Stephano postulasti, vt ad tempus pro implendo officio absentium loco Diaconum te interim faceremus: & post pauca. Officium verò locumque Diaconi sine aliquo vitio, sine aliqua superbia, sine aliquo neglectu, donec reuertetur Diaconi memorati, aut quanto te tempore in Leuitarum voluissimus ministrare. Quibus quæso verbis (infert Spalat.) potuit significantius explicare, se eum pincernam aliquem ad tempus facere, donec alius pincerna venerit.

5. Terriò, num. 48 Diaconi ex Patrum testimonio mentarum & aliarum rerum ministerio additi fuisse inueniuntur, & non ad factum ministerium: ergo &c. Primò probatur antecedens ex Clem. lib. 2. Const. Apost. c. 34. in Constitutionibus Apostolicis sæpius agitur de Diaconis eorumque

3. Arg.

velut quidam praeo manus sustollens in altum alios quidem vocat, alios autem prohibet, alios excludit, alios introducit.

Ex Casario
ho. 30.

Casarius Arelat. Rogo, inquit, vos & ad-moneo fratres charissimi, ut quotiescunque iuxta altarium à Clericis ora-ur, aut Oratio Diacono clamante indicitur, non solum corda sed etiam corpora fideliter inclinetis, nam dum frequenter sicut oportet & diligenter attendo, Diacono clamante flectamus genua, maximam partem Populi velut Columnas erectos stare conspicio, quod Christianis dum in Ecclesia oratur omnino nec licet nec expedit, non enim propter nos sed propter vos Diaconus clamat.

Ex auth.
99. vet. &
nou. te-
stam.

12. Auctor qq. noui & vet. Test. q. 101. Integram formauit quæst. contra Leuitas Romanos, qui se Presbyteris coaquabant, ex qua illa dicta seligam, que Diaconorum attingunt proprium officium [Que audacia est, inquit, Presbyteris ministros ipsorum pares facere: Que temeritatis præsumptio, Sacerdotibus baiulos Tabernaculi, & omnium vasorum eius, & lignorum concisores, & portitores aqua conferre: hoc enim officium fuit Leuitarum. tale est si Præfecti officiales, Dominis serui aquentur. Ut autem non omnia ministeria obsequiorum per Ordinem agam Clericorum, nam utiq; & Altare portare, & vasa eius, & aquam in manus funderent Sacerdoti, sicut videmus per omnes Ecclesias, & sicut constitutum est à Domino per Moysen: nunc autem videmus Diaconos temerè quod Sacerdotum est agere per conuiuia, & in oratione id velle ut respondeatur illis, cum istud solis liceat Sacerdotibus. Diaconi ergo Ordo est accipere à Sacerdote, ac sic dare plebi. Perducuntur ordinandi (per Diaconum) factæ facti esse eorum sed quasi officialis, ab Episcopo enim mittitur ut obsequium præbeat ordinando. Ita & Diaconis creandis Presbyteri in obsequium mittuntur, ut dignos eos fieri Sacerdotes omnes intelligant, exceptis enim Sacerdotibus, quibus obsequium debent, omnibus præponuntur.

Ex Gelasio. 13. Additur & Gelasius ita statuens: Diaconos quoque propriam constituimus seruare men-

suram, nec vltra tenorem paternis Canonibus deputatum quempiam tentare permittimus, nihil eorum penitus suo ministerio applicare, qua primis Ordinibus proprie decreuit antiquitas. Absque Episcopo vel Presbytero baptizare non audeant nisi necessitas extrema compellat, quod & Laicis Christianis facere plerumque conceditur, non in Presbyterio residere, Sacri Corporis prærogationem sub conspectu Pontificis seu Presbyteri, nisi ijs absentibus ius non habeant exercendi.

15. In Concilio Romano sub Gregorio ita decernitur: ut in sede ac Romana sacri altaris ministri (Diaconi) cantare non debeant, solumque Euangelica lectionis officium inter Mis-sarum solemnia exoluant.

Ex Conci-
lio Rom.

16. Isidorus quoque omnia Diaconi officia in vnum collegit, multaque etiam horum in Decretalibus d. 25. toto titulo de officio Archidiaconi. cap. Perlectis &c. Hæc prælixè Spalatensis, ad probandum, primitiuam Diaconorum institutionem non nisi ad mensarum ministeria & accuratorem Oeconomiam fuisse excogitaram, in quibus præterquam quod non nisi argumentum ab auctoritate negatiua (ut dicitur) seu à taciturnitate adductorum testimoniorum inueniatur, multa præterea opportunè intermixta sunt modernis Sectariorum Dogmatibus contraria, ut faciliè patet inueniri.

Ex Isidoro.

Effugia Marci Antonij, quibus ea, qua in allatis à se testimonijs contra ipsum et militare dignoscuntur, conatur eludere.

M. Anton.
inanes fu-
gas medi-
tatur, offi-
cium Dia-
con. ad
temporalè
solam Oe-
conomiam
primis
singens fu-
isse restri-
ctum.

1. FAtetur tacitè Aduersarius r. um. 53. non omnia in his auctoritatibus commemorata suo nimium fauere instituto, maximè vbi penè perpetuo Diaconi leguntur sacris adstare altaribus (nunquàm mensis) dispensare Sacramenta, seruire Sacerdoti, præesse in Ecclesia (non ita in Triclinio) multaque similia. His ergo ut obuiet ita respondet Spalatensis: Primam

fili-

Ad
eosa
mit
miss
para
Sac
men

scilicet Diaconorum institutionem fuisse ad hoc tantum vt solas mensas curarent, ac temporalium rerum gererent administrationem, occasione enim totam videmus fuisse murmur Graecorum, hoc est, Christianorum ex Gentibus conuersorum aduersus Hebraeos, eo quod ipsorum Vidua contemptui haberentur, siue nimirum, quod Gentiliū Vidua non assumeretur ad curam dispensationum, sed sola Hebraeorum dispensationibus proficerentur, vt inquit Chrysostomus, siue quod dispensatores, quippe ex fidelibus Hebraeu, dum erogarent indigentibus necessaria Viduis potissimum Hebrais prospicerent, Gentiles vero negligenter: vt ergo huic scandalo occurrerent Apostoli, cum non esset opera pretium ipsos in talibus occupari, Diaconos instituerunt. Quis vero dicat murmur & scandalum fuisse circa mensam sacram vt Baronius commiscitur cuius veri & proprii ministri erant ipsi Apostoli & Presbyteri ab ipsis ordinati. Illud quidem oneris & officij remittebant Diaconis quod ipsi se abdicabant, & cui par non erat (inquiunt) vt ipsi se ingererēt: quomodo vero quis dicit equum nō fuisse, vt Apostoli in sacra mensa Sanctissimā Eucharistiam ministrarent: merito igitur & Origenes & Hieronymus Diaconos mensarum & viduarum ac pecuniarum tantum faciunt ministros & curatores quod autem etiam sacram pararent mensam non est improbable num. 54. & quamuis Diaconi etiam dum vacarent, qui praesertim instructiores erant, & tali dono dotati, commode oblata occasione aut necessitate verbum predicarent, vt fecit Stephanus & Philippus, id tamen non ex officio Diaconali faciebant, sed ex Presbyteratu, erant enim Discipuli ex 72. Ita postea multo plus inualuit in Ecclesia, vt Diaconi occasione preparanda mensa communis, & accipiendarum oblationum populi, ac praesertim panis in Eucharistiam consecrandi etiam sacra mensa Altarique inseruirent ac paulatim Episcopis ita disponentibus ad alia Altaris ministeria accedere sunt permisi. Summatim hoc dicit Spalatensis: Diaconium ex vi

suæ primæ institutionis seruire mensæ & intendere Oeconomiae, ex occasione ad prædicandum Euangelium, ex extensione demum ac dispositione Episcoporum ad ministeria factæ mensæ adhiberi.

2. Hanc autem distinctionem ex V. & VI. Synodo Trullana probari contendit, eo quod clarè ibi cap. 16. docetur, Septem Diaconos ab Apostolis constitutos mensis tantum prepositos fuisse, & distingui ab alijs, qui sacris ministerijs vacant, & authoritatem Ch. ystomi in cap. 6. Actuum Apostolorum adducunt idem Patres Trullani.

Quin (subdit num. 56.) Quod sacris mensis vacarent, fuit id vsurpationis non officij, nam cur toties nimia arrogantia arguantur, & à Concilijs & à Patribus vt vidimus increpantur nisi quia inuidia & emulatione erga Presbyteros ducti in eorum libenter munera irrumpebāt: Nonne eo audacie interdum sunt progressi, vt etiam offerre (quod nunc est Missas in Ecclesia Catholica celebrare) non sint veriti? Testes sunt Patres Concilij primi Arelatensis cap. 15. qui lato Canone audaciam hanc represserunt: de Diaconis, quos cognouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere. Quid mirum igitur si nonnulla etiam ex iis qua in productis Auctorebus vidimus tribui Diaconis, ab ipsis vsurpata sint & dolo malo factitata?

3. Sed esto subdit num. 57. Sacris aris destinati sint, etiam si in distributione Eucharistiae tā Corporis quam Sanguinis Domini Episcopi & Presbyteri Diaconorum opere vterentur, hoc propriè non est habere partem in mysterijs, cum constet initio nascentis Ecclesiae etiam Laicos fideles sibi & Domesticis Eucharistiam propriis manibus domum solitos fuisse exportare.

4. Et denique (num. 58.) sint propria hac qua enarrant omnia munera Diaconorum, admittantur interim hac ipsa qua commemorant: si iā ostendimus Pontificalia & Sacerdotalia munerarite ab Episcopis & Presbyteris peragi ex peculiari gratia diuina, diuinoque concursu sine

Ex occasione ait Spal. postea alia Sacramēta Diaconis commissa.

Imo dicit hac sacra officia procedente tempore Diaconos sibi vsurpasse.

Fingit quod nec eundem Diaconis eadem in sacra mensa ex officio exercebant.

Ex Concilio Rom.

Ex Isidoro.

Admittit eosdem primitus ad parandam Sacram mensam.

M. Anton. inanes fugas meditatur, officium Diacon. ad temporale solam Oeconomiam primitus fingens fuisse restitutum.

Sacramento, cur etiam Diaconi non poterunt diuina gratia iuari, sed sine Sacramenti collatione: Hucusque Spiritus vertiginis impatiens Diaconij sacratoris.

Diaconorum munus in primitiua quoq; Ecclesia non solum pauperum, sed potius diuini mensae Altaris & alijs sacris functionibus destinatum fuisse ex Apostolica traditione demonstratur. Cap. 11.

Spalatensis 1.
a præcedē-
tibus No-
uatoribus
suam phā-
tasiā
munitus.

Foetus planè suos hic nobis obtrudit Spalatensis, quando ex præcedentibus Nouatoribus oua suffuratus, eadem sui feruore ingenij confouit & exclusit. Protestantium Coryphæus Lutherus de captiu. Babyl. c. de Ordine: Diaconium definiuit, quod sit ministeriū non legendi Euangelij aut Epistola, vt hodie vsus habet, sed opes Ecclesia distribuendi pauperibus, vt Sacerdotes leuentur onere rerum temporalium, & orationi ac verbo liberius insistant. Eidem subscripsit Melancthon in loc. comm. fol. 91. Geneuēsis propaginis Liliū Calvinus in Act. Apost. c. 6. Respicimus, inquit, quorsum fuerunt creati Diaconi. Nomen quidem ipsum generale est propriè tamen pro Oeconomis pauperum accipitur: vnde apparet quam licentiosè Deo & hominibus Papistæ illudant, qui suis Diaconis non alias assignant partes, nisi vt patenam & calicem tractent, & Euangelium legant. Certè longa disputatione non est opus, vt probetur nihil commune ipsos vel consentaneum habere cum Apostolis.] iisdem ad stipulatur Nicolaus Henningius ad cap. 1. Epist. ad Philipp. subdens: Diaconatum sinxerunt Pontifices, nullū habere in verbo Dei firmamērum. Totidem ergo verbis istorum Logodædalorum Echo resonuit Spalatensis. Aduersus quos sequentia pronuntiata statuimus.

Primum. Pronunciatum.

Primum lo. V.
ess.

Diaconatus præcipuum munus esse Altaris ministeriū in sacrificio in baptizando &c. etiam ex sacris Scrip'turis

apertè colligimus. Et quidem arguendo ex Typis legalibus, habetur Leuitarum consecratio. Num. 8. vt seruirent in ministerio tabernaculi, proinde habebant sibi concreditum altare & eius vniuersam stipellèctilem, Num. 3. & 4. vnde S. Thomas vt per omnia egregiè p. 2. q. 102. artic. 9. in corpore, scripsit pro ministris diuini cultus (qui speciali modo pertinebat ad Sacerdotes & Lenitas) speciales ceremonias fuisse institutas, quæ habebant etiam figurales causas ad figurandū Christum eiusq; legē Euangelicam. vnde & nostri Diaconi, quia Leuitas Hebræi nuncupāt לויי הלוויים, Leuitæ crebro à Patribus nuncupantur ab Isidor. Rabano & alijs, in què sensum Cyrill. lib. 13. de adorat. & Spiritu ait: præstantiores quidem sacerdotale munus explent, sed Leuites adiuuant, ita vt Ordinem Ecclesiastici Sacerdotij legis litera predicare videatur. expressius Cypria. ep. 66. quod eius Ordinationis & Religionis formam Leuita prius in lege tenuerunt.

3. Act. 6. Elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu S. & Philippum &c. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorū & orantes imposuerunt eis manus. quæ impositio manus, cum mystica ac sacra ceremonia esset, non ad prophanas mensas & ministerium viduarum tantum destinabat, sed etiā (cum tunc fidelium mensæ communes essent, & sacri Altaris mensæ coniunctæ) ad Altaris quoque ministerium sacra illa chirotonia, Diaconos promouebat. Verū vt hic absit fictionis suspicio, audiatur Erasmus Lutheri Prodromus in annot. in c. 6. Act. Apost. vbi chirotoniam expendens, ait: Rabanus opinor admonet hūc esse modum in conferendis sacris Ordinibus, vt populus eligat (non suffragio electiuo, sed designatio & testificatio) Episcopus ordinet, ea certè consuetudo diuini simè perseueravit in Ecclesia, verum ob tumultus populares rectè mutata est, ordinatoriam ergo, &c.

2. Locutus.

Obis
Vasq;

con-

consecratoriam agnouit eam cæremoniã Lutheri Præcurſor. Clarius in paraphraſi eiusdem loci, in qua ſic ait: [*Hos electos ſta- tuerunt in conſpectu Apoſtolorum, vt illorum au- thoritate quod factum erat comprobaretur. Nam hoc ritum primùm delegabantur ſacra miniſteria. exemplo ſumpto à Domino Ieſu, qui quibus bene- dicebat, ſolitus eſt manum imponere. Quod ſi quis roget quid opus fuerit hijs ritibus ad designan- dos miniſtros, qui menſam curam agerent, ſi ut pro- fanam quidem fuiſſe functionem tractare pecu- niam maximè communem, ſed qua requirat fidẽ non vulgarem & animum incorruptum. Teſtis eſt Iudas quem auaritiã corruptus animus ad Domini ſui prodicionem adegit. Tum autem quoniam præſcribebat, & alijs quid in eijs (modi negotijs o- porteret fieri, addenda erat & authoritas, quod magis omnes illiſ tanquam Apoſtolorum ſocijs & adiutoribus parerent. Præterea Diſcipulorum cõ- uitijs non erant qualia ſunt vulgi, ſed magna cum Religione capiebatur cibus, quoties capieba- tur, omni panis fractus illiſ repræſentabat corpus Domini, omne vinum admonebat ſanguinis Do- minici. Denique & corpus ipſum Dominicum & ſanguis Domini per Diaconos adminiſtrabatur multitudini.] diſertè his verbis vtramque menſam designans communem vnã, v- bi cibus corporalis capiebatur &c. pecu- liarem & diuinam alterã, è qua Diaconi tuebant ipſiſſimum Chriſti corpus & ſanguinem, diſpenſando multitudini Sa- croſancta myſteria.*

4. Dices, ex hoc loco nõ colligi ſeptem illos viros Stephanum &c. fuiſſe tunc Dia- conos ordinatos, ſed ante electionem illã, quæ ſolum facta eſt ad miniſterium pau- perum, Diaconi enim ſucceſſerunt mini- ſterio viduarũ, quod Diaconia nuncupa- batur, harumque loco ſubrogati ſunt; cer- tum eſt autem viduas illas pro menſarum profanarum tantùm miniſterio electas. eſt obiectio Vaſquez to. vlt. 3. p. diſp. 236. c. 4. 5. Contra, quia licet ſit iſta quæſtio facti

(aliud enim eſt quærere an Diaconatus ſit à Chriſto inſtitutus; aliud an ex hoc loco colligatur quòd tũc ſacra Ordinatio facta ſit) & pro parte negatiua huius ſecundi puncti ſunt multi patroni pro ſententiã Vaſ- quez Chryſoſt. Oecum. Orig. Dur. Caiet. Michael Medina, Viët. Ledẽſma; nihilo- minus etiã ſeptẽ illos consecratos ad mini- ſteria ſacra fuiſſe euincũt Patres multi qui infra recenſebuntur, dum de miniſterijs Diaconorum tractabitur, quorum autho- ritates etſi conetur Vaſq. infringere cap. 5. ſup. admittendo quidem munus Diaconij extenſum quoque ad ſacram menſam, ſed id ex hoc loco nõ euincit; tamen ad hoc fa- ctum quod erat prototypum etiam alluſiſ- ſe Patres, & tunc quoque ordinatos veri- ſimilius eſt, & negatiua aduerſario probã- da incumbit. Iſta autem veriſimilitudo e- gregiè ab Annalium conditore anno 34. n. 285. probatur firmis argumentis, nam ſi tantùm eſſent deſtinati Diaconi ad laicas menſas, non eodẽ ritu quo Paulus & Bar- nabas (in ſua tamen forma & ordine) or- dinati eſſent ad ſuum miniſterium oratio- ne & officio præeunte. Tantoque ſcruti- nio præmiſſo (quod fuit poſteris exempla tranſmittere circa ordinandos) vti debe- bant Apoſtoli, ſi communibus menſis tã- tum Diaconi tunc præficiabantur ſolum, vt paranyphi, vel pocillatores ad mini- ſtranda fercula mulieribus creati? Vnde non rectè ſcripiſſe patet Caiet. in hunc lo- cum, non consecratos fuiſſe illos ſeptem in Dia- conos, quum nulla de hoc miniſterio fiat mentio: ſed vt conferretur per manuum impoſitionem gratia ſpiritus ad exequendum iniunctam officium ſu- perintendendi miniſtriſ menſarum; pro hoc enim particulari officio dignè exequendo & orant, & manus imponunt: nam authoritas negatiua ex ſcriptura allegata nihil facit; ſolèt enim ex regula Auguſtini breuiter attingi mul- ta in miniſtratione ſacramentorum, quæ

*Eiusdem
inſtantia
reſuſcitatio.*

*Veriſimi-
litudo
Vaſq. reſu-
citata à Ba-
ronio.*

*Obiectio
Vaſquez.*

*Auguſt.
regula pro
traditio-
nibus no-
ſcendis.*

serie traditionis impleta sunt, & per synecdochen subticentur. Supposuit autem scriptura, quod c. 2. dictum erat, quod d. quotidie perdurantes *vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis.* nomine autem fractionis panis non tantum communem cibum in communi mensa sumptum, sed Eucharistiam, quæ sacrat in altari, scriptura intellexit testante Paulo; *Panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini est?* vnde qui vni mensæ præficiantur, ad alteram quoque ordinabantur, sed cuius sensibili signo gratia nebitur nisi sacramentali symbolo? Videant qui hunc locum labefactare conantur, quantum catholicorum firmamenta infirmant, dum ex hoc, & similibus locis ex scriptura (quod & Concilia præstiterunt) hætenus Ordinem esse sacramentum aduersus hæreses comprobatur. Verum quia quæstio facti est, non acerba illa censura ferendi citati Doctores, & inter eos Caietanus (qui de impietate, & incircumspectione à Pighio lib. 2. cap. 4. Ecclesiast. Hierarch. reprehenditur) cum de loco sit controuersum, & non absolutè assertum sit Diaconatum esse ordinem institutum ad mensas tantum profanas regendas, &c. Solum igitur de improbabilitate reprehendi poterant, attentis multis Patrum testimonijs mox allegandis, & quod grauiores Doctores his qui in contrarium allegantur quales sunt Amalarius 1. de Eccl. off. c. 12. Stephanus Eduensis de Sacr. alt. c. 7. Innoc. 3. 3. de myst. Missæ c. 5. & 56. imò & Beda tract. in eundem locum, & alij, contra ipsos sentiant.

6. Philippensum 1. cap. *Paulus, & Timotheus serui Iesu Christi sanctis qui in Christo Iesu sunt Philippis, cum Episcopis, & Diaconis.* vbi secundum interpretes personæ salutariæ sunt omnes de Ecclesia Philippenfi, &

maiores tangit (ait S. Th.) dicens *cum Episcopis, & Diaconis.* non enim essent maiores, nisi supra plebem ipsi quoque Diaconi sacratori ordine post Episcopos, & Presbyteros diuinitus consecrati locarentur.

7. P. Timothei 3. Ponit condiciones Diaconi in ordine ad sacrum ministeriū, *Diaconos similiter pudicos, non bilingues, nō multo vino deduos, non turpe lucrum sectantes, habentes autem mysterium fidei in conscientia pura.*

Mysterij nomine res occulta, & sancta significatur, vnde & Ethnicus Aristot. 2. ethic. c. 24. *mysteria vocari, inquit, sacra omnium sanctissima.* Porro omnia fidei nostræ dogmata mysteria dicuntur 1. Corinth. 2. Ephes. 2. Coloss. 1. & sensus est ex Theophylacto, Diaconos præter fidei sinceram doctrinam, puritatem conscientie habere debere: illud autem verbum *habentes*, ex verbo græco, quod *seruare, & custodire* significat, verti potest *seruantes*, vt sit sensus seruanda apud se conscientia pura fidei mysteria, non temerè ea euulgando, vbi quoque munus Diaconatus in catechizando insinuat, officium namque Diaconorum est legere Euangelium in Ecclesia, & catechizare, vnde Ecclesiast. Hierarch. cap. 3. p. 1. legimus, Diaconos habere officium super immundos, inter quos recentur catechumeni, hos enim de fidei mysterijs imbuere debent, & prædicatio, quæ Episcopis est propria, iisdem committi potest. Quod si per mysterium fidei sacra intelligatur Eucharistia, ex Adamo Saasbout, eò quod in consecratione calicis vocetur mysterium fidei, insinuat eos puritatem custodire debere tanto muneri congruentem in dispensatione Eucharistie, vt olim fiebat, cum porrigerent calicem consecratum. Quorsum ergo Apostolus tot condiciones explicauit, nisi quia intelligebat ad Diaconium initiatum magna gratia, & virtutibus

ornatum

1. Cor. 6.

Caietanus excusatur, & à Pighio vindicatur.

Tertius locus.

Quarta locus.

Conditio- nes Diacon.

Munera Diaconorum.

Secus prob. Patr.

Diaconorum munus cum Eucharistiam g.

ornatum esse debere, & proinde dum promouetur gradum bonum sibi acquirere, & cum gradu congruentem gratiam. An simplex Oeconomia assereretur Diaconij officium?

Secunda
probatio ex
Patribus.

8. Secundò patet ex Patribus, idem munus ministrandi Altari, & dispensationis diuinorum sacramentorum Diaconio appropriari.

Clemens cap. 17. lib. 8. ait: *Diaconus non offert, sed oblatione ab Episcopo, vel presbytero facta, ipse Diaconus dat populo, non tanquam sacerdos, sed tanquam qui ministrat Presbyteris.*

S. Dionysius c. 3. post enarratas functiones minorum ordinum ait: *qui verò ipsius Ordinis præcipui sunt, vñ cum sacerdotibus sanctum panem, & benedictionis calicem sacrosanctum altaribus imponunt, &c.*

9. S. Ignatius Epistola ad Trallianos: oportet & Diaconos mysteriorum Christi ministros per omnia placere, nec enim ciborum, ac potuum ministri sunt, sed in Ecclesia Dei administratores. Legendus etiam in Epistola ad Heronem.

Diaconorum
munus circa
Eucharistiam
quale.

S. Cyprianus lib. de lapsis. ubi verò solemnibus adimpletis calicem Diaconus offerre presentibus capit, & accipientibus ceteris locus eius aduenit, &c.

Patres Concilij Arelatens. 1. c. 15. In secretario, Diacono inter presbyteros sedere non liceat, vel Corpus Christi præsentem presbytero tradere non præsumat, &c.

S. Ambrosius 2. offic. c. 41. refert verb. S. Laurentij ad Sixtum PP. experire certè vtrū idoneum ministrum elegeris, cui commisisse Dominici sanguinis dispensationem.

10. Prudentius hymno de S. Laurentio sic cecinit:

*Hic primus è septem viris,
Qui stant ad aram proximis;
Leuita sublimis gradu,
Et cæteris præstantior,
Clausuris sacrarum prærat,
Cælestis arcanum domus,*

*Fidis gubernans clauibus,
Votasque dispensans opes.*

Cyrillus Alex. lib. 13. de adoratione in spiritu: *Presbyteris concreditum est altare &c. quibus etiam dici conuenit, & custodient sacerdotium suum, Diaconis verò illud; sustodiat custodias tabernaculi, & omnia vasa eius &c. diu illa hostia consecratur, nonne ipsi sacratiores vasa ferunt, & accuratam omnibus in rebus obseruantiam exhibent?*

11. Virgilius Tridectinus de Sifinio, Martyrio Alexandro: *Alexander frater Martyrij lector haud vnquã impigre Deo ad ministerium antelucanum seruebat, cui in sacrificio Diaconus famulabatur.*

Arator lib. 1. Histor. Apostolicæ;

*Iura ministerij, sacris altaribus apti
In septem secure viros, quos vndique lectos
Leuitas vocitare placet; quã splendida capit
Ecclesia fulgere manus, quæ pocula vita
Miscere, & laticè cū sanguine porrigit Agni.*

Antiochus hom. 12. 4. Diaconos oportet, vt mysteria Iesu Christi dum administrant, dent interim modis omnibus operã grati vt sint omnibus, atque amabiles; non enim esculentorū sunt, atque poculorū ministri sed Ecclesia Dei subseruiunt.

Isidorus de off. Ecclesiastic. lib. 2. cap. 8. Sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro dispensatio sacramenti est &c. ille oblata sanctificat, iste dispensat. Leuita inferunt oblationes in altaria. Leuita componunt mensam Domini &c.

Anselmus ad c. 4. ep. ad Ephes. nomine Euangelistarum, intelligit, quæ Act. 6. Euangelium prædicabant, & officium ministrandi pauperibus habebant, vt septem Diaconis sub Apostolis: vtrumque enim victum præbebant, & spiritalis cibi per antonomasiam sacra Eucharistia etiam intelligi omnino videtur.

12. Sed & non solum dispensandæ Eucharistia ministerium (nempe ex commissione) Diaconis competit; sed etiam baptizare, vel baptizanti presbytero

aus

*Diaconi
presbyteri
assistunt.*

aut Episcopo ministrare, ex iure namque diuino Diaconus sacratus minister sacerdotis, & pro altari, & baptisterio aptatur, vt cui Præses Ecclesiæ ea munera committat. vnde Ignatius ad Hieronem Diac. Nihil sine Episcopis facit: Sacerdotes enim sunt, tu verò Sacerdotum minister, baptizans, sacrificans, eligens, tu verò illis ministras, vt sanctus ille Stephanus Iacobo, & Presbyteris, qui erant Hierosolymis.

S. Epiph. hæref. 79. Neque Diaconis in Ecclesia conceditum est vt aliquod ministerium perficiant, sed solum vt administrant, & exequantur commissis.

S. Io. Chrysoft. Hom. 3. contra Anomæos. Energumenos Diaconus tempore mysteriorum adducit, & iubet caput inclinare &c.

Procopius Gazæus in 2. Paral. Cum Presbyter praesto non est, ac usus postulat, Diaconus baptismum administrare cogitur.

Ex Latinis, Tertullianus de præscriptionibus c. 41. Dandi quidem baptismi ius habet, qui est Summus Sacerdos, qui est Episcopus. Dehinc presbyteri, & Diaconi; non tamen sine Episcopi auctoritate propter Ecclesia honorem.

S. August. de moribus Ecclesiæ lib. 1. c. 32. Quam multos, ait, Episcopos optimos viros sanctissimosque cognouit quam multos Diaconos, & huiusmodi ministros diuinorum sacramentorum. Et in qq. vet. testam. quæstione 101. (si eius libri est author) idem Augustinus ponit differentiam inter Sacerdotes, & Diaconos concludens: Diaconi ergo est accipere à Sacerdote, & sic dare plebi.

Gelasius PP. epist. 6. iubet Diaconos propriam sumere mensuram, Et nihil eorum penitus suo ministerio applicare, qua primis ordinibus propriè decreuit antiquitas. Absque Episcopo, vel Presbytero baptizare non audeam, nisi predictis fortasse officijs constitutis necessitas extrema compellat.

*Diaconis
etiam cõ-*

13. Ipsidem Diaconis legendi Euangelium, & concionandi munus competi-

re, à Patribus edocemur. Legantur Verba-
nus I. de constit. Sacerdotum c. 7. Author ^{petit euan-}
epistolæ ad Rusticum Narbonensem, fal- ^{gelium le-}
sò Hieronymo adscriptæ. Eduens. de sac- ^{gere.}
Altaris ca. 7. Alcu. 1. de off. Ecclesiasticis
c. 35. Hugo de sacra. p. 2. c. 11. quod officiũ
ex septè illis Diaconis quoque colligitur,
nam Stephanum Act. 6. & Philippũ ibid.
c. 8. Euangelizasse conpertum est; & Isi-
dorus aduertit c. 7. hoc quoq; munus præ-
dicandi ita concessum fuisse ex vi ordina-
tionis, vt subintelligatur approbatio, vel
Episcopi concessio; itaque ordinantur per
chirotoniam, vt congruenter, & ex com-
missione prædicare possint. non secus, ac
munus baptizandi non ex potestate ordi-
naria; sed ex commissione eis conuenire
potest, ad quod ex ordinationis sacramen-
to aptantur, vt id ipsis committi possit.
Quantum verò ad legendum euangeliũ,
quia ille est proprius actus eorum, illud
ministerium de iure diuino statutum est,
& ex proprio caractere illud sibi vendi-
cant; Huius autem muneris legendi euan-
gelium meminerunt veteres. vide Cyr. 2.
epist. 5. & 4. ep. 5. Chryl in Liturgia Greg.
Magnum 4 Epist. 44. Hugonem Amala-
rium, Rupertum de officijs ecclesiasticis,
& Liturgiam D. Marci.

14. Sunt & alia munera Diaconorum,
ex altari hortari plebem, vt pro catechu-
menis, & pœnitentibus orent, ex Clem.
lib. 8. constit. Apost. ca. 5. & c. 6. Chrysoft.
hom. 14. in ep. ad Rom. similiter circumlu-
strare cum verecundia actus Ecclesiæ, & si videant
proximum in peccato, vel in præcipitio, referre ad
Episcopum, vnde, & propter hoc oculi Episcopi di-
cti sunt à Clemente Epistola 1. ad Iaco-
bum fratrem Domini; & Isidorus Pelu-
siota 1. Epist. 29. ob hoc munus scripsit. si
venerandi altaris Diaconi Episcopi sint oculi, pro-
f. tũ cum tu Dei permisso ipsis praes, totus oculus
esse debes, Procopi. Gaz. in Num. fol. 383.

Diaconi

In
cali
mu
Dia
rece
itur.

Prob
totiu
trin
praxi
clesia.

*Alia quo-
que mune-
ra Diacon-
orum.*

Confir-
tio eius-
probati-
nis.

Diaconi ministerijs publicis inuigilant, populum de precibus, & de reliquis rebus erudiunt, sacra vasa administrant. multa alia officia etiam recensuit M. Antonius de Dominis supra, quæ non repudiamus.

15. Verùm munera propria, quæ in Pontificali recensentur sunt ista; oportet Diaconum ministrare ad altare, baptizare, & prædicare: quæ iuxta communiorum doctrinam Thomisticam ad 3. par. q. 67. ar. 5. ex commissione: & in illa Sacerdotum, secundum Patrum doctrinam supra traditam exponenda sunt. quæ munera in initiatione Diaconorum vel formaliter, vel virtualiter exponuntur, vt postea dicitur cum de forma sacramenti Diaconatus agemus.

16. Vltimò patet ex praxi Ecclesiæ: nam Diaconi septem in Romana Ecclesia ad instar primorum instituti sunt, at isti non ad ministeria pauperum tantum, sed etiam ad ministrandum altari instituti sunt, ergo. Antecedens patet, nam Sozomenus lib. 7. cap. 19. *Diaconi apud Romanos hæcenus non plures sunt quam septem, ad similitudinem eorum, qui ab Apostolo ordinati sunt, inter quos primus erat Stephanus: apud alios verò numerus eorum promiscuus est. Qui mos etiam ex Isidoro lib. 2. de offic. c. 8. de septem habendis Diaconis ad omnes ecclesias permeauit. Consequentia manifesta, ex Prudentio in hymno S. Laurentij, vbi S. Laurentius ministrasse etiam altari occinitur, & ex S. Ignatio Epistola ad Trall. vbi cum dixisset Diaconos esse imitatores cælestium virtutum, subdit: *Qui purum, & inculpatum ministerium illi exhibent, nempè Episcopis, vt sanctus Stephanus B. Iacobo. quod de sancti altaris, & sacrarum aliarum functionum ministerio intelligi oportet.**

Confirmatio eiusdem probationis.

17. Confirmatur, quia S. Cyprianus epist. 63. aliàs 3. ep. 9. dicebat: *Meminisse Dia-*

coni debent, quoniam Apostolos, id est, Episcopos, & prapositos Dominus elegit. Diaconus autè post Ascensionem Domini in caelos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui, & Ecclesiæ ministros. Nò solum ergo mensarum, vel curæ pauperum Oeconomi, sed Episcopalis quoque iunt ministerij, & Ecclesiasticarum functionum adiutores. Vnde vtrumque munus Oeconomix pauperum, & functionum recenset epist. 49. dum narrat de Nouati complice Nicostrato, qui fait vnus è Diaconis Ecclesiæ Romanæ; *Diacono sanctæ administrationis amisso, eccl. sisticis pecuniis sacrilega fraude substractis, & viduarum, ac pupillarum depositis denegatis, &c. eum ab Vrbe fugisse. non vocasset Cyprianus Diaconium, siuè vt loquimur Diaconatum sacram administrationem, nisi functiones sacras respiceret, ad quas Diaconi inicianur, à quo officio remotus Nicostratus in Pontif. Cornelij, ecclesiæ thesaurum & viduarum opes expilauit. Sanctus etiam vtrumque munus tradidit Nazianz. epist. 205. Glycerius Vuentis quidem Ecclesiæ Diaconus à nobis creatus est, vt & Presbytero ministraret, & Ecclesiæ opus curaret.*

Et in precationibus mysticis, quibus sacrabatur Diaconus, apud Clemetem lib. 8. cap. 17. sic dicitur: *Imple eum spiritu sancto, & virtute, sicut impleuisti Stephanum protomartyrem, & imitatore Christi tui, vt in ministerio sibi commissio ad voluntatem tuam constanter extra querelam administrato maiori deinceps gradu dignus habeatur. satis autem lib. 3. c. 20. officium Diaconi idem expresseerat dicens: Diaconus ministret Episcopo, & Presbyteris: id est, agat Diaconum, reliqua ne faciat, nempè offerre &c. quæ Episcoporum, & presbyterorum sunt, vt patet ex eodem tex.*

18. Ex quibus scripturis Patrumque doctrina euidentissimum est, Diaconij munus non ad registra Oeconomix pauperum, & dispensandarum Ecclesiæ facultatum

Totius discursus procedentis conclusio.

tarum restrictum, sed ad sublimiores functiones altaris &c. esse destinatum.

Secundum pronunciatum.

Diaconus est verum, & proprie sacramentum.

1. **C**um ad Altaris functiones Diaconum destineretur per facultatem ab Episcopo, ijs qui tali ritu inicianur, sub sensibili signo traditam, & expressam, ad quam etiam dignè exercendam per sacra formulam gratia Spiritus sancti inuocatur, vnaque ipsa in exteriori illo symbolo significatur, & efficitur; omnino sacramentum in Diaconorum consecratione perficiendum est.

2. Hoc pronunciatum ex ijs, quæ dicta sunt de Ordine Sacerdotali manifestam habet probationem; Nihil enim deest eorum, quæ ad Sacramenti rationem necessaria sunt; si namque notionem sacramenti consideres, quod sit, rei sacra signum animam sanctificantis, & efficiat id quod figurat, & quod sub eo tanquam sub sensibilibus rerum tegumento diuina virtus secretius operatur: Hic præstò sunt sensibilis materia, manus impositio, & portectio libri Euangeliorum, hic forma: *Accipe Spiritum sanctum ad robur ad resistendum diabolo, & tentationibus eius, & iterum; accipe potestatem legendi Euangelium.* Characterem porò imprimi constans est traditio per manus accepta: Theodorus enim Balsamon ad can. 36. Apostol. ait. *Diaconos ordinari quidem, id est, characterem accipere didicimus.* Gratia perungitur, quæ ad tam illustres functiones necessaria est, vnde Maximus Monachus cent. 2. de charitate c. 21. dicebat: *Diaconi rationem sustinet, qui ad sacra certamina mentem perungens, cogitationes quoque affectibus plenas ab illa abigit.* Perungi Diaconi mentem, ait Maximus, ad sacramentalem gratiam respiciens, quæ illi necessaria est ad abigendas voluptates per continentiae votum, vt mundus assistat diuino ministerio: ob hoc

Inter ex requisitis ad sacramentalem rationem.

Per illum imprimetur character, & gratia conferatur.

puritas, & sanctitas Diaconorum imitatrix puritatis Angelicæ describitur à Clemente lib. 6. Strom. cap. 7. *Hic, dicebat, in Ecclesia progressionem Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum sunt, vt arbitror, imitationes glorie angelicæ, & illius Oeconomiae, & dispensationis, quam dicunt scriptura expectare eos, qui insistentes vestigiū Apostolorum virent in perfectione iustitia conuenienter Euangelio.* Cumque Diaconorū ordo sit ex Dionysio purgatus, erudiendo per instructionem, & doctrinam ex Theophylacto in cap. 19. Lucæ, purgatus quoque operibus virtutum eos esse oportet, vt qui alios purgare, & instruere debent: vnde & propter hoc laudatur Eutyechius ab Eustachio in vita Eutyechij, quod, *Cum Diaconi iugum subiisset, factus & verbis potens, vita, & moribus multos componens, quādo diuinum ministerium perficere oporteat.* Cum ergo hæc sine diuina gratia præstari nequeant, ex diuina liberalitate gratia sacramentalis conceditur cui officium tantum iniungitur, vt sanctè & dignè exerceatur, & ad quod (vt cum Theodoro dicam in initiatione Diaconi) *preces, & inuocationes adhibita, nisi persuasum esset Hierarchis, & ipsis Apostolis, gratiam officio congruentem è sursum expectandam? hoc ipsum denotant illa verba formulæ: Accipe Spiritum sanctum ad robur, quod non inaniter dici omnino tenendum est.* & virtualiter in ea continetur Diaconi munus legendi euangelium vt posterius explicabitur.

3. Probatum etiam conclusio ex Tridantino Concilio, vbi diuinitus institutam esse Ecclesiasticam Hierarchiam constantem ex Episcopis, sacerdotibus, & ministris definit: adeoque sacramento quodam initiari etiam ministros videtur supponere.

Clarior probatio est ex Florentino, vbi materia & forma Diaconatus exprimitur.

sicut

Idem patet ex Clem. Alex. & Dionysio & Theodor.

Idem patet ex dictis aduersariis.

Sibi ipsis nocent propria confessione.

Idem patet ex Concilio Trid. & Florent.

sicut & cæterorum ordinum inferiorum: minister assignatur Episcopus, effectus augmentum gratiæ, ut quis sit idoneus minister Christi. Vnde hodie post Florentinum Durandi opinio, & Caietani, negantium Diaconatum esse sacramentum, cum à tota schola Theologorum, & Florentini Concilij doctrina discordet sustineri nequit secundum multos Neotericos sine temeritatis vel erroris, aut alterius rigidioris notæ censura, etsi alij ut Bellarminus &c. mitius sentiant.

Idem patet ex Clem. Alex. & Dionys. & Theodor.

4. Ex Aduersariorum quoque Hæreticorum confessione probatur propositum: nam cum habeamus cæremonias ritusque Apostolicos, impositionem manuum cum prece mystica, nec negare audent id diuina autoritate factum, & Patres ante Gregorium asserat Calvinus instit. lib. 4. c. 4. *hincere fuisse locutos*, quos constat (dum dicunt initiatum per has sacras cæremonias consecrari) sacramentalem hic gratiam agnoscere, restat ut & ipsi in Diaconia sacramenti rationem videant inuideantque. Ipsi aliâ hæretici prius reddant rationem de sua simica probatione, cur cõcedant ad suorum Superintendentium laicalem electionem gratiâ conferri suis candidatis, & hoc sine scripturæ testimonio, & cur nostrorum Diaconorum electione ex Scriptura, Patrum traditione, omniumque (vel ipsorum iudicio) requisitorum adhibitione constantem gestiant extra sacramenti rationem mordicus propulsare hic hærent opinor, solum in sua duritie præsidium locant, antè cælum terræ commixturi quam cessuri, quo quidem gnauiter ostendunt quàm in elementis Christianæ doctrinæ impositionisque manuum aberrantes iterum egeant initijs sermonum Dei.

Sibi ipsis nocent propria confessione.

Idem patet ex Concilio Trid. & Florent.

Soluuntur argumenta Spalatensis sacrae sessionis Diaconij impetenti.

CAPVT III.

1. **A**D primum argumentum propositum c. i. negamus id quod tot Patrum apparatus conficere putabat, exprimigenia institutione Diaconium fuisse nondam Oeconomiam circa mensas corporales & eleemosynas custodiendas pro pauperibus, nam etsi illud fuerit mortuum, ut harum curam gererent (quod non negamus, scriptura diuina sic nos edocente) non tamen solum fuit nec præcipuum, sed nomine administrationis mensarum præcipuè subintellectum munus mensam quoque sacram administrandi; maius quid promittit quam mensarum ministerium illa non simplex, sed magno apparatu instituta electio, tot & tales probationes & prærequisita, solemnes preces, & cæremoniæ, ut non ad solam Oeconomiam, sed ad Hierarchiam Ecclesiasticam integrandam, non simplices curatores in cœnaculo, sed in Hierarchico ordine Ministri septem illi renunciarentur; alioqui & Philippus prædicans, euangelizans, baptizans, & Stephanus egregiam concionem habens tanquam meri laici diuinorum officiorum, & Hierarchicarum actionum vsurpatores habendi essent, ut potè de prophana, & laicali Oeconomia ad sacra munia exercenda erumpentes, quod absurdum etsi Sectarij libenter concedant, ipsi enim ita faciunt, absurdum tamen est.

Ad primū arg Spalat. propositum sacrae sessionis.

2. Ad auctoritatem Cypriani Resp. Bellarminus lib. 4. de Rom. Pontifice cap. 25. eum sensisse, Diaconatum à Christo institutum non fuisse; ait enim respondens huic loco, Cyprianum velle Ordinem Episcoporum ab ipso Christo institutum esse, proinde iure diuino

Ad Confess. ex Auth. Cyprian.

diuino in Ecclesiam introductum, ordinem verò Diaconorum ab Apostolis primum excogitatum. sed non videtur Sanctissimo Martyri hæc doctrina vnquam placuisse, cum auctor Sacramentorum Christus Dominus à Cypriano agnoscat Sermon. de Cæna Domini (si tamen ille liber Cypriani est) aliter alibi meliusque idem Bellarminus l. 4. c. 24. scripserat, videlicet Cyprianum non Sacramenta sed quosdam alios ritus ab hominibus institutos asseruisse. Melius etiam cum nostro Reuerendissimo F. Nicolao Coffeteau lib. 2. c. 4. in Rempub. M. Anton. n. 46. respondetur, non propterea Cyprianum facere ijs verbis Apostolos Diaconatus Authores, sed voluisse ponere differentiam quantum ad usum Sacramenti, nam Christus Dominus Apostolos presbyteros & Episcopos creauit, non autem specialiter Diaconos instituit, quare non sit consequens, quod non sint à Christo essentialia Diaconij præscripta, vt nec sequitur sacramentum Confirmationis non esse institutum à Christo, quia illud sacramentum non ministrat, quod etiam scripsit Bellarm. de Ordine, loc. cit. c. 15. sed dum addit particulam *foris* Cyprianum sic sensisse, doctriam adhuc tenet Cypriani doctrinam de immediata Diaconij institutione. Salkem ad verba Cypriani Spalatiensis attendisset, nec in ijs Scirpeum quæsiisset nodum, dicente Cypriano idcirco Diaconos illos renunciatos vt *Episcopatus sui, & Ecclesie ministros*, haberent, cum hinc apertè videat apud Cyprianum, Diaconos non esse institutos tantum Episcopatus, & Ecclesie ministros, quod & clarè ab eodem Cypriano asseritur, cum docuisset Episcopi ordinationem sub testimonio plebis celebrari solitam, causamque hanc reddidit: *Quod utique idcirco tam diligenter, & coram plebe ton-*

gerebatur, ne quis ad altaris ministerium (vide

Diaconij functionem) vel ad Sacerdotalem locum indignus obreperet.

3. Reliqua M. Antonij Næniæ sunt, cum ex factò hoc Apostolorum contendit nondum confici, vt Diaconatus sit sacramentum, eo quod Apostolorum (ait) munus ad hoc non potuerit se extendere. Quis enim nescit, non ab Apostolis præscriptam ordinandi formam illam, sed à Christo Domino institutam esse, & ad praxim tantum ministerialem ab Apostolis hic reductam? Argumentum à maiori ad minus nil suffragatur, vt quia Ordinè Presbyteratus ipse inficiatus iam fuerat esse sacramentum, idè etiam sacramenti rationem pariter extinguat in Diaconatus officio prætoriam auctoritatem nouus Lucianus, nam nec illud suadere potuit, vt vidimus, nec simile argumentandi genus aliud habet, nisi fidem exigere quam facere probando nequit. Interim id saltem in dubium reuocare gestit, quod tamen religione in Ecclesia Christi receptum, & prædicatum est.

4. Monarchicorum verò (sic orthodoxos vocat) de hac re sententiam refert, quasi vnica ea esset, ac decisa. Certum est omnes orthodoxos conuenite, ordinem sacerdotalem sacramentum esse, idque fide credi debere. De Diaconatu verò controuertitur an sub fide cadat, & hinc inde sunt sententiæ, ad summum communior & sanior tutiorque pars est, quod vtrunque sine temeritatis manifesta nota negari possit Diaconium esse sacramentum, et si alij vt Bellarminus, &c. intra cæcellos probabilitatis hoc collocent. De S. Thoma quòd fuerit illius sententiæ quam tenuerunt Dur. & Caiet. solum sacerdotium esse sacramentum, eo quod cæteri ordines tales dicantur per attributionem ad illud (ex quo vltèrius aduersarius infert non habere rationem sacramenti, cum non

Ad alteram confirmationem.

S. Tho. e. plicatur.

Ad. arg.

Quomodo ceteri Ordines à Presbyteratu sunt Sacramen-

ta.

fit formaliter tale, sed solam sacerdotij sacramentalem rationem participet) ex Philosophia, & tractatu de analogis retunditur, non enim propterea in analogatis deest formalis ratio, quia in principali analogato eadem perfectè reperitur, sed solum colligitur differentia penes perfectam & imperfectam rationem formæ inter illa repertam; neque enim omnis analogia est attributionis. Sed nec analogiã desumpsit Sanctus Thomas ex sacerdotali forma, sed ex sacramento Eucharistiæ ad quam sacerdotium & c. ordines habitudinem diuersimodam dicunt, & secundum hoc dixit S. Thom. in add. q. 37. art. 2. ad 1. *Omnes inferiores ordines habent, quod sint Sacramenta ex relatione ad maximum Sacramentorum, & secundum hoc debet numerus ordinum accipi.* sed bene est quod oculi sapiētis in capite, stulti verò in calcaneo, propterea hunc certè locum Spal. non ponderauit, & quando dixit S. Thom. q. 37. art. 1. *totam plenitudinẽ Ordinis esse in Sacerdotio, in alijs per participationem,* non dixit quod refertur participatio inferiorum ad gratiam, vel characterem sacerdotalem, sed quod gratia & character inferiorum referantur ad ministerium effectuum, qui causantur à Sacerdotio.

Ad 2. arg. 5. Ad secundum: satis ex Catholicorum doctrina character Ordinis irreiterabilis & inamissibilis probatus est supra, & quod non sit pura officij iniunctio liberauè deputatio, sed perfectiua & cõs cratoria potestas. Nec intellexit miser Vigilij sententiam, qua ad tempus narratur institutus Diaconus Sebastianus, donec reuenterentur Anatolius & Stephanus Diaconi, non enim de ordine, sed de illius vsu locutus est Pontifex, & ex characterè creatus Diaconus potestatem non amisit, sed eius exercitium, vnde & ad tempus idem exercitiũ concessit loco absentium, & hac dignitate

abusum vsu ministerij in pœnam priuandum duxit. Non ergo parum ineptè loquitur Marcus Antonius, cum Sebastianum Anatolio & Stephano successore refert in ministerio, vt Pincernam Pincernæ, nisi fortè crapula tale suggestit acumen vt pincernas maluerit intelligere. aliud sanè est Pocillatorem profanæ mensæ ministratorem renunciare, aliud sacris altaribus ministraturum consecrare, illud enim sola fit deputatione extrinseca, hoc durabili nota perficitur, vt nullo nutu consecrantis aboleri possit, etsi executio officij impedi-ri possit.

6. Ad tertium negatur antecedens vt patet ex dictis, ad probationem deducit ex Patribus quos fatetur esse nobis sapientiores, admittimus omnes illas quas adducit authoritates, & orthodoxorum sententiam, probant nimirum, Patres sensisse non solum communi & profanæ, sed etiam sacræ mensæ & alijs officijs à nobis ex Patribus recensitis fuisse præfectos Diaconos. sicque à partibus nostris ac pro fide Catholica militant Clemens, Ignarius, Euaristus, Fabianus, Cyprian. Opratus & c. in 3. argumento.

1. Effugium verò quod parauit, pressus ab iisdem Patribus quos patronos habere putabat, satis angustum & deuium comprobatur; nam ex eo duplex Diaconorum genus introducit, vnum pro profanæ, alterum pro sacræ mensæ ministerio, & cæteris munijs Diaconij obeundis, quando vt patet ex antiquitate, vnum & idem Diaconium mensarum & oeconomix præfecturam, sicut & sacræ aræ & aliorum munerum functionem exercebat. & vt hac distinctione Nouitios Theologos terreret, eam è penetralibus Cõclaus Trullani aduocat, sextam, quam vocat, Synodum producens, Chrysofomi authoritati innitentem: & nesciebat antiquitatis non diligens

*Inanis distinctio
Diaconorũ
introducitur
à Spalat.
refutatur.*

*Trullani
Canones
minime
authentici
in ijs qua à
c. Concilijs
discrepant.*

seruator, sed malignus insidiator, eam Synodum quantum ad illos Canones adulteratam esse, & eius placita nullum auctoritatis pondus habere apud orthodoxos in ijs in quibus à cæteris concilijs discrepant, quale est hoc quod citat cap. 16. quod è diametro pugnat cū 15. can. Neocaesariensis Synodi, & ex eo concors Patrū sententia impetitur, vnum tantum Diaconorum genus vtramque praefecturam continens concordia sensu profitentium. Perperam verò Chrysoptomi auctoritate se muniebant Trullani (cuius sententia quātum faciat in alijs locis pro sacro Diaconatus ministerio, apparet ex hom. 14. ad Rom. & hom. 17. in epist. ad Hebr.) nam eo loco, vbi Chrysoptomus sedulo rebus pauperum patrocinebatur, & quacunq; oblata occasione de liberalitate & oeconomia pauperum diserebat, eo loco subticuisse sacratiora Diaconij munera, & mentem auditorum tunc ab ea consideratione non distraetaturus praeteriisse videtur, efficaciter persuadendo, in eam sententiam dumtaxat egenorum prouidendorū & mensarum Diaconis septem demandatam prouinciam. Igitur loquitur Chrysopt. quantum ad motiuum, quod occasio fuit, vt simul & semel vtriusque mensae ministerio praeficeretur, sic quoq; potest responderi ad auctoritatem Hieronymi & Origenis, quod occasione murmuris Graecorum septem Diaconi praefecti fuerint, primo laicae mensae, sic tamen vt etiam sacrae, sed aliud quoque est an tunc Diaconi illi etiam praefecti fuerint mensis viduarum tantum, aliud an Diaconatus alia munera includat praeter curam & oeconomiam pauperum, nam in secundo omnes orthodoxi consentiunt, in primo multos Doctores discrepasse retulimus.

2. Quod verò subdit munera illa sacra fuisse vsurpata, falsum est si de muneribus

intra propriam sphaeram & mensuram restrictis sit sermo, si verò de muneribus Sacerdotalibus loquamur, non id impunè factum est, sed temeratores & vsurpatores sacerdotalium officiorum castigati & amandati, haec autem castigatio regulam firmat, dum, exceptis superioris Ordinis officijs, in propria mensura permanere eos Canonibus Ecclesiasticis sancitum est: an propterea si suos egrederetur limites simplex Sacerdos, aueretque confirmare vel ordinare, Corpus Christi conficiendi amitteret potestatem? solū mereretur, quia in possessionem vel patrimonium Episcoporum ausus est conuolare, quod in inferioribus Ordinibus ministraret, offerendi sacrificio eidem interdicto.

3. Sed & si Laicis sacram Eucharistiam deferendi olim concessa fuerit licentia, non hoc eorum muneri sed necessitati concessum est, non in publica Synaxi, sed domi priuatim, cum tamen Diaconis in Ecclesia in sacrificij celebratione & Baptismi administratione, calicis propinandi munus (ex officio idoneis effectis) Episcopo vel Presbytero concedente administrare demandatum sit.

4. Illud verò quod suo supercilio effert Spalatensis, absque Sacramento (quod maius est) sacerdotalia & Episcopalia munera peculiari gratia & concursu peragi, ac subinde idem à fortiori fieri in Diaconij officio absq; vlla veri Sacramenti collocatione, vanum est & super petitionem principij fabricatum, quod tamen velut praclarum dogma tories occidit, magnus videlicet Gebennensis agape Symposiasta, pocillatores solum mensarum sacros Diaconos esse cupit, quos Sacramenti consummatores Mediolanensis Ambrosius

1. de officijs cap. 41. merito nominauit,

*Positio
Scoti circa
materiam
Diaconatus.*

*Cur Laicis
olim deferendi
Eucharistiam
licentia
concessa
fuerit.*

*Fundamēta
huius
posicionis.*

*Chrysopt.
locus adductus à
Patribus
Trullanis
exponitur.*

*Petitio
principij
M. Ant.*

Materia & forma Diaconatus examinantur adductis variis Scholasticorum sententiis.

C A P V T III.

1. **M**Aior aduersus Diaconij sacramentalem rationem difficultas affurgit ex materiae & formae assignatione, magnis enim contentionibus decertatum est quænam sit materia & forma Diaconatus.

Quidam totum ritum essentialem in sola manus impositione consistere dicere videntur: ita Scotus in 4. dist. 24. artic. 2. qui scripsit proprium actum Diaconi non esse legere Euangelium, proinde tacite insinuans eius Ordinationem non consistere in acceptione libri, neque in eadem acceptione libri characterem imprimi, sed in impositione manus, cum dicitur Diacono ab Episcopo: *Accipe Spiritum sanctum ad robur.*

Fundamentum huius sententiæ est, quia tempore Apostolorum sola impositione manuum cum mystica prece Sacramentum Diaconij perfectum est.

2. Confirmatur primò, nam & Dionysius non videtur agnouisse in lib. de Ecclesiastica Hierarch. alicuius libri porrectionem, sed solam geniculationem ad Altare, pictionem Crucis, manuum impositionem, ergo. Cõfirmatur 2. quia multo postquam Ecclesiæ fundatae sunt, scripta sunt Euangelia, ex Irenæo lib. 3. cap. 1. & tamen Hierarchia Ecclesiastica decurrebat, constans ex Episcopis, Presbyteris, & Diaconis: ergo sine libri sacra porrectione consecrabantur Diaconi.

Confirmatur tertio, quia in Ecclesia Aniciensi vt fatetur Durandus, non tradebatur liber Diaconis, & per eundem Durandum idem mos introductus est.

Confirmatur quartò, quia in Africana Ecclesia, solum imponebatur manus, vt

patet ex concil. 4. Carthagin. can. 4. quando dicitur. *Diaconus cum ordinatur solus Episcopus qui eum benedicit manum super caput illius ponat, quia non ad Sacerdotium sed ad ministerium consecratur.*

Confirmatur vltimò, quia in Ecclesia Græca sola etiam manuum adest impositio cum illa formula, *Diuina gratia promoveat N. in Diaconum &c.* & nulla adhibentur instrumenta.

3. Alij in in altero extremo sola traditione libri Euangeliorum cum debita forma coniuncta Diaconatum perfici docuerunt, ita S. Doctor & communis Schola,

4. Alij tandem vtrumque coniungendum statuunt; ita Calenius catech. 196. In quam sententiam libenter descendunt illi authores, qui duas quoque materias duasque formas partiales etiam in Sacerdotio meditati sunt, vt Bellarminus, Valquez, Coninckius, &c.

Vera sententia refertur, & argumenta in contrarium dissoluuntur.

C A P V T V.

Sed iam omnem litem composuit Concil. Florent. in decreto Synodico vniõnis dicens expressè, Diaconatus Ordinem perfici ad libri Euangeliorum traditionem cum sua formula, prout in Pontificali Rom. habetur, & sic nedum sensum sed & verba S. Thom. in opusc. 5. de Sacram. refert ac canonizat Concil. quare ab Ecclesiæ decreto nullatenus est recedendum, & nullo modo ad accidentalem ceremoniam distorquendus canon, dicendo solam materiam accidentalem tradi &c. Consonat autem Decretum Florentinum Carthaginensi, quia in porrectione libri Euangeliorum manus impositio imbibitur secundum illam superius dictam acceptionem, per quam manus impositionis nomine significatur admotio vel extensio manus.

Positio S. Thom.

Opinio Calenij & aliorum moderniorum.

Vera sententia & tenenda.

1. Ad primum ergo respondent quidam, Apostolos diuina dispensatione vtos, non secus ac diuina dispensatione effectū, vt Sacramentum Confirmationis per solam manuum impositionem absq; Chrismate conferretur. Sed hanc dispensationē fieri pro Ordine nulla erat necessitas vrgens, quando dispensatio ista per multa iustra locum habuisset, tam diu nempe durans, donec Euangelium scriberetur, dispensatio autem non ita frequens esse aut diuturna solet ne in communem legē transire videatur. & quando Apostoli dabant effectum Sacramenti, raro id faciebant, cæterum regulariter ex S. Thoma Chrisma adhibebant quod ad manus habebant ex Dionysio; at hic regulariter non poterat dari Ordinatio Diaconatus, cum nec in rerū natura extarent Euangelia quæ post multa tempora ex Irenæo supra & Hieronymo scripta sunt, Nec est verisimile ita Christum Dominum instituisse Diaconatum, vt pro vno tempore taliter, post multa verò tempora aliter traderetur, cū stabilis & perpetua & vniformis sit omnis ceremonia essentialis Sacramentorū. Et si tunc effectus Sacramenti per illam impositionem dabatur tanquam Sacramentū, quod postea per traditionem libri traditū est, vel eiusdem rationis fuit cum administratione illa Apostolica, vel non, si eiusdē rationis, posset absq; traditione libri character imprimi, si non fuit eiusdem rationis, diuersa formaliter fuit vtriusq; Sacramenti collatio, & pro diuersis temporibus signa formaliter instituta, quod gratis & sine fundamento somniatur.

Responsio
Bellarm.
ad idē arg.

2. Respondet Bellarm. de Sac. Ord. lib. 1. cap. 9. dicendo, Quod primi Diaconi fuerūt ferè ordinati ad quedam ministeria per manus impositionem, non autem fuerunt ordinati ad legendum Euangelium, quia non erat opus, nunc autem per varias ceremonias ordinantur ad va-

ria ministeria. Credibile autem est istas communes materias Ordinum non quidem in particulari, sed generatim Christum Dominum instituisse, monendo Apostolos, vt Ordines conferrent per ceremoniam instrumentorum quibus significaretur eorum potestas: hæc Bellarm. cui magister Nunnez subscripsit & Coninck.

3. Sed hoc non subsistit, nam non fuisset *Reijcitur* vniocatio posteriorum Diaconorum cū *dicta solutio.* primis, & diuersa illa signa non sunt materialiter sed formaliter diuersa; Neque est verisimile impositionem manuum, quam putant hi authores esse partialem materiā à Christo designatam in particulari, cætera verò instrumenta fuisse commissa Apostolis instituenda. Præterquam quod cum Bellarminus docuerit optimè de Sacram. in genere lib. 1. c. 23. non posse mediatam institutionem Sacramentorum intelligi, quod vtiq; etiam valet pro Diaconatu quem fatetur Sacramenti rationem habere, eum scilicet immediatè quantum ad materiam & formam etiam in specie fuisse à Christo institutum, dicendum.

4. Respondet S. Bonauentura in manus impositione intelligi cætera instrumenta, vt etiam Arcudius sequens Bonauenturam docuit, & superius ostensum est. *Alia solutio S. Bonau.*

Verumtamen solum virtualiter materialia instrumenta in manu continentur & implicite. materia verò Sacramentorū debet esse formaliter existens extra suas causas, & determinata & explicita, quare non omnino satisfacit. *Dicta solutio infantiam patitur.*

5. Respondent alij: satis significari etiam *Alicorum solutio.* potestatem legendi Euangelium vt dicitur in Florentino, quando Episcopus dat Diacono potestatem Diaconij dicendo, Accipe Spiritum S. ad robur ad resistendum Diabolo & tentationibus eius, quod maximè fit per actum Diaconi Euangelizantis, & instruētis Catechumenos, ad quod signifi-

Refutatur
eadem solutio.

Solutio
Arcudij.

Reijcitur.

Solutio
Magistri
Soro.

significandum Diaconus versus Aquilonem legit Euangelium, quia ut dicit Alcuinus de diuinis officijs c. de celebrat. Missæ per id ostenditur verbum Dei, & annunciationem Spiritus S. contra eum dirigi qui semper Spiritui S. contrarius extitit, & ut dicit Eduensis cap. 12. ut sequaces illius qui voluit ponere sedem in Aquilone, Euangelica prædicatione conuertantur ab infidelitate.

Refutatur eadem solutio.
6. Plausibilis responsio quidem sed fundamento caret, nam & verba generalia sunt: *Accipe Spiritum S. ad robur*, & communia cæteris ministris ad luctam cum dæmone ineundam, atque resistendum, nec exprimitur in particulari significatio, quod ad euangelizandum detur robur in collatione Sacramenti.

Solutio Arcudij.
7. Respondet Arcudius lib. 6. de Ordine c. 4. perfici quidem Sacramentum in manus impositione, cæterum per exhibitionem instrumentorum materiam dilatari, & tunc saluari formam, quæ præcedentem materiam nempe impositionem manuum etsi præteritam moraliter tamen præsentem informat, ut de Sacerdotio quoque superius docuit.

Reijcitur.
8. Sed adhuc recurrit argumentum: nam vel est necessaria illa dilatatio materiæ necessitate Sacramenti vel non. si necessaria quomodo Apostoli sine materia necessaria Sacramentum conferebant? si non necessaria ergo posset Episcopus sola illa formula cum manus impositione Sacramentum conferre. & melius esset dicere secundum hanc viam esse libri porrectionem de essentia secundaria, nunquam tamen cæremoniam accidentalem, sed ad summum integram, ut superius de porrectione calicis dictum est.

Solutio Magistri Soto.
9. Respondet Magister Soto 4. d. 21. quæst. 1. art. 4. *Quamuis initio statim non essent libri Epistolarum & Euangeliorum, nihil-*

ominus tradebatur eis potestas ad legendum, & forte scripta charta, & ita Apostoli docuerunt Ecclesiam, ut sub vtraque materia & forma illam traderent.

10. Sed hæc positio reijcitur à moder-
nistanquam voluntaria, credibilis si ali-
quod certum documentum vel antiquita-
tis testimonium Soto protulisset.

A quibus da reijcitur.

11. Verum si chartæ nomine, libellum
vel formularium aliquod intelligamus v-
bi describi potuit Euangelij aliqua pars,
hoc est Euangelicæ doctrinæ quædam
capita, non est improbabilis hæc positio
ut monstrabo. De Euangelio scribit Ite-
næus lib. 3. ad Hæc. c. 1. quod primò Apo-
stoli præconizauerunt, postea verò per Dei vo-
luntatem in scripturis nobis tradiderunt. In
hac præconizatione vociselementa & ex-
ordia sermonum Dei tradebant Apосто-
litantum fundamenta, ut colligitur ex
Apostolo Hebr. cap. 6. & hæc erat cate-
chesis continens summam Euangelicæ
prædicationis, quæ etiam scripto com-
mitti potuit ad commodiorem vsum ca-
techistarum, ut instruendis proponere-
tur, sicut factum est posterioribus tempo-
ribus ab Augustin. qui scripsit librum de
catechizandis rudibus, à Theophilo Alex.
lib. ad Acolythum, à Cyrill. Hieronym. in
suis catechesibus: temporibus quoque A-
postolorum id factum esse habemus ex
Luca in proæmio sui Euangelij, dum di-
cit sibi constitutum narrare Theophilo
quæ à Christo gesta inter Christianarum
rerum peritiores ferebantur, ad eum fi-
nem, *ut cognoscas eorum verborum de quibus
eruditus es veritatem*, prius enim elementa-
ri & catechetica solùm institutione per-
ceperat, verisimile ergo est cum ad prom-
ptam habendam formulam catecheseos
pro instruendis Catechumenis libellos
fuisse descriptos, & ad consulendum in-
struendorum memoriæ describi solita ca-
pita

Quomodo Soto saluari possit expenditur.

pita Christianæ Ifagoges, & summam doctrinæ Euangelicæ, cum Diaconus catechista ex eadem catech. hoc munere fungeretur, ut initiandi fide explorata ad catechesim instituendam ex August. loc. cit. se accingeret, & ad significandum hoc præcipuum munus Euangelizandi Catechumenis traderetur liber seu scripta charta catechests, quæ solùm materialiter differt ab Euangelio scripto, quod modo traditur, & sicut hic ad decantandum & legendum, ibi tradebatur in sua Ifagoge ad instruendum, & est sola materialis differentia. Sed & Exorcistis librum porrigi in Ordinatione Concilium Carthaginense tradidit cap. 8. & à nullo scriptore canonico formula exorcismorum cum orationibus sacris descripta est. Porro veterem Ecclesiam Iudaicos habuisse exorcistas ex illo Lucae cap. 11. *Filij vestri in quo eijcunt Hieronymus*. & alij collegerunt, & colligi etiam potest ex Actib. Apost. cap. 19. potuerunt autem hi exorcismi fieri à Salomone quando erat in statu salutis, ut ianuit S. Thom. quaest. 6. de pot. ar. 10. ad 3. & tunc non est inconueniens iuxta doctrinam Ambrosij ad cap. 4. ad Ephesios, in Christianismum transisse. Sed certius est nouam exorcismorum formulam ab Apostolis traditam, & ad memoriam firmandam, scriptam à fidelibus ministris verosimile, ut in nomine & inuocatione Iesu & alijs sacris precibus Diabolus expelleretur, atque ad hunc finem Clerici qui & exorcistæ sacrarentur, eoque libello exorcismorum sacrari consecrari esse debet, cuius formulæ vel illæ prioris Ecclesiæ, vel illæ ab Apostolis traditæ inscriberentur; & per eas hodie sacrantur ijs verbis: *Accipe & commenda memoria & habeto potestatem imponendi manus super energumenum siue baptizatum siue Catechumenum.* ex hac manu ductione sequentem meditari licet responsionem.

12. Dicimus ergo, etiam si Euangelia & Epistolæ descriptæ non essent, per traditionem tamen sacrorum Bibliorum potuisse initiari Diaconos, si enim in Ordinatione Episcopi loco materiæ supponebantur diuina eloquia cum impositione manuum, super quæ effundebatur benedictio ut testatur Dionysius, & nomine diuinorum eloquiorum sacra Biblia (vna enim sola lectio habet, *Super impositum Codicem Euangeliorum*) ut dicit Carthusianus in eum locum, intelliguntur, nec enim tunc scripta erant Euangelia quando Episcopi primitus sacrabantur, quid vetat eundem codicem bibliorum non quidem capiti, quod specialem habebat significationem, sed manibus Diaconi impositum ad significandam euangelizationem per Diaconum exercendam? quando Euangelium fuit satis in veteri testamento præfiguratum, & ex veteri testamento euangelizauit Philippus Diaconus Eunuchus, & catechests olim multa veteris testamenti puncta & capita continebat, ut creationem, lapsum primi hominis, promissionem aduentus Messie &c. & sic sola differentia accidentalitatis in traditione eiusdem codicis fuisset. Neque hoc sine authore dicitur, quando Carthusianus scripsit in Dionysij commentarijs, etiam cum impositione manus quæ fiebat, instrumenta dari solita quanquam id scriptum non sit in Dionysio, ob rationes quas supra posuimus de Patrum arcano silentio in tradendis Sacramentorum formulis. Sed si hæc non ardeant, expecto à secundioribus ingenijs responsiones solidiores. Aliæ quoque supra recensitæ, cum de materia Ordinis sacerdotalis tractatum est, proportionaliter hic applicari possunt.

13. Et per hæc patet responsio ad primam confirmationem ex auctoritate Dionysij, & ad secundam descriptione Euangelio

*Resolutio
dicitur diffi-
cultatis
pro plena
solutione
primi arg.*

*Solutio
confirmatio-
nis.*

*Solutio
confirmatio-
nis.*

*Solutio
confirmatio-
nis
Arcudij*

*Solutio
prima confirmatio-
nis & 2.*

gelio

geliorum quod non extaret &c. satis enim fuisset extitisse sacra Biblia veteris testam. quibus Diaconi sacrari poterant.

Ad tertiam confirmationem: illa Ecclesia ab eodem Durando ad normam Pontificalis Romani correctâ & reformata est.

Ad quartam confirmationem ex Concilio Carthaginensi; nihil ibi expressè dicitur de materia quam etsi subtrahit non negavit, nec ex silentio quo argumen. esset ab autoritate negatiua, quicquam colligi potest pro sententia aduersa. negans verò manuum impositionem non illam aufert per quam sacrabatur, quæque per synecdochen instrumenta includebat, sed eam quæ solis Sacerdotibus competit, quando scilicet Presbyteri astantes etiam super initiandum Sacerdotem manus imponunt.

14. Ad vltim. respondet Arcudius lib. 6. de Sacramento Ordinis 4. §. sed quid dicimus. Solutusque his verbis (Ego existimo cum S. Bonauentura, per solam manuum impositionem Hierarchicos Ordines, nempe Episcopatum, Sacerdotium, Diaconatum, collatos fuisse, ac per consequens in impositione manuum prolatam quoque formam, & quidem de orientali Ecclesia certo certius est, vt constat ex Dionysio: de Africana item Ecclesia non est dubitandum quin ita fecerit. Nam Concilium quartum Carthaginense ceteris Ordinibus assignat instrumenta, quia non habent impositionem manus, Hierarchicis solam impositionem manuum.) & subdit necessariò cum nulla alia esset materia, tunc prolatam formam, (Modò verò, ait, apud Latinos prima impositio manus non desijt esse materia, sed coniungitur vnà cum instrumentis, & pro vna materia reputatur, ac tandem Sacramentum absoluitur quando eũ instrumentis forma enantiatur. quando quidem enim Ecclesia iuxta doctrinam Bonauentura dilatauit materiã, reseruauit etiam verba cum postremò præbentur

instrumenta. Quibus traditis merito dicit: accipe potestatem offerendi sacrificiũ, qua alioquin verba si non explicasset, materiã in ipsa manuum impositione protulisset.) & per hanc rationem orientalem cum occidentali conciliare studuit Arcudius.

At difficile est saluare illam simulatorem manus impositionis cum forma quæ pronunciatur in porrectione instrumentorũ.

15. Dicendum ergo quòd vtrobique manus impositio, quæ est essentialis cæremonia interueniebat, in Ecclesia Africana per manus impositionem super caput fiebat Ordnatio in Ordinibus Hierarchicis, ad nobile & excellentem potestatem significandam, & per aliam manus impositionem siue extensionem in porrectione instrumentorum in minoribus Ordinibus & in Subdiaconatu Ordo conferebatur absque manus impositione super caput, vt apparet ex Concilio Carthaginensi. Sed nec conuincimur in Ecclesia Africana non fuisse etiam porrecta instrumenta in Presbyteratu & Diaconatu, nam vt aliàs dixi, tametsi Concil. Carthagin. non meminerit porrectionis instrumentorum in Ordinibus Hierarchicis, nec negavit, & synecdoche Patribus familiari locuti sunt Episcopi, qui illi Concilio interfuerunt, & sic quantum ad concordiam Africanæ cum Ecclesia Latina tam in Ordinibus Hierarchicis, quàm alijs inferioribus nulla penitus extat discrepantia. In Ecclesia Græca & Latina etsi maior appareat diuersitas, quia Græci nullo penitus vtuntur instrumento in Ordinibus etiam non Hierarchicis, adhuc facilis est conciliatio à simili sicut in Ordine Presbyteratus dictum est.

16. Sciendum ergo, à tempore Apostolorum in Sacrificio Missæ Scripturarum Sacrarum lectionem interuenisse, vt constat ex Dionys. Areopag. de Eccles.

Refutatur dicta solutio.

Solutio authoris.

Cõc. Carr. exponitur.

In sacrificio Missæ lectio scripturarũ à tempore Apostolorũ.

Resolutio dicta diffinita pro plena solutione primi arg.

Solutio 3. confirmacionis.

Solutio 4. confirm.

Solutio vlt. confirm. de mente Arcudij.

lucio prima confirmacione & 2.

Hierarch. cap. 3. Iustino in Apolog. 2. dicente (Commentaria Apostolorum aut scripta Prophetarum. quoad tempus fert leguntur.) à quo mutuatus est Tertull. in Apologetico c. 39. ubi loquens de sacro cœtu ad Sacrificium conueniente ait (cogimur ad diuinarum literarum commemorationem.) in quem locum legendus Pamelius ubi multa alia veterum testimonia citat, & subiungit (cum autem flaccescente prima illa fidelium deuotione Missa prolixior videretur, loco integri alicuius libri veteris ac noui testamenti cœperunt quadam lectiones Epistolarum & Euangeliorum in vsu esse, quas olim à Diuo Hieron. in lib. quem Comitem inscripsit, qui extat 2. tom. nostro Leuturgicon, iussu D. Damasi collectas in hunc vsque diem Ecclesia frequentat.) profequitur Iustinus quod postea (precibus peractis panis offertur & vinum, & prepositus itidem quantum pro virili sua potest, preces & gratiarum actiones fundit, & populus fauste acclamat dicens Amen. & mox, & distributio communicatioque fit eorum in quibus gratia sunt acta cuique presententi, absentibus autem per Diaconos mittitur.) erant ergo commentaria, hoc est libri Apostolorum, vel (cùm non essent scripta Euangelia vel Epistolæ Apostolicæ) scripta Prophetarum, propterea consultò fuit apposita à Iustino illa disiunctiua, vel. His codicibus Episcopus sacrari diximus ex Dionysio supra, & patet ex Euchologio Græco, imponebatur enim Euangelium vel sacra Biblia super caput eius, & finita Consecratione Episcopus auferebat Codicem ex Euchologico, illumque deponerebat supra sacram mensam.

Cùm ergo diuina lectio recitari solita fuerit tempore sacrificij, vel ex commentarijs, hoc est scriptis Apostolorum vel Prophetarum, liber & sacer Codex in promptu erat, qui pariter tanquam in loco digniori super sacram mensam pro muneribus Pontificalibus locabatur, Et quid

vetat dicere, Diaconos quibus ex eodem Iustino committebatur distributio Eucharistiæ, & ex alijs PP. præconizatio Euangelij, eodem Codice, quo sacrabatur Episcopus saltem continente commentaria Prophetarum sacrari solitos, non eodem modo quo Episcopus librum capite gestando, sed manibus accipiendo, vel ex altari altaris, in quo consecranda materia erat, & liber vel saltem missale, in quo ad minus oratio Dominica cum formulis Consecrationis, quæ in Euangelio postmodum scripta sunt, continebatur; ex eiusdem itaque Altaris possessione supra ministerium Eucharistiæ libri euangelizandi pariter accipere inuestituram, vel saltem sacrorum vasorum, Diaconis enim concredebatur Altare, & fuisset æquipolens tam super vasa accipere inuestituram, quàm super missale, hæc enim materialiter differunt. Si hæc non arident, solidiora libenter accipiam, cùm in lucem ab alijs sapientioribus proferentur.

17. Possit alicui videri, materiam Diaconatus esse flabellum ubi depicti erant Seraphim, ad arcendos pulueres & muscas à Sacra Eucharistia, de quo fit mentio apud Clem. Rom. 8. constitut. Apostolicarum cap. 12. & Dionysium, qui exponit in Theorica significare Ordinem Seraphicum qui Iesu assitit, & quando Episcopus sacrabat vnguentum, similiter Diaconi flabella aerem ciebant, & denotabatur illo ministerio, Diaconos quia ministri sunt imitari ministerium Apostolorum & Theotactus vetustus auctor, qui claruit 830. oratione fûnebri in S. Nicetam: Athanasius assistebat, cogitatione & mente tota intētus ministerij flabellum tenēs, (erat enim Diaconus qui & postea Presbyter fuit) stabat inquam, metuens & tremens suasq; genas ac pectus lachrymis madefaciens, sic totum sanctum illud & diuinum ministerium complebat.

Sed

Ad ducitur locus Tertull.

Alter locus Iustini ad idem.


Aliquis Codex in manus Diaconi tradebatur.

Quidā dicitur modus adducitur ad assignandum instrumentū Diaconij.

Primum Argum.

2. Arg.

Sed aliqualis esset apparentia assertio-
nis illius instrumenti in ritu Græcorum.
Verùm quia peractis consecratorijs ora-
tionibus (vt notat Arcud. c. 3.) ea caremo-
nia fiebat, nullo modo materia censenda
est, quare allata à nobis solutioni stan-
dum iudico, dum à sublimioribus inge-
nijs meliorem expectamus.



DISPUTATIO QVINTA.

De Ordine Subdiaconatus.



MINISTRANTIVM Ordines in Curia Salomonis vidit & obstupuit
Regina Sabæorum, surrectura indubiè ipsa eadem in iudicio cum
generatione ista, & condemnatura eam, quæ in Curia Christi eos-
dem vidit & inuidit, perfidiam Sectariorum; certè Spalatensi et-
iam inferiora Subdiaconorum ministeria stomachum mouent, faci-
liusque eos se inuasurum confidit, quod in scripturis non ad-
eò expressum pro eis extat testimonium, sic ergò collectabile in
o stomachatur.

Argumenta M. Antonij contra Ordinem Sub-
diaconorum.

CAPVT I.

1.
Primum
Argum.

Primum ex verbis Bellarmini de
Ord. cap. 2. dicentis, non esse
tantam certitudinem de Sub-
diaconatu an sit Sacramentum, quanta est
de Diaconatu, quia, inquit Bellarm. nec in
scriptura de eo fit mentio, nec eius Ordinatio ha-
bet manus impositionem, vt patet ex Concilio
Carthag. can. 5. nec Subdiaconi Eucharistiam
ministrant, aut alia facere possunt qua Diaconi,
& denique non pertinent propriè ad Ordinem
Hierarchicum nisi vt ministri Hierarcharum.

2. Arg.

2. Quia cum ostensum sit (ait) Diacona-
tum non esse Sacramentum, multo minus creden-
dum est Subdiaconatum eo titulo gaudere.

3. Apostolis fuit incognitum (Subdia-
conatus officium:) ac longè post Apostolos ab
Ecclesia vt merum officium externum institu-
tum, vt colligitur ex Urbano Papa, cum faretur
primitiuam Ecclesiam solos duos Sacros Ordines,
Presbyteratum scilicet & Diaconatum ha-
buisse. Item consonat Magister Senten. affirmans
Subdiaconos & Acolytos procedente tempore
primùm constitutos fuisse, accedit demum Petrus
Blésensis cuius in serm. 47. hæc sunt verba: Pro-
ductior est ascensus ad hunc gradum Sacerdotij
nunc quàm in primitiua Ecclesia, in qua quò
tantum fidelis erat Diaconus fiebat vel Sacerdos:
introduciti postea sunt quidam minorum Ordini-
um gradus. Acclamat hic Spalatensis
Antiquitatem incolens, hæc inquit; Scri-
bebantur ante quadringentos quinquaginta
circiter annos, cum nondum Scho-
lastici

laestici miris subtilitatibus institutionem & introductionem quorundam ministeriorum ab Ecclesia factam promulgationem interpretarentur aut vsu, vt ad Christum quoquo modo reducerent Sacramenta instituentem clam & secretè, & Apostolis promulgationem committerent, certè tamen Subdiaconatus Apostolis fuit incognitus, si per ipsos fuit institutus & introductus.

4. *Profecto modo iam elapso sexto post Christum Seculo Subdiaconi ne benedictionem quidem in sui Ordinatione seu deputatione ab Episcopo accipiebant, & vt nouum in Concilio octauo Toletano cap. 6. fit statutum, vt cum Subdiaconi ordinantur cum vasis ministerij, benedictio eis ab Episcopo detur.*

4. Arg.

5. Ad hominem arguit. Nam Bellarminus Sacramentum probat, quia imprimit characterem & est irreiterabile, at hic tamen excipit Spalatensis, dicendo, Characterem rem esse imaginariam, ac idè tantum non iterari, quia semel deputatus ad aliquod officium non indiget renouata deputatione.

Cõfirmatio prima.

Amplius arguit. Bellarm. ideo effert Sacramentum, quia habet annexum votum continentia, atqui, instat Spalaten. etiam Monachus habet votum continentia & quidem solemnius, quam Subdiaconatus habeat, nec tamen Sacramentum est. Et tandem non est communis & constans Theologorum sententia, nam Durandus & Caietanus in contraria sunt opinione; & illi DD. qui defendunt esse Sacramentum, non nisi probabiliter id se opinari sententur.

vlt. arg.

6. Vltimò arguit ex testimonijs Patrum, qui solùm inter Sacros Ordines Presbyteratum & Diaconatum enumerant.

Clemens in Const. Apost. lib. 8. c. vlt. Ecclesiastici Ordinis numerantur Episcopi cum Presbyteris & Diaconis.

Ignatius ep. 3. 4. 6. & 9. Presbyterorum tantum mentionem facit ac Diaconorum

tanquam Ecclesiasticorum Ordinum. sine Episcopo, inquit, nec Presbyter, nec Diaconus nec Laicus quicquam facit.

Zepherinus, Origenes, Gregorius Nazianz. Ordines Sacros Presbyteris & Leuitis definiunt.

Hieronymus in Isa. lib. 5. cap. 19. totam Ecclesiam; quinque, ait, constare Ordinibus: quinque, ait, Ciuitates quinque Ordines Ecclesie, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, Fideles, Catechumenos sentiunt; alibi, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos in superioribus Ordinibus collocat.

Ambrosius de Dignit. Sacerd. cap. 3. inter Sacros Ordines duos etiam recenset, ait enim: Aliud est quod ab Episcopo requirit Deus, & aliud quod à Presbytero, & aliud quod à Diacono, & aliud quod à Clerico, & aliud quod à Laico, vel à singulis quibusque hominibus. August. epist. 148. & 162. propria Ecclesiastica officia Episcopi Presbyteri ac Diaconi cõclusit, & post Episcopos, Sacerdotes, ac Diaconos reliquos in inferiori Clero collocauit. Chrylost. 1. Cor. hom. 30. Quemadmodum, inquit, Episcopos, Sacerdotes, Diaconos, Virgines, Coniuges numeramus, Catalogum Ecclesie recensentes. sic & Viduas. Vrbano Papa, seu potius Synodus Beneuentana exluone: Sacros, inquit, Ordines dicimus, Diaconatum & Presbyteratum, hos siquidem solos primitiua legitur habuisse Ecclesia. d. 60. c. fin.

Leo IX. sic habet: Sacerdotum Ordo bipartitus est, nec amplius quàm duos Ordines, id est, Episcoporum & Presbyterorum nobis collatis sunt, nec Apostoli docuerunt.

Stabilisur ex Orthodoxia Subdiaconatum esse verè Sacramentum.

CAPVT II.

1. DE Diagora refert Epiphanius in Anchoratu quòd Herculem suum ligneum in penuria ligni exussit & per ludibrium ad ipsum dixerit: Age Hercules, decs-

Probat e.
PP.

decimamtertium laborem subiturus adesto, obsonium nobis cocturus: & sanè accepit ipsum, in scindulas fudit, deridens proprium Deum velut qui nullus esset, & apposito ipsi prandio illudens pascebatur.] multi huius temporis Athei Diagoram imitantur, qui cum etiam Deum abnegent, nil mirum si Sacramenta eius contempnant. Ad hos ergo confutandos hæreticos atheos & Diagoras omnia in ludibrium vertentes dilcurremus. Sagarelli ex Guidone Carmelita de hæresibus dicebant. Ordines, Sacerdotium, Diaconatum esse in fidei detrimentum. Wicleph in Dialogo cap. 13. ait: tempore Pauli suffecerunt duo Ordines Clericorum scilicet Sacerdos, atque Diaconus, ceteros superbia Cæsarea adiuventos. lib. de Papa cap. 11. Omnes ab institutione Christi facti alienos. Calvinus 4. inst. cap. 19. Omnes Ecclesiasticos Ordines irridet & rejicit. His subscribit M. Antonius, dicens. n. 60. Duos tantum Ordines verè Ecclesiasticos siue à Christo siue ab Apostolis institutos totam Ecclesiam antiquam agnouisse, non ergo verus Ordo Ecclesiasticus est apud M. Antonium, tantum abest ut Sacramentum esse quoque fateatur. nudum ergo officium nudum ministerium facit imitator Diagoræ pro profano habens quod ut sacrum venerata est antiquitas, & etiam ut Sacramentum orthodoxiæ conformior sententia plurius, & grauiorum Doctorum. Duo ergo pronunciata aduersus sacrilegum constituamus.

Probat ex
PP.

2. PRIMVM ASSERTVM. Subdiaconatus qui & Hypodiaconatus inter Ordines Ecclesiasticos ab initio nascentis Ecclesiæ enumeratus est.] Probatum primo in Canon. Apostolorum Can. 42. & 43. Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, aut Subdiaconus aleator, aut desinat, aut communi-
one priuetur.

Clemens Rom. 8. constit. Apost. ca. 21. sic dicit, Hypodiaconum cum ordinis Episco-

pe, impone ei manus dicens: Domine Deus &c. respice hunc famulum tuum, qui ad ministerium Hypodiaconi electus est. & tribue ei Spiritum S. ut v. u. sa ad ministrandum tibi facta dignè at-
trectet &c. & epist. 2. ad Iacobum fratrem Domini. Tribus gradibus commissa sunt Sacramenta diuinorum secretorum, Presbytero, Diacono, & Ministro] vide Hypodiaconum.

S. Ignatius ep. ad Antioch. Saluto S. Presbyterorum Collegium, saluto Sanctos Diaconos, saluto Hypodiaconos.

S. Dionys. de Ecclesiastica Hierarch. c. 3. & 5. sub nomine Liturgi comprehendisse videtur etiam Hypodiaconos, nam quando loquitur de Diaconis addit epithetum ἐκκληροδός, id est, propriè dictos peculiare excel-
lentes.

Eusebius Cæsariensis 6. Ecclesiast. hist. cap. 33. Non ignorabat in hac Ecclesia (de Nouato loquebatur) Presbyteros esse quadraginta sex, Diaconos septem, Subdiaconos septem &c.

Athanasius epist. ad solitariam vitam a-
gentes: Ariani rapuerunt Eutychium Subdiaconum, virum probè Ecclesiæ inseruientem. Test. Greg.

In 6. Synodo in Canonibus Can. 14. dicitur Subdiaconus ne minor viginti annis ordinetur, cuius Canonis meminit Leo Imperator cognomento Philosophus constit. 75. Elias Cretensis in oratione 10. Nazianz. Cum primus gradus Presbyterorum sit, secundus Diaconorum, tertius Subdiaconorum &c.

Gregorius Presbyter in vita Theodori Archimandritæ dicit de Theodosio Episcopo, quod post alios Ordines, (post die Subdiaconum & Presbyterum instituit, Ecce in-
quens omnes Clerici Ordines consecutus es, ut diuina possis ministeria peragere &c.) Sozomenus de Subdiaconis meminit lib. 8. c. 2. loquens de Martyrio.

Ex Latinis Fabianus ep. 1. Septem Sub-
diaconos ordinauimus, qui septem Notarijs im-
Test. PP. Latinorū.

minerent, & gesta Martyrum veraciter in integrum colligerent.

Cyprianus epist. 15. facit mentionem de Clementino Hypodiatcono epist. 24. de Letore Saturo & Hypodiatcono Optato, quos, ait, iam pridem communi consilio Clero proximos feceramus.] & epist. 78. de Hermiano meminit.

Caiusepistola ad Felicem, mandat qualiter per minores Ordines quis ascendat ad superiores vt demum Subdiaconus, deinde Diaconus, & postea Presbyter, & deinde, si meretur, Episcopus ordinetur.

Concilij Eliberni PP. statuunt: in cap. 30. Subdiaconum ordinari non debere eum qui in adolescentia fuerit fornicatus, eo quod postmodum per subreptionem ad altiore gradum non sit promouendus.

Syluester cum Synodo Rom. c. 7. Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus &c. in omni loco representent obsequium.

Damasus epist. 4. Chorepiscopis non licet Sacerdotes consecrare nec Diaconos, nec Subdiaconos.

Gregorius Turonensis 4. Hist. Franc. c. 6. Subdiaconatus officium quinque annis ministrari, Diaconatui vero quindecim annis mancipatus fuit.

Isidorus Hispalensis 2. de Eccles. offic. cap. 10. omnia munia Subdiaconi explicat. & cum eo omnes qui de officijs Ecclesiasticis tractant, vt Alcuinus de diu. off. c. 25. Valfridus de rebus Eccl. c. 31. Micrologus de Ecclesiast. obseru. c. 8. Hugo de S. Vi&t. de Sacram. fidei lib. 2. p. 3. c. 5.

4. Patres Concilij Carthag. 4. quomodo sit ordinandus Hypodiatconus tradunt cap. 5.

Zozimus ad Hefychium (non sit illi vile exercitias, Acolythum Subdiaconum per Ordinem fieri.) de iisdem Subdiaconis habetur

mentio in Tolet. p. cap. 5. in Concil. Agathensi c. 39. Gerundenfi c. 6. Aurelianensi Tertio c. 2. & 15. Turonensi 2. c. 11. Bracarenfi p. c. 27. 28. 29. 38. Matilcon. 2. cap. 16. Antidior. c. 20.

5. Patres Concilij Florentini, Subdiaconorum meminerunt, & Tridentini expresse, vnde continuata series traditionis per hæc testimonia de Subdiaconatu illum inter Ordines Ecclesiasticos recensitum monstrant, & id velit nolit, fateri cogitur M. Antonius, cum suus Magister Caluinus Eliberinum Conciliũ agnoscat, illoque frequenter vtatur, cuius Canonem supra recensuimus apte de Ordine Subdiaconatus loquentem; cum tam Latina Ecclesia, quam Græca vt patet ex citatis PP. ex Ritualibus & Põrticalibus, & Eucharologijs tam disertis verbis & cæremonijs Subdiaconatum non purum & nudum officium fateatur sed sacrum & liturgicum ministerium. videat transfuga, an recte appellatit ad antiquitatem, quæ tota ipsi contradicit.

I. SECUNDVM ASSERTVM. Subdiaconatus etiam est verè & proprie Sacramentum. Hæc conclusio contra Spalatensem statuitur, vt conformior traditioni & Conciliorum doctrinæ.

Probatut ex principio illo quod non potest effugere Aduersarius, quia ad rationem Sacramenti requiritur externum symbolum materia & forma, effectus supernaturalis qui ex instituentis infallibili pacto & institutione, vel (vt dicunt) mandato causatur. Sed hæc omnia reperiuntur in Subdiaconatu. ergo est verè Sacramentum.

2. QVANTVM AD MATERIAM. Ex Concilio Carthaginensi 4. c. 5. habetur: Subdiaconus cum ordinetur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipiat vacuam, de manu verò Archidiaconi

Test. Conc.
Florent. &
Trident.

Forma
Subdiaconatus.

2. Assertũ.

Probatut.

Difficilis
an etiam
per imposi-
tionem ma-
nus olim
Subdiaconatus Or-
dinetur.

Test. Con-
ciliorum
Prouin-
cialium.

vrceolum cum aqua, & mantile, & manutergium. eadem materia traditur in Florent. & Pontificali Romano. traditur quoq; in Ecclesia Latina liber epistolarum. sed prior communiter de essentia esse defenditur.

Forma
Subdiaconatus.

3. QUANTVM AD FORMAM. Forma in Ecclesia Latina est quæ à Pontificali Romano præscribitur; ad quam etiam Florentinum se remittit. In Ecclesia verò Græca sunt illa verba mystica consecratoria & initiatoria, quæ à Clemente Romano innuuntur, & similia in Euchologio Græco recensentur, vbi sic dicitur, quod Diacono affertur vas ad insundendam aquam pro lotionem manuum & manutergium, deinde ter obsignans eius caput, & imponens manum, vbi Diaconus dixerit, Dominum deprecemur, & Pontifex recitat hanc orationem: Domine Deus noster &c. vbi forma insinuatur.] apud Thessalonicensem hæc est forma, Diuina gratia promouet N. Hypodiaconum in Diaconum, & clarius ex ea gratiosus effectus insinuatur.

4. Vna difficultas pulsare animum posset, nam tempore Dionysij dabatur per impositionem manuum Subdiaconatus, vt modo etiã fit in Ecclesia Græca, & Concilium Africanum è diametro se opponere videtur, dum dat illam causalem porrectionis instrumentorum Subdiacono, quia manus impositionem non accipit, & sic destruitur essentia Sacramenti Ordinis, cū omittatur ceremonia essentialis. Quod si dicas in ipsamet porrectione instrumentorū fieri manus impositionem, & id sufficere.

Contra, quia hoc non obstante in 7. Cōcilio Generali in Ordinibus minoribus mandatur imponendas esse manus, in illis quoque tunc inclusum Subdiaconatum constat ex antiquitate. Quidam dicunt quod Dionys. in Græcia addiderit ceremoniam illam in Subdiacono imponendi manus, & Africani non putantes esse ne-

cessariam, vbi intelligebant non effundi tam copiosum gratiæ munus, vt in Diaconatu, Presbyteratu, omiserunt &c. & sic Ritus secundum consuetudines Ecclesiarum seruandas. ita Calenius Cath. 192.

5. Sed & aliter dici potest, quod etiam Africana Ecclesia manus Subdiacono imponebat, & Concilij Africani Patres explicari possunt, videlicet Subdiaconus, quia manus impositionem non accipit, nempe solam patenam de manu Episcopi accipiat &c. vel quia manus impositionem secundum eam solemnitatem qua accipiunt Episcopi vel Presbyteri atque etiam Diaconi, accipiunt æquiualem impositionem manuum in porrectione instrumentorum, vel cum eadem porrectione aliud genus impositionis manuum, quod extra Altarium fiebat. Quod ne videatur voluntariè dictum, sciendum est ex Simeone Thessalonicensi in lib. de Sacramentis, duplices in Ordinatione fieri solitas impositiones manuum, partim extra cācellos, partim intra Sanctuariū. Per eã extra cancellos ex eodē Lectores & Subdiaconi initiabantur, vt subdit: [Præcipua verò impositiones manuum intra Sanctuarium & in ipsa sacratissima mensa in typum Trinitatis tres sunt, Diaconi, Presbyteri, & Episcopi, de quibus ait Dionysius] hæc ille. ex qua doctrina quoque apparet, cur Græci quodammodo etiam Ordinibus inferioribus à Diaconatu, cum illa manus impositione instrumenta tradant; quæ non tradunt in manus Diaconi & Presbyteri &c. quia extra cancellos minores tradunt, inter quos olim Subdiaconatus qui ob id extra cancellos stabat in loco consueto ex eodem Theff. ibid. (saltem respectiue) Diaconatus verò & Presbyteratus in ipsa sacratissima mensa dabatur, quæ satis instructa erat instrumentis calicis & patenæ &c. ad quæ inuestitura dabatur, cum illa manus impositione instru-

Solutio
Austhoris.

Solutio
quorundam.

Probat
Solutio ex
Simeone
Thessaloni.

menta connotante (cui correspondet modo traditio calicis & patenæ cum vino & hostijs) cumque porrectione quæ manuum impositionem includit: quia ergo non accipit Subdiaconus primi generis impositionem, accipit aliam instrumentis iunctam (vt vidimus ex Euchologio) saltem secundarijs, quorum etiam meminerunt Africani Patres, ponendi quoque vas aquæ videlicet in manu Subdiaconi cum mantili & manutergio, quod materialiter differret à traditione calicis vacui &c. dici posset, quod per omnia Græca cum Latina Ecclesia conueniat.

*Effectus
Sacram.
Subdiaconatus.*

6. QUANTVM AD EFFECTVM, diuinum donum cum inamissibili potestate confertur, quod quantum fieri potest ex antiquitate venadum est, & primò ex forma, nam in forma consecratoria assignata à Clemente lib. 8. cap. 21. dicitur [Tribue ei Spiritum S. vt vasa ad ministrandum tibi facta dignè attrahat &c.] Informa consecratoria Euchologii [qui ineffabili tua præcognitione determinati sunt seruum tuum, vt esset dignus qui samularetur Ecclesie S. tue, tu Domine irprehensibilem eum in omnibus conserua Da ei vt ornet decorem domus tue &c.] quæ omnia diuina gratia præstantur.

*Probatur
ex forma
Subdiaconaj.*

*Idem probatur
ex alijs PP.*

7. S. Dionysius 3. Eccles. Hierat. meminit λειτουργῶν inter quos fuisse quosdam διακόνους, hoc est, præcipuos quos Maximus & Pachimerus proprie dictos Diaconos aiūt, designantes quod alij hoc epitheto carentes simpliciter & sine addito vocari λειτουργοὶ Subdiaconi fuerint. & de his cap. 5. idem S. hos τελειῶσαι perfectos & initiatos vocat, quod Sacramentum designat, habereque proprias διακόνειαι functiones & perfectiones.

Ex Epiphano.

Sanctus Epiphanius in anchoratu ait Sacramentum λειτουργῶν constare quatuor Ordinibus Episcoporum, Diaconorum & Subdiaconorum, habet ergo Subdiaconus, quod

fit Sacerdos participatiuè, quod obtineat mysterium, suam λειτουργίαν, seu vt loquitur Areopagita τελειῶσαι seu τελειῶσαι perfectionem & sacrationem. hæc autem manifesta indicia, quod per gratiam & characterem non secus ac Sacerdos & Diaconus, Subdiaconus quoque inicitur.

Caius epistola ad Felicem per eum gradum dicit hominem Deo consecrari, Consecratio autem per gratiam intelligitur fieri, quæ est cæteris Sacramentis communis, vnde sup. c. 5. in suis Liturgijs sub quibus Diaconi ex dictis comprehenduntur, dixerat fieri, quando ἀφιέρωσαι hoc est Consecrationem aliquam qua homo Deo dicitur, & sicut sacer accipiunt.

*Ex Caio.
Papa.*

2. Secundo probatur, quia ex PP. officia Subdiaconi sacratissima sunt, debent enim inferuire diacono assistenti in sacrificio, porrigere calicem, patenam, vinum, aquam, peluim & manutergium, & etiam epistolas legere &c. hi autem actus sancti sunt, & à prophanis & laicis manibus præstari non debent, sed à sacris ministris & ad hæc munera non simplici iniunctione, sed ob diuinorum mysteriorum cõrectationem Consecratione initiatis, sed Consecratio importat animæ perfectionem cū gratia & caractere. Ergo. Hanc rationem expressè indicauit S. Dionys. in Theoria c. 5. vbi totum ritum consecrandorum Episcoporum, Presbyterorum, & Liturgorum, hoc est, ministrorum comprehendit, vbi cum declarasset Sanctus manus impositionem denotare diuinam protectionem, subdit [quæ manus impositio eorum quidem HABITVM, VIM QVE Ecclesiastici Ordinis largitur &c. docet etiam omnia efficacia & munera sacri Ordini: exequi eos qui consecrati sunt, vt sub Deo agentes, eumque suarum actionum habentes Ducem in omnibus.]

*Probatio
2. ex muneribus
Subdiaconi.*

*Obiecti
difficili
Dionysij
desumpti*

*Confirmatur
ex a
thoritat
S. Thomæ*

*Responsum
soluens
difficultatem
propositam.*

9. Quantum ad diuinam institutionem clara est Conclusio, nam cum hos effectus

*Diuina
institutio
Subdiaconatus.*

super-

supernaturales nulla humana deputatio efficere possit, à Deo mediante Sacramento quod eleuat efficiuntur. & hæc institutio diuina insinuat in forma Euchologii, vbi dicitur, *Domine Deus noster qui per vnum atq; eundem Spiritum diuidis Charismata vnicuique eorum quos delegisti, qui Ecclesia tua varios Ordines largitus es, in eo quoque gradus ministerij constituisi in administrationem Sanctorum & immaculorum tuorum mysteriorum.* inter quos gradus à Christo institutos Subdiaconatus ibidem edocetur, dum initiandi ad eum gradum forma præscribitur. Cum ergo de forma, materia, effectu, & institutione, videamus traditionem nos edocentem, nõ est vllõ modo maximè post Florentinum & Tridentinum addubitandum cordato Theologo, & modesto Ecclesiæ filio esse verum Sacramentum.

*Obiectio
difficilis ex
Dionysio
desumpta.*

*Confirmatur ex auctoritate
S. Thom.*

Obijcies, quod Dionysius videtur innuere, non fuisse tempore suo Subdiaconos, nam inferiora ministeria solis Diaconis committebantur ex c. 3. de Eccl. Hierar. quem locum ponderans S. Tho. q. 36. ar. 3. ad 2. in addit. dixit prædictas potestates contineri implicite in vna Diaconi potestate, sed postea ampliatus est cultus diuinus, & Ecclesia quod implicite habebat in vno Ordine explicite tradidit in diuersis, & secundum hoc dicit Magister in litera quod Ecclesia alios Ordines sibi instituit. non ergo Subdiaconatus & c. nec inferiores Ordines à Christo instituti sunt, & sic ruit tota ratio fundamentalis.

*Responsio
soluens
difficultatem
propositam.*

Sed respondetur, aliud est non fuisse nisi duos Ordines Presbyteratum & Diaconatû, vt contendeat Wicleph, & præter hos nullos alios Ordines tunc fuisse distinctos, aliud est officia inferiorum Ordinum confusè seu implicite à superiorum Ordinum ministris exercita. Primum est falsum, vt vidimus ex doctrina superiorû PP. & magis videbimus cû mox de minoribus Ordinibus tractabimus. Secundum

est verum, nam ex ca. 3. & 5. Eccles. Hierar. (quod similiter colligitur ex Iustino marty. 2. Apol.) habemus Diaconos stetitisse proforibus, discreuisse Cathecumenos ab Energumenis, & hos iterum à pœnitentibus & c. plebe, & satis eleganter ostendit commetarius Ambrosio tributus in illum locû, & ipse dedit quosdam Apostolos & c. què locum inferius pöderabimus. Erat itaque Ordinum omnium tunc temporis instituta pluralitas, sed bene erat ministrantium paucitas quæ multorum inferiorum munerata ordinata confusione seu indistinctione ex necessitate exercebat.

10. Quando verò ait S. Th. potestatem inferioris Ordinis reperiri in superiori Ordine, duplicem sensum potest habere, primus est inferioris potestatem reperiri in superiori, vt præditus superiori Ordine per inferiorem non transierit velut per scalas ad superiores, & hoc est falsum, non enim Act. 6. Diaconi immediate creati ex Laicis, sed inferiori Ordine sunt primo initiati, dicente Beda: *Non illi qui statuerunt eos, sed Apostoli imposuerunt eis manus, etenim communis quadam dispensatio exigebat, vt ministri prouiduis eligerentur viri. Verum vbi inuenti sunt, qui ad hoc ministerium apti esse viderentur, crescente gradatim, vt solet prouidentia Concilij salutaris, placuit eosdem Lectores ipsos quoque Altaris sacri ac Dominici sanguinis, sicut & refectionis, mensaque communis multitudini credentium ministros ordinari.* Secundus sensus est, vt iam gradatim ordinatus, etiam ex vi superioris characteris possit facere, quæ inferior minister efficere posset, & hic verus est, superior enim ille character eminenter continet quidquid inferior. Sed hoc non arguit non fuisse alios inferiores Ordines, nam hos superior character & si non de necessitate, de congruitate, & statuto Ecclesiastico supposebat. Hoc autem arguit in characterem superiori

*S. Th. ex
positus.*

continentiam inferiorum, non secundum speciales formas, sed secundum superiorum formam eminentialem, non secus ac quadrangulum continet triangulum, & rationalis continet sensitivam & vegetativam animam. Cum verò subditur: quod *implicitè continebatur in vno Ordine, explicitè tradidit Ecclesia in diuersis*; distinguitur ista propositio S. Thom. tradidit in diuersis Ordinibus, hoc est, recenter institutis instituendo materiam & formam negatur: tradidit in diuersis personis, vt singula à singulis, non omnia à singulis exercerentur, & hoc verissimum est; & in hoc sensu Ecclesia dicitur à Magistro instituisse alios Ordines, nempe quantum ad explicitam appositionem personarum, non autem rerum & materialium vel formarum, quæ iam pridem institutæ erant. Licet S. Bonaventura dicat, & quantum ad materiam, & quantum ad formas, & quantum ad personas factam istam explicitam multiplicationem ab Ecclesia. Sed positio S. Thom. magis saluat inferiorum Ordinum Sacramentalem rationem.

Soluuntur argumenta cap. 1. §. 1. proposita.

C A P V T III.

Ad 1. arg. 1. AD primum. Quod non sit tanta certitudo de Subdiaconatu, sed solum probabilitas ex sententia Cardin. Bellarm. & multorum aliorum Theologorum, non infirmat veritatem Sacramenti. Est in Theologia multiplex propositio genus, quoddam enim dogmaticum, quoddam verò illis proximum: rationale est istud quod cōtrouertitur, vnde plusquam probabile existimo cum solidioribus & cordatis Theologis Subdiaconatum esse Sacramentum. Quoddam tandem genus est quod ex his probabiliter deducitur; quod (mitiori censura vtens) putauit hic. interuenire Bellarm. & licet

de eo non fiat mentio in scriptura, traditio nobis sufficit. & si manus impositionem non habet, habet instrumenti portationem, quæ est quoque chirotonia, vt dictum est, si non ministrabant Eucharistiam (hoc enim erat munus Diaconi) vasa tamen ministerij præparabāt ad quæ sacrabantur. vnde quanquam non erant Subdiaconi ministri primæ classis & *intra cancellos* pro Hierarchicis functionibus (ad quas destinati erant Episcopi perficendo, Presbyteri illuminando, Diaconi purgando) erant tamen ministri secundæ classis & *extra cancellos*, sed quia etiam *Liturgi* à Dionysio appellabantur, pariter ministerium Hierarchicum habebant, portando vasa sacra &c.

2. Ad secundum, temeritatem iactantiæ annectit, inanem triumphum occinendo, quod probat Diaconatum non esse Sacramentum, cum satis obesa vanaque fuerint eius argumenta.

3. Ad tertium: fuisse Apostolis cognitum apparet ex Apostolicis Constitutionibus, & Clemente. Urbanus (quanquam locum non citet) ep. ad omnes fideles: & habetur 14. q. 1. *videntes autem de Sacerdotibus & Leuitis* facit mentionem. Sub nomine *Leuitarum* intelliguntur quoque Subdiaconi, vt patet apud Scriptores Ecclesiasticos. Magistri Sententiarum assertum ex supra allata doctrina explicatum est. & secundum rationem allatam ad Magistrum, respondetur ad Petrum Blesensem, dici institutos eos Ordines ab Ecclesia quantum ad designationem distinctam plurium deinceps personarum; vel quantum ad vsum & promulgationem, cæterum institutionem factam à Christo, & ab Apostolis traditam patet ex dictis, quam doctrinam licet rideat Spalat. risus eius phrænesim miserandam demonstrat, qua nec Apostolis cognitum fuisse Subdiaconatum replicat.

4. Ad

Quomodo inferiores Ordines in vno superiori Ordine continebantur.

Ad quæstum.

Ad quæstum.

Ad 2. arg.

Ad 3. arg.

Ad vltimum.

Ad quartum. 4. Ad quartum. Concilia supra citata Carthag. Toleta. Agathense, & alia, sat est quod ista etiam ante quintum sæculum à Christi Ascensione expletum Spalatensem de mendacio reuicerunt, meminisse quoque debebat posse esse Sacramentum etiam si illam benedictionem non recipiebant, qua Presbyteri & Diaconi sacra-
bantur.

Ad quintum. 5. Ad quintum Anticyras remigat pro-
imaginationa re habens characterem, quem tradidit tanta asseueratione etiam nobis antiquus Dionysius, & cum ipso Ecclesia. Sed si Monachatus habet votum continentia, non est quia Ecclesiasticis functionibus ordinantur sicut ordinati sacris Ordinibus, sed quia se offerunt Deo in holocaustum spirituale. Initiati verò sacris votum continentia habent annexum ex Ecclesia statuto, quia sacris altaribus ministrare debent. Quamuis verò rari ex Theologis tenuerint Subdiaconatum nõ esse Sacramentum, equidem non debent pauci præiudicare cæteris Theologorum Choro.

Ad vltimum. 6. Ad vltimum. Clemens & Ignatius Subdiaconatus meminerunt alibi vt patet ex loc. cit. Zepherinus, Origenes, Gre-

gorius sub Leuitarum nomine Subdiaconos intellexerunt, vel dicendum quod locuti sunt de præcipuis Ordinibus qui constituunt principaliter Ecclesiasticam Hierarchiam. Hieronymus eo loco nõ loquitur de Ordinibus Clericorum, sed de Ordinibus Christianorum. Ambros. August. Chrysostomus, similiter de tribus locuti sunt Ordinibus tanquam primoribus & excellentioribus. Ad Vibanum dicitur, quod exponendus est cum Innoc. 3. quod olim non annumerabatur Subdiaconatus inter sacros Ordines, quibus tamen postea indictum est continentia votum, & inter sacros Ordines, ex voto annexo recensitus est, sed aliud est Ordinem non esse sacrum, aliud non esse Sacramentum: primum ad expositum sensum conceditur, secundum negatur.

Ad autoritatem Leonis. Locutus est Leo de principalioribus Ordinibus, sententibus, & capitibus cæterorum; Nec alios negauit, quorum separatim in alijs locis apertissimam facit mentionem. Sed hæc omnia quæ ex reiectis hæreticis M. Antonius est mutuatus, sacrum Subdiaconatus Ordinem sua sacramentali ratione non potuerunt expoliare.



DISPUTATIO S E X T A,

De minoribus quatuor Ordinibus.



AM de maioribus Ordinibus triumphat suo quidem iudicio Spalatenfis, putans se inde sufficienter abarasse sacramentalem characterem, vt proinde eum pigeat minoribus similiter exautorandis prolixius immorari, perfunctorie ergo ita his demum obloquitur.

Contra minores Ordines instantia M. Antonij.

CAPVT I.

§. I.

Primò eos inter profana aut certè nò sacramentalia ministeria ablegat, quòd hæc ei videantur olim etiam Catochemenus & infidelibus fuisse communia, qui tamen ante Baptisimum nullius Sacramenti capaces nescuntur.

Secundò, in exponenda horum Ordinũ essentia, institutione, Sanctitate, tanta est apud Theologos seu taciturna siccitas, seu opinionum varietas, vt vel nihil, aut saltem parum idque incertum statui possit.

Tertiò. Videntur quidem horum Ordinum munia describi. 1. Corint. 12. alij datur sermo scientia, &c. quæ (vt commentatur illic Ambrosius) datur non propter merita sed officia ecclesiastica, & in epist. 4. vbi dicitur, quosdam dedit Pastores, quos ipse interpretatur Lectores qui lectione saginent populum audientem, Veruntamen ab his facili negotio se expeditum credit M. Antonius, ad similia respondendo, Deum solitum esse aliquos huic donis à Paulo enumeratis exercerã ordinare inter Laicos excitare, quorum ministerio vtatur in doctrina sana explicanda.

Audiat plenius huic discursui fauens Ambrosius (qui non benè intellexus, ab eodem postea ad ferulam vocatur) in eum locum, & ipse dedit quosdam apostolos, vbi ait: Postquam omnibus locis Ecclesie sunt constituta & officia ordinata, aliter composita res est, quam cooperat. Primum enim omnes docebant & omnes baptizabant &c. Neque Petrus Clericos habuit aut diem quasiuit. Vt ergo cresceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & angelizare, & baptizare, & Scripturas in Ecclesia explanare. At vbi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conuenticula constituta sunt, & Rectores & officia Ecclesie sunt ordinata, vt nulus de Clero accederet qui ordinatus non esset pra-

sumere officium, quod sciret non sibi traditum vel concessum. & cœpit alio Ordine prouidentia gubernari Ecclesiastica.

Deinde ad idem caput idem Auctor, minus rectè per Rectores intellexit, ait, Lectores, & per Doctores Exorcistas, vt minus rectè per Euangelistas intellexit Diaconos. recetia ergo hæc trunera, cum sint ab Ecclesia instituta.

§. II.

Aliquorum orthodoxorum sententia cum suis fundamentis.

Aliquibus etiam DD. etsi Catholicis visum est minores Ordines non esse propriè Sacramenta, ita Michael Medina 1. de continent. c. 46. Nauarr. in summa c. 22. num. 18. Sotus d. 24. q. 1. ar. 4. Vafquez ad 3. p. t. 3. disput. 237. c. 2. Arcudius lib. 6. c. 9. Conineck & quidam alij moderni. mouentur autem sequentibus rationibus.

Prima: non semper ijdem Ordines in Ecclesia extiterunt, nam præter quatuor Ordines minores communiter assignatos S. Ignatius ad Antiochenos addidit alium Ordinem, à quo initiati dicebantur Laboratores, aliàs Laborantes, aliàs Fossarij qui ex Dionysio de Eccles. Hierarch. corpora dormitantium fidelium sepeliebant. eorundem meminit Epiphanius. quos ante Ostiarios vel lanitores collocauit in Anchoratu, & Hieronymus epist. 13. ad Rusticũ Narbonensem. Quin & eos Epiphanius ad Ordinum disciplinam spectare scribit. & Basil. ac Chryl. in suis Liturgijs eos distinguunt à tota plebe: at verò nunc non extat talis Ordo, ergo &c.

2. Cantores erant constituti in aliquo Ordine ecclesiastico secundum Clementem 3. constit. c. 11. vbi inter ceteros Ordines eos recenset concludens, hic est enim Ordo & Harmonia ecclesiastica. similiter in Can. 26. Apost. Cantores ad Clerum pertinere

Sententia quorundam DD.

Prima ratio.

2. Ratio.

Secundũ.

Tertium.

3. Ratio.

4. Ratio.

5. Ratio.

6. Ratio.

Confirmatio prima.

tinere declaratur; & quod maius est in Concil. cir. Carthagin. cap. 10. forma præscribitur qua Cantor ordinabatur, & Isidorus apertè dixit: *aliud esse Cantoris aliud Lectoris officium.*

3. Ratio.

3. Quia vetusti Patres Clemens, Ignatius, Epiphanius, Isidorus nihil de Acolytho locuti sunt, vt suspicandi materia ministraret eum Ordinem in Ecclesia non extitisse. imò in Concil. Cartag. non ab Episcopo, sed ab Archidiacono ordinari videtur, dum ab Archidiacono materiam accipit, Episcopo fundente benedictionem. de iure autem diuino Sacramenti Ordinis materia ab Episcopo tradenda est ordinandis.

4. Ratio.

4. Exorcistarum munus commune fuisse scribit omnibus Christianis Iustinus dial. cum Triphone, vnde non Ordinem, sed gratiam gratis datam expressè dicit Clemens 8. constit. Apost. cap. 26. Quin quod Chorepiscopis in Concil. Antioch. c. 10. tributa est facultas eos ordinandi. imò & in Concil. Sept. Generali c. 14. etiam Abbatibus eadem facultas concessa est ordinandi Lectores, si autem hi Ordines fuissent de iure diuino, Ecclesia nunquam talem dedisset facultatem.

5. Ratio.

5. Lectores olim vt scribit Socrates l. 5. Tripar. hist. cap. 22. indifferenter ex fidelibus & Catechumenis, assumebantur, non ergo Lectoratus Ordo esse potest, cum nullus ordinari possit, nisi prius sit baptizatus.

6. Ratio.

6. Quod valdè vrget Arcudius, quia in Concilio Sardic. Can. 10. sic dicitur: *Si quis diues vel è foro Scholasticus Episcopus fieri voluerit, non prius constituatur, quam Lectoris, & Diaconi, & Presbyteri ministerium peregerit, vt in vnoquoque gradu, si dignus existimatus fuerit ad Episcopatus fastigium per progressionem possit ascendere.*

Confirmatio prima.

Cõfirmatur primò ab Arcudio ex praxi

Græcorum, nam ex Metaphraste, Gregorio Patriarcha Alexand. primo Chrylstonus Lector à Zenone in Antiochia est institutus, deinde Diaconus à magno illo Meletio à Flauiano Episcopo Presbyter initiatus, sic S. Euty chius ordinatus est apud Metaphrastem anno 550. Cæsarius Episcopus Arelat. similiter primò attonsus, mox Diaconus, successiuè Presbyter &c. sic Marcellus Episcopus Parisiensis primò Lector, deindè Subdiaconus, postea Episcopus.

Confirmatur secundò ex autoritate Siricij, qui etsi temporum interstitia constituerit in suscipiendis Ordinibus, per quos velut per gradus ascendere intendiandi, tamen epistola ad Episc. Terraconensem sic loquitur: *Quicumque se Ecclesia vouit obsequi à sua infantia ante pubertatis annos, baptizari & Lectorum debet ministerio sociari, si ad 30. etatis annum laudabiliter vixerit, Acolythus & Subdiaconus esse debet. vbi duo hæc officia coniungit, etiã Exorcistis & Ostiarijs non commemoratis. ibidè Exorcistas cum Lectoribus confundit [qui iã etate grandeus ex Laico ad sacram militiam peruenire festinat, desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo quo baptizatur tempore, statim Lectorum aut Exorcistarum numero societur] vt qui esset Lector esset Exorcista: post bienniũ Acolythus & Subdiaconus fiat (vtrumq; coniungens tanquam vnum) & sic ad Diaconatũ prouehatur. Similia habet Zosimus ep. 1. ad Hesy chium differens à Siricio, quod vbi Siricius cõnectit Acolythatum cum Subdiaconatu & Exorcistatũ cum Lectoratu, Zosimus loquitur sub distinctione, vt inter Lectores vel Exorcistas, per quinquennium, & Acolythus vel Subdiaconus quadriennio in tali Ordine permanere deberent antequam ad alios ascendant superiores. Cũ ergo non ita sint distincti minores Ordines vt modò sunt, nec omnibus initiarentur, qui promouèdi erant.*

erant ad maiores, non habita fuisse vt Sacramenta euidenter colligitur.

Confir-
matio 3.

Confirmatur tertio, quia etiam ante tempora Siricij non de omnibus quatuor Ordinibus mentio facta est, nam in 69. Canone Apostolico ubi recensentur omnes in gradu ecclesiastico constituti, non fit mentio nisi solius Lectoris vel Cantoris, vnde ibidem dicitur: *Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel Lector sanctam Quadragesimam non ieiunat &c.* Et in Concilio octauo generali Can. 5. *si quis factus est Clericus aut Monachus, perque omnem gradum ecclesiasticum transiens vt Canones prescribunt irreprehensibilis repertus est, ad Pontificatum euehatur, ita vt in Lectoris gradu annum, in Subdiaconi duos, in Diaconi tres, in Presbyteratu quatuor annos expleat &c.*

7. Ratio.

7. Quia non propterea quia hi ministri ordinati sunt ad sacras functiones sequitur, tales Sacramento initiari, nam apud Græcos ex lib. 3. iuris orientalis eriam erant munia quædam circa ministeriū Sanctuarij certis personis cõmissa, vnde quidam vocabantur Obseruatores, quibus sacra vasa & eorum operimenta concredita erant vt ea custodirent, præsertim quæ erant lapidibus pretiosis ornata, Camisati alij dicebantur, qui deputabantur ad deferendos ignitos carbones thuribulo inferendos, & aquam calefaciendam pro mysterio. Deputati autem alij qui pallia ferebant, cum lampadibus præeuntes sanctum Euangelium cum legendum erat in suggestu, & ad comitandum deferentes dona ad sacram mensam &c. & tamen hæc nullus inter Ordines ecclesiasticos computauit.

8. Ratio.

8. Nec quia irreiterabiles sunt, certum indicium est sacramentalem rationem obtinere, nam nec consecrationes Monachorum Abbatissarum & huiusmodi arguunt aliquod hic mulieribus Sacramen-

tum conferri, & satis est deputatio extrinseca absque characteris impressione, vnde in Concil. Tolet. 1. dicitur cap. 5. [Presbyter &c. vel quilibet Ecclesiæ deputatus Clericus &c. si ad sacrificium quotidianū non venerit, Clericus non habeatur. vbi assumibilis est, quia deputatus est] similiter & accipientes primam tonsuram sacrantur Clerici ex sola extrinseca deputatione, quæ pariter irreiterabilis est.

Contraria sententia consentanea S. Thome, imò Conciliorum Florentini & Tridentini stylo conformior demonstratur.

C A P V T II.

1. **O**pposita verò sententiã communionis & probabilior est, & doctrinæ Angelici Præceptoris consentanea, imò Florentini & Tridentini decretis propinquier.

Sententia
S. Tho.

Probatur primò. In Florentino enim definitur Ordo esse Sacramentum, cuius materia est id per cuius traditionem confertur Ordo. & postquam adduxit materiam, & formã in Sacerdotio, Diaconatu, & subdiaconatu, mox deueniens ad minores Ordines subdit: *& sic de aliorum Ordinum formis &c.* cum ergo alios Ordines maiores & minores sub Sacramenti ratione includerit, & accuratè tradere voluerit Concil. formas, materias, effectus, innuere videtur satis, omnes esse Sacramenta.

Probatio
ex d. Arin.
Concil.

Respondet Vasquez disp. 137. fuisse necessarium signare in minoribus Ordinibus materiam & formã pro vnione Græcorum & Latinorum, vt quæ deerant, secundum latinum ritum introducerent, nõ vero quicquam tunc definitum est, cum nec de hoc esset controuersia ab Hæreticis mota, & adhuc in scholis esset de hoc opinionum varietas, & id definire Eugenij institutum non postulabat.

Fuga Vas-
quez.

Sed contra, quia nedum ritus obseruationem

Præmissio-
tionem

Probatio
ex Conc.
Trident.

1. Probatio
ex PP.
Græcis.

tionem docuit Flor. sed, vt ibidem dicitur, *Sacramentorum veritatem in hanc redigimus formam.* etiam multa definita sunt de quibus apud Scholasticos erat quæstio, & multa definiti possunt, etiã si ab Hæreticis nulla quæstione exagitantur Catholici.

In Concil. Trid. sess. 23. c. 2. septem Ordines numerantur, & postea c. 3. absolutè definit Ordinem esse Sacramentum. Respondet Vasquez, solùm Concil. damnare hæreticos Ordines minores deridentes & reijcientes, non tamen eos in speciali vocat & definit esse Sacramentum. Sed contra: quia hæc fuga ad summum monstrat rem istam non esse expressè definitam, cæterum non euertit huius sententiæ veritatem, quod absolutè dum Concil. definit Ordinem esse Sacramentum non excludit partes potentiales, & vbi ius non distinguit nec nos distinguere debemus. Addit Vasquez, dum Concil. Trident. definit Eccles. Hierarch. constare ex Episcopis, Presbyteris & ministris, & ministrorũ nomine ait intelliguntur Diaconi, voluit Concil. excludere minores Ordines, cum ad Hierarchiam quis dicere posset non pertinere de iure diuino. Sed prius probet Vasquez sub ministris nõ includi nisi Diaconos. Et saltem si non sunt secundum ipsum Sacramenta prædicti Ordines, tamen sunt sicut Episcopatus si Sacramentũ non sit, qui in ratione supremi gradus ad Ecclesiæ Hierarchiam pertinet de iure diuino.

2. Probatur secundò ex Patribus & Scrip-
toribus Ecclesiasticis, & primò Græcis: S. Ignatius ep. ad Antiochenos. *Saluto Lectores, Ianitores, Exorcistas.*

Eusebius in Ecclesiast. hist. lib. 6. c. 35. de Exorcistis, Lectoribus, & Ostiarijs meminit. in vita Constantini lib. 3. cap. 9. de Acolythis.

Concilium Antioch. ca. 10. de Lectori-

bus & Exorcistis fecit mentionem, Sardicense de Lectoribus can. 10. Laodicense can. 24. de Lectoribus, Exorcistis, vel Ostiarijs. Trull. can. 4. de Lectore & Ostiario. Nic. 2. can. 14. Tolet. 1. c. 4. *Ostiarj & Lectorũ*, Bracar. cap. 29. & 38. de *Lectoribus*, Matisconen. 2. c. 16. de *Exorcistis vel Acolythis*.

S. Ephrem de vera pœnitentia cap. 8. *Lectorum* meminit, vt Chrysostomus in liturgia & hom. 3. in posteriorem ad Thesalonic. Socrates lib. 6. c. 3. & lib. 7. ca. 40. Theodoretus 5. Hist. c. 40. Georgius Presbyter in vita Theodori Archimandritæ, Elias Cretenfis in oratione 10. in Nazianz. Hi omnes Græci.

Ex Latinis Anacletus vltra Diaconos & Subdiaconos alios *ministros Episcopo adflare* commemorat epist. 1.

Tertull. de præscript. cap. 4. de *Lectoribus* meminit. de Acolythis Fabianus epist. 1. & Cyprianus epist. 20. 55. & ep. 78. de *Lectore Saturo* ep. 24. meminit Caius *omnium quatuor*, postquam Subdiaconatum, Diaconatum, Presbyteratum numerarat ep. ad Felic. c. 6. idem facit Synodus Rom. sub Syluestro cap. 7. Ambros. de *Lectoribus & Exorcistis* ad cap. 4. ad Ephes. Siricius Lectoris, & Acolythi ep. 1. cap. 9. *Exorcista* quoque c. 10. eiusdem Eusebius Vercell. epist. ad Episcopos Italiæ. Hieronymus *Lectoris & Acolythi*, etiam *Exorcista & Lectoris* in cap. 2. ad Titum. Carthaginense 4. omnibus etiam his minoribus proprias materias & formas designat. Innoc. 1. ep. 4. c. 5. de *Lectore & Acolycho* expressè loquitur & de *Lectoribus* ep. 24. cap. 5. Seuerus Sulpitius in vita S. Martini c. 4. *Martinum Exorcistam* factum ab Hilario scribit, & de *Cardama Exorcista* dæmonijs terribili scribit Paulinus epist. 5. Zozimus similiter de Lectoribus, Exorcistis, Acolythis. Marcellinus Comes de lectoratu Io. Antioch. & Turonensis 4. hist. Franc. c. 6. de Catone

Probatu-
ex PP. La-
sinis.

Presbytero quod prius fuit Lector &c. Gregorius Magnus lib. 11. ep. 54. de Lectoribus, lib. 2. de eccl. offic. cap. 10. de omnibus quatuor eorumque officijs accuratè dixit. vt & Alcuinus de diu. offic. cap. 35. & Rabanus 1. de instit. Cleric. cap. 8. Iuo Carnotensis de excell. Sac. Ord. & Hugo de Sacram. fidei lib. 2. p. 3. cap. 5. Carolus Magnus ep. ad Clerum Rauennatens.

3. Probatio
extestim.
Hæretico-
rum.

Testim.
Caluini &
Melancthon.

Ex æmu-
latione si-
niorum
Hæretico-
rum veri-
tas eadem
probat.

3. Ad hominem: libentius aurem suis accommodabit Caluini soboles Spalatensis quam istis vetustis Scriptoribus, esto. saltem igitur ex Caluino hic antiquitatem venerante hos ecclesiasticos gradus ediscat. sæpè Caluinus *Eliberino Concil.* vritur, at istud cap. 30. nullum Acolythum in fornicationem lapsum, vult ordinari posse in Subdiaconum. & lib. 4. cap. 4. idem Caluin. cui ad stipulatur Melancthon in loc. communibus de Sacram. non semel facetur, *Primam Ecclesiam sinxisse normam regenda Ecclesia verbo Dei per omnia consentaneam, qua & si in quibusdam videatur, reuera nunquam à germano verbo Dei discrepet, ac demum (subdit impiè) Gregorij temporibus Ordinationes ecclesiasticas degenerasse.* Nominat quoque Hieronymum inter *authores incorruptos* illius antiquitatis, quem cum vetustiores gradus hos ecclesiasticos agnouisse ostenderit oculariter, res hoc argumento confecta est, non ad nudum & purum ministerium, sed ecclesiasticum minores Ordines pertinere, & cum quadam sanctitate & intrinseca profectioe sacrari ex vetustate probabimus, ex quo etiam Sacramenti ratio enucleatè apparebit.

1. Ex æmulatione quoque hæreticorum qui harum functionum formam ad suas Synagogas trãstulerunt, nõ secus ac Gnostici nostra Sacrosancta Sacramenta ad sua nefanda mystetia exequenda, veritas nostrorum Ordinum probatur, nam Bu-

cerus lib. de ministerio ecclesiastico edito per Io. Tremellium loco Ostiariorum, Lectorum, Exorcistarum, Acolythorum, noua substituit, vetera eripiendo: Lectores, & Psaltras siue Cantores admittens, superaddens tamen Catechistas ad instruendos tyrunculos. Adhortatores qui homines ad virtutem promoueant, à vitijs exterreant, Dispensatores, qui de controuersijs & litibus Fratrum decernant, Priuatos monitores qui circumeant Parochias adhortando, corrigendo, ex potestate officia nostrorum Clericorum mutuantes, vetera nomina reiicientes, ne nomina cum Ecclesia habeant communia. sed benè Tertull. de præscript. cap. 41. *Ordinationes eorum temeraria, leues, inconstantes, &c. itaque alius hodie Episcopus cras alius, hodie Diaconus qui cras Lector, hodie Presbyter qui cras Laicus, nam & Laicis sacramentalia munera iniungunt.*] vel hinc veritas nostrorum graduum euidenter probatur ex ista æmulatione, dicente Tertull. 2. contra Marcion, cap. 4. *In quantum enim falsum corruptio est veri, in tantum præcedat necesse est veritas falsum. Prior erit res passioe, & materia amulatione.*] itaque idè Buccerus vt in simili de Marcione idè Tertull. protulit mutando & corrigèdo vel transferendo munia inferiorum Ordinum, antiquitatem eorundem demonstrat [*Vtique non potuisse arguere, nisi quod inuenerat. Nemo post futura reprehendit quæ ignorat futura, emendatio culpam non antecedit &c.* Itaque dum emendat, verumque cõfirmat & nostrum, alterius id emendans (in Ordinibus) quæ diuenit, & idè posterius quod de nostri emendatione constituens suum & nostrum fecit: ex eodem Tertull.

2. Quartò, quia in his Ordinibus habetur materia, forma, effectus supernaturalis gratiæ & characteris, & per consequens diuina institutio, ergo nihil deest illis requisitum ad rationem Sacramèti. De materia & forma in Concil. Carthaginensi 4.

Notabilis
locus ex
Tertull.

Difficu-
qua sit
materi-
forma
norum
Ordinum
in Eccl-
Græca-

vbi distinctæ ponuntur omnes materiæ & formæ, eo modo quo habentur in Pontificali Rom.

§. *Quæ sit materia & forma minorum Ordinum in Ecclesia Græca.*

*Difficultas
quæ sit
materia &
forma mi-
norum
Ordinum
in Ecclesia
Græca.*

DE Græca difficultas est, quæ sit materia & forma ob diuersitatem opinionum. In Euchologio Græco, apud Arcudium cap. 3. Lectori præter impositionem manus peractis verbis consecratorij datur in manus liber Epistolarum canonicarum cum Actibus Apostolicis. Simeon Theſſalonicenſis Oſtiariatum cõiungit cum Hypodiacoſonatu, de quo videtur loqui Concil. Laodic. 22. & 23. dum dicit, *Non oportere ministrum fores relinquere.* & Dionysius cap. 5. Eccl. Hierar. *quare sanctis ianuis Ordinem ministrorum præficit Pontificij iuris institutum, sub quibus Hypodiacoſoni comprehenduntur, qui non in Sanctuario, sed extra cancellos officijs suis fugebantur, & in foribus Sanctuarij erant occupati: verum tempore Concilij Laodicensi can. 24. ponuntur Oſtiarij diuersi à ministris, & in foribus Sanctuarij, Oſtiarij verò partes aditus & vestibula occupant: vnde apparet fuisse distinctum ministerium, distinctam tamen materiam cum forma non reperio. Acoluthi munus idem Theſſalonicenſis videtur tribuere Subdiacono, ei assignans candelabrum sacra mensa & tricarium, ipse etiam Subdiaconus accendit lumen in Sanctuario, & quidem oratione consecratoria. Lectori quoque videtur idem munus tribuere, quod præeat Sacerdoti celebranti, cereum accensum gestans, quod aliàs est proprium Acoluthi. & facile fuit vt hoc idem ambobus instrumentum traderetur: Exorcista Ordinationis mentio fit apud Clem. lib. 8. constit. c. 27. dicentem de Exorcista, *quod si necessitas postulet vt fiat Episcopus aut Presbyter tunc ordina-**

tur. hoc munere ex Arcudio Sacerdos nõc fungitur apud Græcos, vt etiam fit apud Latinos cap. 9. lib. 6.

2. Arcudius lib. 6. cap. 8. ex his locis ait *Sententia Arcudij.* haberi Græcos diuersorum Ordinũ munia vni attribuisse, & duos Ordines minores vel tres coniunxisse. Fuisse verò etiam his Ordinibus instrumenta assignata, licet nõ de omnibus idem Arcudius meminit c. 3. propositione 2. & Lectori & Hypodiacoſono eadem instrumenta attribuit, quæ dantur in Latina Ecclesia, verum non de singulis quatuor Ordinibus proprias assignatas fuisse materias tradit, vnde mouetur ad asserendum, solam eos manus impositionem habuisse pro materia, & Sacramenta non esse, idem cap. 9. docet instrumenta si quæ tradunt non esse materiam, nisi circa quam, scilicet quæ datur peracta consecratione.

3. Sed hoc non obstante, dicendum est *Authoris sententia.* forè in Ecclesia Græca eundem ritum in his Ordinibus seruatum vel formaliter vel æquialenter, qui postea ex ditro schismate aut alia simili causa antiquatus fuerit. Duo huius rei assero testimonia. Primum est Innocentij IV. in litteris ad Episcopum Tusculanum in Regno Cypri Legatum, sic dicentis: *Ad hæc volumus, & expressè præcipimus, quod Episcopi Græci septem Ordines secundum morem Ecclesie Romana de cetero conferant, cum hucusque tres de minoribus neglexisse vel prætermisisse dicantur. Illi tamen qui iam sunt taliter ordinati per eos, propter nimiam ipsorum multitudinem in sic susceptis Ordinibus ministrent.*] non ergo in omnibus, sed in minoribus duntaxat, quorum tres quoque tradere omittebant, Græci aberrabant proculdubio in materia vel forma, vel absque illis ad maiores promouendo initiatos. ex qua exceptione firmatus ritus habetur ex Innocent. superiorum Ordinum cum Lectoratu, cum tres minores in

Testimonium Pachymeris.

quibus difficultas est non negligi oportere præcipiat, quem suum errorem Græcos postea correxisse verosimile est. Secundum test. dat Gregorius Pachymeres 6. hist. licet vir schismati addictus, nam de Græcis & Latinis loquens ait: *Christiana professionis Sacramenta tam nobis quam ipsis illesa atque inuulnerata mansisse, ut nemo audeat aliquid aggredi contrarium in initiatione Baptismi, & Sacerdotij, in nuptiis item & statu Monastico, ac reliquis mysteriis, quibus profectò eadem Ecclesia Catholica & vna Ecclesia suos alumnos imbuere solet.*] vixit autè Pachymeres paulò post Innocentij tempora anno 1290. & in Concilio Florentino pro vtraque Ecclesia materiæ & formæ minorum Ordinum ad præscriptum Pontificalis Romani decretæ sunt; & sicut Armeni illa decreta amplectebantur, ita & orthodoxi Græci, qui synodica omnia decreta illius Concilij receperunt. Forrassè illi qui aberrabant in tribus illis Ordinibus minoribus, nec semper, nec omnes fuere, sicut & modò nec omnes nec ubique prætermissum & neglectum illum ritum ab Innocentio reductum postliminiò renouarunt. Hæc satis quantum ad externum symbolum, materiam scilicet & formam. Supposita verò illa sententia quòd sola chirotonia quæ semper mystica verba includit, sit huius Sacramenti tota materia sua informata formula, quam Arcudius non excludit, non video cur extra Sacramenti Ordinis cancellos (parum consequenter loquens) minores ablegarit.

§. Effectus eorundem.

De supernaturalibus effectibus minorum Ordinum.

1. Quantum ad supernaturales effectus eadè minor (scilicet imprimi per eos gratiam & characterem) ac primò quoad gratiæ collationem probatur.
2. Quia etiam hi Ordines ad Sacramentum Eucharistiæ ordinantur, vnde Sacra-

menti Ordinis ratio desumitur, totaque etiam Clericorum inferiorum actio hierarchica est ad expiandum & purgandum, præparandumque fideles, ut sacro interesse sacrificio possint, & Eucharistiâ sumere, & summus inter minores nempe Acolytharus magis altaris ministerio præcæteris deseruit, quare indignos à dignis segregabant Ostiarij, quod munus spirituum discretionis & Consilij exigebat, lectione accurata, atque etiam explanatione verbi Dei nedum Catechumenos sed vniuersam plebem Lectores erudire solebant, dicente Cypriano lib. 3. epist. Lectores à se constitutos erudisse Populos in die Paschatis, vnde spiritus scientiæ, sapientiæ, & intellectus indigebant eiusmodi candidati, & non nisi confidentibus Presbyteris, Clero probante, diligenti examine Lectores admittebantur, ut non nisi magna urgente necessitate (ex eodem Cypriano 2. epist. 5. lib. 4. ep. 5.) cum Aurelio & Celerino (quos repente testatur tam exacta tritura creatos à se Lectores) dispensare, sciebat enim illud indigno Lectori obiectum: quare tu enarras suffragas meas, quod adeo Origenem oblato sibi libro in hunc locum oculos conijcientem exturbauit, ut indignum lectione & interpretatione se existimans ex ambone discesserit: A Catechumenis & Energumenis Diabolum expellebant Exorcistæ sacris Exorcismis, ut ad Sacramenta aptarentur, quare spiritu fortitudinis (quando non esset illis colluctatio aduersus carnem & sanguinem; sed aduersus Principes & Rectores tenebrarum harum) roborati opus erat, ac fide, præclaris meritis, & eruditione fulciri, inde paucissimi, ne hanc luctam temerè inirent aduersus aërias potestates, in Exorcistarum album adscribi petierunt olim, ut despicabile videretur, & iniuria loco (ex Sulpicio in vita S. Martini) haberetur, in numero Exorcistarum, ex fuga:

Probatur ex Cypriano.

Ratio Theolog. ad probandam consuetudinem gratiæ huius Ordinum.

Munera sacramentorum Ordinum.

In iisdem Ordinibus characterem imprimuntur.

figa & paucitate ministrorum cooptari. Proximi Subdiaconis Acolythi, hoc est *adfectatores vel obsequentes*, seu Acolythi, hoc est *non reiecti & separati*, ut potè iuxta Subdiaconos positi, non longius à sacris ministris maiorum Ordinum arcebantur. & non tantùm vacuos ut ceolos ad suggerendum vinum & aquam accipiunt, sed tempore etiam sacrificij, cum cantatur Evangelium cereos deferant. & hi Laborantes & fossarij dicti, ijs enim sepeliendi corpora defunctorum prouincia olim demandabatur, pietatis ergo pro hoc ministerio, sicut & timoris Domini dono propter accessum ad altare communiri necessarium erat.

Ratio

3. Ex quo discursu sic ratio fundatur in principijs Theologiæ: quia ubicunq; datur diuinitus aliqua facultas, dantur etiam auxilia quibus homo communiter uti possit facultate illa, sicut patet quod in omnibus potentijs animæ respondent aliqua membra corporis quibus cōmode ac debite in actum exeant. Sed in his Ordinibus datur facultas, excludendi indignos à dignis, legendi diuina eloquia, expellendi dæmones &c. ergo dantur auxilia pariter, ut congruè & dignè tali potestate utantur. sed hæc auxilia sunt gratia & dona Spiritus S. ergo hæc in his quoque Ordinibus conferuntur, licet secundum quandam appropriationem vnum potius quam alterū donum huic vel alij concedi (ut S. Thom. in addit. q. 37. a. 1. in corp. cum alijs DD. conciliemus) videatur.

In ijsdem Ordinibus character imprimatur.

4. Sed quia non tantum Hæretici, sed etiam quidam Catholici superius recensiti, non agnoscunt dari facultatem supernaturalem & characteristicam, sed simplicem deputationem ad officia ab Ecclesia designata, inde inferentes non esse Sacramenta: Restat non nihil operosius probandum, dari quoque supernaturalem fa-

cultatem per modum Consecrationis, nõ per simplicem mereque extrinsecam deputationem, siquidem, quod Ordo in vniuersum characterem imprimat ex eo famigerato loco Augustini euincitur, quòd *cum quadam Consecratione*, ut & Baptisma, datur, propterea ait: *in Ecclesia Catholica vtrumque iterare non licet*. Sed hic fit formatio ministrorum quadam Consecratione, ergo &c. minor probatur ex c. 5. Eccles. Hierarchy. nam agens de Episcopatu, Sacerdotio, & Diaconis, sub his includit inferiores alios Ordines, quorum munus dicebat versari (ad differentiam Diaconorum quos electos & præcipuos nominat, & in sacra mensa ministrantes) *in ministerio extra Sanctuarium*, & generaliter dicit habere suam Consecrationem, non quamcunque sed *perfectiuam*, nam *teletim*, seu *Thelesim*, vel *le-rosim*, ut loquitur Epiphanius vim consecratoriam designat & perfectiuam, hanc autem esse characterem, non obscurè significarunt, vnde hos taliter initiatos *Telumenos*, hoc est *perfectos consecratione ministros*, idem Dionys. appellauit. Aperius autem insinuatur à Balsamone, qui claruit 1180. in 3. epist. Canon. D. Basilij dicente. Definit S. per præsentem Canonem omnes similiter Clericos per solâ depositionem seu per motionem à conuenienti sacro ministerio puniri, siue sint ordinati ut Presbyteri, Diaconi, Hypodiaconi, siue per solum characterem operationem sacerdotalem habeant (ut loquitur Epiph. scilicet per participationem) ut Cantores, Lectores, Ianitores, & similes, & idem adeo proprium Lectori esse characterem existimauit, ut eo nomine ad Canonem 6. Carthaginensem eum appellet, licet

Arcudius c. 4. eum alio torqueat non nimis apposite.

Testim.
Dionysij

§. Institutio minorum Ordinum.

De instit.
Ordinum
minorum.

1. **Q**uamvis verò ad mandatum probatur hæc ministeria esse à Christo instituta, primò: quia Arcopagita nostram Hierarchiam, typicè in illa Moysis vmbatica figuratam docet, illa autem vsque ad inferiores ministros à Deo instituta est, ergo similiter in nouo testamento à fortiori à Christo Domino distinctius nostra instituta est, & vt loquitur Dionysius, non perturbat. typi non desunt, *Nannethorum, Coadiutorum, legentium coram populo* 4. Reg. cap. 34. Esdræ cap. 8. Non desunt qui factò ostendunt horum functiones à Christo Domino in seipso designatas, sic Rabbanus, Isidorus & alij Lectoris munus designasse dicunt, dum librum sibi porrectum in Synagoga recitauit: Exorcistæ dum dæmones expulit &c. & docuit August. de Bapt. paruu. c. 32. quos licet sublannent Hæretici, tanquam mirabiliter se torquentes, vt omnes omnium Ordinum functiones in Christo demonstrant, & in specie Calvinus, (ridens Catholicos, sciscitando cur exemplo Christi non etiam dicamus leprosis: volo, mundare, paralyticis: surge) nihilominus ipsorum sarcasms & sannis non mouemur, quod enim Catholici Doctores conati sint talia exemplo Christi demonstrare, id non tam dogmaticè quàm typicè effecerunt, iam certè aliundè de diuina institutione quam ex gratia & caractere (quæ omnem hominis facultatem superant) in euidenti consequentia Theologica venandam reliquerunt. Functiones autem illas in Christo adumbratas, expressè verò institutas fuisse ab Apostolica traditione accepimus, vnde non est quod Christum imitari temerè gestiat Catholicus in miraculorum patracione vbi mandatum non est, nec per modum officij Ecclesiæ relin-

Hi Ordines à Christo instituti monstrantur.

Refutatio Caluini.

quitur, quanquam in oportunitate non desit, aliter tamen quam successerit caluo Geneuensi Thaumaturgo, qui Polichronium in attentata mortui suscitatione imitatus, nec à ficta morte suum homuncionem suscitare potuit, Deo ipsum præueniente in veræ mortis inflictione, hæc enim inter orthodoxyos & cacodoxyos est differentia Tertull. attestante, quod *nostri de mortuis viuos faciunt: illi de viuis mortuos.* cum ergo mandatum cum promissione gratuiti effectus ostensum sit in his Ordinibus reperiri, sacramenta esse dicendū est.

Solutio argumentorum Spalatenfis supra cap. 1.
§. 1. propositorum.

CAPVT VLT.

1. **A**D primum responderetur, si quæ *Ad 1.*
munia quæ ordinati exercent, olim non ordinati exercuerint, non ex vi Ordinationis, vt faciunt in illis initiati, præstiterunt. Neque vllus infidelis, vllus Catechumenus occupatus est in ijs ministerijs quæ interdum Laicis Baptismate tamen initiatis, cõmitti solebant leuiora tamen & infima.

2. Ad secundum: illa opinionum varietas non est de illis Ordinibus, an Ordines sint, hoc enim certa fide, credendum est, sed an sint Sacramentum, & licet negatiua pars quibusdam artiferit, affirmatiua Conciliorum decretis conformior, subinde verior & probabilissima ac non tantum probabilior censenda est, quæ ex traditione habet in vnoquoque materiam cum sua forma & effectibus, ac proinde supernaturalem institutionem, quæ cum *sine pompa* (vt loquitur Dionysius cauendo ne semper nec passim sacra mysteria euulgantur) peruenit ad nos, vt quicunque traditionum regulis rectè vtatur, non nisi ad caput & originem diuinæ institutionis ea referre necesse habeat. Hoc autem

Solutio
tertij
gum.Hoc
postol
frat

rem etiam sine scriptura meritò ex praxi & vsu Ecclesiæ inculcamus, cum ex Sacramentorum formis, Pelagianos negantes originale peccatum toties Ecclesia euicerit, cumque ex Ordinum minorum formulis, potestatem quæ sub externis symbolis tribuitur (quorum non est initium inuenire) apertè habeamus, ad sacra munera obeunda ex officio, eam supernaturalem agnouimus, à Christo sub illis symbolis conclusam, vt proinde nihil quod in Sacramento desideres, in his Ordinibus deesse conspiciatur.

Solutio
tertij Ar-
gum.

3. Ad tertium, dum S. Ambrosius vel quicumque sit author, non vitæ meritis sed ecclesiasticis officijs illa munera destinauit, ex hoc discere Sacramenti ratione debuisse Aduersarius. Sed dum perperam infert, ea dona extraordinariè missi Deum esse solitum largiri, non nisi somniat de sua Caluinica extraordinaria missione quæ illum fecit fidei desertorem.

Locus A-
postoli illu-
stratus.

4. Ad alium locum Apostoli, eo loco Paulus Apostolos vocabat qui euangelizabant gentibus, vt à Deo adsciti comites & à latere legati, quales primi illi vndecim, vel aggregati extraordinaria missione & legatione quæ & Ecclesiæ innotuit, vt in Matthia, Paulo, Barnaba &c. Prophetas verò non præterita, sed futura vaticinantes & qui scripturas interpretabantur, sic prophetiæ donum habuerunt Agabus & quatuor filii Philippi: *Euangelistas* eos nuncupauit qui dono prædicandi in primitiua Ecclesia effulgebant, vterant Stephanus & Philippus Diaconi ex Actibus, & Apollo, quales etiam ex Chryl. erant Aquila & Priscilla. & *Euangelistas* alij intelligunt qui Euangelia descripserunt, quibus Diaconi secundum multos DD. ob Euangelij prædicationem possunt quodammodo annumerari. Pastores voluit Hieronym. esse Doctores & cæter. in quibus

præfecturam cum magisterio indiuiduo nexu Apostolus voluit agglutinare, sed Ambrosius Lectores sub *Pastorum* nomine coniunxit. Pastores dicebat posse esse Lectores qui lectione saginant Populum audientem: Magistri verò Exorcistæ, sed quoniam sensus iste Ambrosij, non est literalis, sed per quandam accommodationem compositus, non multum curandum est, si Spalatensis eum repudiat, cum modestius agere potuisset cum Ambrosio vel quicumque sit author, à quo si non trahere poterat efficax argumentum, poterat tamè sub ea ætate, maiorum & minorum Ordinum distinctionem agnitam à veteri Ecclesiæ, & in praxi seruata intueri.

Quis sint
Apostoli,
qui Pasto-
res & E-
uangelistas.

5. Quod verò non ardeat Spalat. sententia Ambrosij, quod licet quæ initio omnibus concessa sunt ministeria baptizandi, euangelizandi suis ministris postea fuerint deputata, si absolutè & promiscuè mulieribus, pueris, amentibus, & sine delectu alijs personis dixisset cit. author, meritò reprehendendus esset, at cum in sensu accommodo illa tribuerit ijs qui ex gratijs gratis datis extraordinariè adepti erant linguarum donum, interpretationem sermonum &c. in nullo est culpandus, nec enim illa munera sibi vsurpabant, sed à Deo extraordinariè missi Ecclesiæ approbante & conscia, præter enim Apostolos euangelizabant, exorcizabant, catechizabant, vt celerior esset Ecclesiæ tunc nascētis propagatio, idque ex simplici commissione peragebant, nullo sensibili Sacramento initiati, quod postea sensibili signo & uocatione à ministris ordinarijs tantum fieri ex vi Consecrationis & officij ab Ecclesiæ decretum est, iuxta vniuscuiusque Ordinis institutionem & formam.

Non omni-
bus mini-
steria ec-
clesiastica
commissa.

5. Quod etiam in Ambrosio culpam minus rectè dictum, Diaconos sub *Euangelistarum* nomine ab Apostolo comprehensos, quia

Defen-
sur Am-
brosius.

quia

quia Diaconi qui nunc sunt, alterius Ordinis sunt & officij ab eo ad quod septem Diaconi primi fuerunt instituti, vt nec debebant sub Pastoribus collocari Lectores, nec Exorcistæ sub magistris, iam dictum est, id factum ex quadam accommodatione: & cum infert non esse id scripturis congruum quantum attinet ad Diaconos à quibus vult nostros differre, iam iterum reritos cauillos occinit, & vlcus obductū refricat, tenendo priscos illos fuisse tantū menlarum profanarum Diaconos, cuius contrarium ex antiquitate euicimus.

§. II.

Ad alias Catholicorum illorum DD. Rationes.

Solutio
prima ra-
tionis.

1. **A**D primum: ijdem Fossores, Laborantes (à robore in corporibus defunctorum curandis) dicti sunt ab Ignat. ep. 9. & Epiph. loc. cit. & Hieron. sup.

Solutio se-
cunda.

2. Ad secundam, iam pridem respondit S. Thom. q. 37. art. 2. in addit. ad tertiam partem his verbis: *Psalmistatus non est Ordo, sed Officium Ordini annexum, quia enim Psalmi cum cantu pronunciantur, ideo Psalmista Cantor dicitur. Cantor autem non est nomen Ordinis specialis, tum quia non habet specialem Ordinem ad Eucharistia Sacramentum, tum quia officium quod est inter Ordines largo modo acceptos computatur quandoque] commu-
ne cenfebatur autem cum Lectoratu Psalmistatus officium, inde in Concil. Laodicæno can. 23. vt synonyma habentur, sic enim dicitur: non oportet Cantores, vel Lectores ferre orarium & sic legere. sic & Isidorus coniunxit Lectoratum cum Psalmistatu, vt aduertit V. Vald. de Sacram. Ord. c. 116. n. 6. quorum figura, subdit, præcessit in veteri lege Exod. 11. vbi de Cantoribus, & ca. 33. de Cantoribus & Ianitoribus fit mentio. Quando ergo munus Cantorum à munere Lectoratus distinguitur, tunc distinguitur officium nempe Cantoratus ab*

Quale
munus
Cantorū.

Ordine Lectoratus, non Ordo ab Ordine, qui & si specialem olim habebat benedictionis formulam, illa non erat benedictio consecratoria, sed simplex, secundum quam etiam Monachi & Diaconissæ benedicebantur, nec tamen inter Ordines numerabantur. Officium verò Psalmistatus erat (ex Basilio in liturgia) in sacrificio canere, Et contra dicebant Cantores tres vel quatuor versus Psalmi: *Bonum est confiteri Domino. Eos quoque Leuitarum quætere ad fontem aquam, eamque mundam offerre consueuisse scripsit Alcuinus de diu. off. de signif. vestim. eam autem offerebant ex Amalario 3. de eccles. off. c. 19. per manus Archiparaphonistæ (sic enim appellabatur quartus scholæ Cantor) ex Onuphrio à libell. Ord. Rom. in interpret. vocum ecclesiast. & Simon Thesal. Lectoribus attribuit quod sacros Hymnos prærecitabant Cantoribus, vnde dicebatur Canonarcha is qui incipiebat Canonem alta voce recitare, & Cantores sublequendo occinebant. Erat autem Canon præscripta & determinata mensura modulationis in Hymnis occinendis.*

3. Ad tertium, si ij Patres non meminerunt, fortè comprehenderunt eos sub officio Hypodiaconi. Explicite verò meminerunt Cypria. loc. cit. Caiusep. ad Felicē, & tempore S. Pauli effulsit hic Ordo in Onesimo, vt patet in proæmialibus scriptis super 1. ep. ad Thesal. & 2. vbi dicitur quod scripsit Apostolus Thesalonicensibus ab Athenis per Titum & Onesimum Acolythum. & in 2. epist. dicitur, scribit hanc Epistolam ab Athenis per Titum & Onesimum Acolythum.

Solutio
tertia ra-
tionis.

4. Ad quartum, expulsio dæmonum multis etiam Laicis ex diuina gratia competit, sed expellere ex vi officij & Ordinis tantum Exorcistarum est, vnde in eodera capitulo vbi dixisset Clemens quod [Exorcista non fit Ordinatione, certare enim pro

Solutio
quarta ra-
tionis.

Expul-
sio dæ-
monum
est gratia

Solutio
rationis

Solutio
rationis.

Expulso
demonum
etiam gratia
gratis data

Pramio Exorcista libera voluntatis est ac Dei gratia per Christum & aduentum Spiritus S. &c.] quoddam ad donum gratiæ gratis datæ pertinet, tamen hoc fit extra ordinarium cursum; cæterum ex officio expellere Ordinis est, vnde ibidem subditur. si verò necessitas postulet vt fiat Episcopus aut Presbyter tunc ordinatur. Nec obstat alios quàm Episcopus potuisse illum Ordinem administrare, nam dispensatione Pontificis in hoc &c. Ordinibus fieri posse Ordinationem à simplici Sacerdote scholæ tradunt, sic & idem docetur de Confirmatione, solus verò Episcopus minister ordinarius est huius Sacramenti.

Solutio 5.
rationis.

5. Ad quintum, ij Lectores sic assumpti & non initiati, non ex officio sed simplici commisionem illud munus exercebant, vel quidam etiam temerè sibi illud officium vsurpabant, quoddam postea in 7. Synodo fieri vetitum est, vnde sic ibidem dicitur can. 4. Quando ergo videmus nonnullos è pueris Cleri tonsuram accipientes nondum accepta Episcopi manuum impositione & in collecta in suggestu legentes, & id non canonicè facientes, hoc in presenti Canone fieri non permitimus.] vbi Zonaras. Quidam nulla manuum impositione creati Lectores, hoc est nulla certa designatione ad id munus electi, in conuentibus tamen ambone consensu sacrorum librorum recitationi operam nauabant, id ergo hic Canon fieri vetat, quoniam in sacro inquit Ordine, Ordinis rationem habendam esse, planè clarum, hoc est valde manifestum & apertum est.] dicitur à Zonara Lectoratus Ordo sacer ratione proculdubio Sacramenti, quod in eo imbibitur Ordine.

Solutio 6.
rationis.

6. Ad sextum. Nihil pro se concludit Arcudius ex suo argumento cum omnibus confirmationibus: nam per synecdochen Patres & Scriptores quidam locuti sunt; alij verò expressius. vnde in Concil. Laodicen. can. 24. omnes gradus ferè recen-

sentur: Non oportet sacratiū à Presbytero vsq; ad Diaconū, & deinceps quilibet Ecclesiastici Ordinis vsque ad ministros vel Lectores vel Exorcistas, vel Ostiarios vel exercitatorū Ordinis in caupenam ingredi. & est Canon Apostol. 54. renouatus, vbi nulla in speciali facta mentione minorū Ordinū, & per synecdoche dicitur: Si quis Clericus &c. in Rom. Ecclesia ex Caio sic ascensus fiebat vt modo fit in initiatione alicuius in Episcopum: vt primò Ostiarius, deinde Lector, postea Exorcista, inde sacretur Acolytus, demū verò Subdiaconus, deinde Diaconus, & postea Presbyter, & exinde si meretur, Episcopus ordinetur. Idem in Ecclesia Græca oportet dicere, & scriptores multa omiserunt scribendo quæ serie traditionis impleta sunt, & si impleta nō sunt in nonnullis Ecclesijs vel locis, ab Innoc. IV. correctæ sunt vt supra dictū est. & p hæc patet ad Cōfirmationes, primā, secundā, tertiā.

Solutio 7.
rationis.

7. Ad septimū, Resp. ex doctrina S. Basilij in epist. can. ad S. Amphiloichium canone 51. distinguentis ministros in eos qui in gradu Ecclesiastici Ordinis constituti sunt, & in eos qui nulla manus impositione ministerium susceperunt, sed sola benedictione simplici & obsignatione, hoc est signo Crucis instituti sunt. primi generis per Ordines nostros iniciantur, secundi generis ad alia officia, quæ sunt potius nomina vel dignitatum vel officiorum, nullo modo iniciabantur. talia erant munera Camifati, Deputati &c.

Solutio 8.

8. Ad vltimum illa omnia sunt meræ & simplices benedictiones, non autem perfectiuarum Consecrationes, propterea Sacramenta dici non possunt: secus autem est in minoribus Ordinibus vt probatura est: sunt autem illæ irreiterabiles ex illa benedictione per extrinsecam deputationē, istæ verò ex benedictione perfectiua & cōsecratoria. vnde depositus, Clericus nō habetur, non quodamittat potestare, sed

usum eiusdem potestatis. Similiter & de tonsura dicendum est & de Monachatu. & licet Philo differens de Therapeutis vocet Sacramentum & myst. illud quo Monachi initiantur (vt etiam Eusebius 2. hist. c. 17. & Niceph. 2. c. 16.) & initiamentum, noto apud Senecam vocabulo, tamen exponendus non secundum illam significationem,

secundum quam septem augustissima vocamus Sacramenta, sed secundum quod sunt *τὰ μυστήρια*, vbi propter symbolum quod eximia confertur gratia ex opere operantis, vel etiam ex opere operato vt fit in martyrio secundum latam significationem Sacramenti nomen obtinuit.



DISPUTATIO SEPTIMA ET VLTIMA.

De Sanctitate Ordinis Episcopalis propria, comparata Sanctitati Presbyteratus.



MNEM aditum obseruauit Spalatensis, quo ad Ordinis Sacramentalem Dignitatem euerrendam subintrari posse credebat anhelus insidiator, quare non ignarus duas admodum probabiles de Episcopatu sententias etiamnum inter Catholicos agitari, quibusdam affirmantibus, negantibus alijs eum distinctum esse Ordinem, aliumque imprimere characterem à Presbyteratu, occasionem arripit hinc inferendi, nullum omnino Ordinem esse Sacramentum, nec apud ipsos Catholicos quicquam certi de hac materia etiamnum reperiri, quare bicornem velut Arietem ex vtriusque opinionis argumentis compingit ita argutans.

Ordinis Sacramentum impetit. Spalatensis propositis absurdis & inextricabilibus paradoxis qua sequuntur, siue negatur siue statuatur Episcopatum esse Sacramentum.

CAPVT I.

Arg. Spalat. bicornis

PRimò quidem si Episcopatus negatur esse Sacramentum, triacas inextricabiles (ait) nectunt Canonistæ ferè omnes in cap. Cleros dist. 21. cap. perlectis &c. *Quibus demum se ad-*

iunxit Bellarmin. asserendo Episcopatum esse distinctum Ordinem à Presbyteratu; Et certè posito (inquit M. Antonius) quod Ordo sit propriè Sacramentum, cum sacramentalis operatio consistat in indiuisibili, ad hoc omninò coguntur, si quidem ipsi quoque constanter asserunt iure diuino Episcopos esse Presbyteris superiores. Alioquin si Ordinatio etiam distincta non sit, defendere illud nulla ratione possunt, quod expressè scietur Bellarmin. Sic ergo philosophantur. Episcopatus Ordo est ita à Presbyteratu distinctus, vt tamen in se essentialiter includat Presbyteratum, sicut

*Probat
sentent
Canon
quod I
scopatu
Sacram*

sicut intellectuum essentialiter includit sensitiuum, licet intellectuum sit aliquid diuersum à sensitiuo, vt propterea Episcopus esse non possit qui non sit Presbyter, sed dum Presbyter ordinatur in Episcopum, aut nouum characterem assequitur à presbyterali distinctum, aut additionem quandam assequitur character presbyteralis cuiusdam gradus quem prius non habebat, nam alij extendunt duntaxat characterem presbyteralem ne nouum inducant, sed bene ostendit Bellarminus, hanc extensionem esse non posse, nisi cum reali ipsius augmento, si ergo reale sit augmentum, tantundem est, ac si nouus imprimatur, atque ex hoc nouo caractere seu additione reali volunt Episcopum habere nouam quandam potestatem quam Presbyter non habet, nimirum ordinandi & confirmandi.

2. Probant verò Episcopatum esse Ordinem. Primò: quia scriptura vbi de Ordinatione vera & perfecta loquuntur, semper de Episcopatu loquuntur. vt 1. Timoth. 4. 2. Timot. 1. Act. 13. Secundò: quia PP. vbicumque de Sacerdotio loquuntur intelligunt Episcopatum. Tertio: quia Episcopalis Ordinatio repeti non potest, & duo potest conferre Sacramenta Confirmationem & Ordinem, quæ non possunt alij. Quarto: quia confertur gratia, nam si propterea presbyteralis Ordo confert gratiam, quia Sacerdos debet posse dignè administrare quædam Sacramenta, etiam Episcopatus debet eam conferre, quia etiam Episcopus debet quædam Sacramenta ministrare, quæ Presbyter non potest: Et si quæras ex ipsis, quod si ordinatur in Episcopum aliquis immediate non premissa Ordinatione presbyterali. Respondent de essentialia Episcopi esse vt vtraque Ordinatione ordinatur alioquin nihil assequeretur. hæc pro affirmatiua stabilienda è nostris transcripsit Antonius, vt eadem robustius adoriatur negatiuam, donec per vtriusque ruinas & rudera ad Ordinem demoliendum pertingat; Quare ita prosequitur aliam partem bicornis argumenti.

3. Contra alij plurimi Theologi communiter etiam Scholastici Episcopatum nouum Ordinem non agnoscunt, sed eundem prorsus qui est Presbyteratus. ita Aquinas, Alensis, Albertus, Bonauentura, Ricardus, Dominicus Soto, & alij. Sed hi quoque in magnas angustias redigi possunt, ex eo quod iam nos probauerimus, iure diuino Episcopum esse superiorem Presbytero, habereq. potestatem saltem ministro ordinandi, etiam Episcopos, quæ potestas in Presbytero nulla est, aut ergo diuersum Ordinem à Presbyteratu distinctum habet admittere in Episcopatu conferendo, aut presbyteralem characterem per additionem graduum extendere debent per nouam Ordinationem Episcopalem, quæ extensiones & additiones sunt inexplicabiles. Hæc totius argumenti moles.

3. Demum subinfert ex his resolutionem cuiusdam difficultatis, quam proponit: Quid si aliquis ex Laico, vel quocunque gradu infra Presbyteratum ordinetur in Episcopum? Respondet, quod plenissimè erit Episcopus, cum enim Episcopatus essentialiter contineat Presbyteratum, imò sit essentialiter Presbyteratus cum quibusdam accidentalibus quæ in Presbyteratu non sunt, atque in his essentialibus quæ spectant ad ministerium, vnicus & idem sit Ordo Episcopalis & Presbyteralis, vt præceden. cap. num. 9. est à me explicatum, profectò dum Episcopus ordinat Episcopum, essentialiter facit etiam Presbyterum, quod si ille iam Presbyter erat. Ordinatio ipsius in Episcopum non facit denud illum Presbyterum, sed addit illi quæ sunt propria Episcopalis potestatis. Eodem num. 27. familiariter illo Sectatorum cæstro percitus ex improbitate Papales dispensationes sugillat, quando per eas indulgetur, quod paucis interiectis diebus in susceptione Sacrorum Ordinum ad Episcopatum quidam inueniuntur, vt melius (inquit) sit Laicum in Episcopum consecrare quam facere per illusionem Lectorem nunquam lecturum, Ostiarium nunquam clausurum &c. nec desunt exempla (num. 28.) Titi, Barnaba

Positio contraria Theologor.

Circa Episcopatus diuersa placita idcirco resultat, vt Ordinis certum dogma apparet.

Ad Sugillationes Pontificii se conuertit à veritate destitutus Spalat.

Probatio sententia Canonist. quod Episcopatus sit Sacram.

immediatè in Episcopos promotorum, & Orientalis Ecclesie orisso Presbyterali Ordine Diaconos sacranis in Episcopos ex Photio. idem patet in Cypriano, ex Pontio in eius vita. Paulinus absque Ordine procedente etiam Presbyter factus. Hæc ille.

Recensetur opinio Canonistarum & aliorum Theologorum cum suis fundamentis.

CAPVT II.

1. **Q**uæcumque inextricabiles difficultates, quas phantasia Spalatensis imaginata est, præsertim circa difficultatem propositam, illum mouere non debebat, ut Sacrosanctum Ordinis Sacramentum, ex aliorum albo expungeret. Neque enim huic vni Sacramento propria sunt quæ ob nostram incapacitatem & mysteriorum celsitudinem sese offerunt, cum & singula suas, & quandoque maiores magisq; perplexas patiantur, ut patet in sanctissima Eucharistia, nec propterea tam venerabile mysterium impetimus vel pessundamus ut ab auita fide Ecclesie discedamus. Ob id Scholasticorum à Deo permixta pugna, ut pluribus vijs difficultatibus emergentibus occurratur, quæ nullo modo pietati officere censendæ sunt, cum saluo fidei fundamento, ea quæ in contentione venire possunt & per Ecclesiam decisa non sunt, ad maiorem fidei illustrationem & ingeniorum exercitium fructuosè exagitantur.

2. Talis est præsens controuersie status de distincto caractere in Episcopo & Presbytero, secundum viam Canonistarum & alios Theologorum tam veteres tàm recentiores, aut de extensione characteris sacramentalis in Episcopo quam Principes Scholæ tenuerunt, S. Thom. Alenfis, S. Bonauentura, B. Albertus, Ricardus, de qua re quid sit sentiendum primò aperiã,

mox alijs dubijs ab eodem Spalatensi supra propositis occurrendum erit.

3. Circa primum probabilis est sententia Canonistarum & aliorum Theologorum, dicentium Episcopatum esse distinctum Ordinem à Sacerdotio. Probatur autoritate Doctorum qui illam defendunt: Canonistæ c. perleli d. 25. Secutus, Ioannes Maior 4. d. 24. & è nostris Petrus de Soto lect. 4. de Sac. Ord. Caiet. t. 1. opusc. c. 11. quos secuti sunt Bellarmin. Cardinalis, Vasquez, Coninckius, Becanus & alij, & probatur quoque omnibus argumentis supra adductis, quæ ex prædictis authoribus Spalatensis suffaratus est, & modò ampliantur.

4. Primò ex autoritate Scripturæ 1. Timoth. 4. & 2. Timot. 1. vbi Patres & interpretes concorditer tenent agi de Ordinatione Episcopali Timothei, ut Act. 13. de Ordinatione Episcopali Pauli & Barnabæ, quæ facta symbolo externo impositionis manuum habente gratiæ promissionè, ex quo loco cum Concilia & PP. Ordinè esse Sacramentum euicerint, nulla fuisset probatio, si Episcopalis functio Sacramentum non esset. & Chrysostomus expressè in locis cit. Pauli: [Non de Presbyteris hoc in loco, sed de Episcopis Apostolus loquitur, neque enim profectò Presbyteri Episcopum per manus impositionem ordinabant.

Secundò expressiùs recensetur PP. qui Episcopalem initiationem verum esse Sacramentum docuerunt. Dionysius in lib. Eccles. Hierarch. c. 5. sic habet: [Pontifex quidem qui ad pontificiam Consecrationem adducitur, utroque genu flexo ante altare supra caput habet libros à Deo traditos, manumque Pontificis, (vide materiam) atque hoc modo à consecrante Pontifice sanctissimis inuocationibus consecratur.] vide formam. Vnctionis quoque Episcopalis meminit cap. 4. dum de Chrismate docuit esse necessariũ in omni

Dist. sententia Canonistarum probabilis est.

Prima probatio.

Ex Dion.

Ob difficultates & argumta quæ insurgunt non impetenda sacramentaria.

Rx N

Dionysius locum.

Ex P. Cœc. C.

Ex Co. Antio.

Ex Co. Pont.

resurgit quam initiationem seu perfectionem vocat, & hanc insinuat cum manus impositione coniunctum.

Ex Nyss.

Ex Gregor. Nyssen. in vita S. Gregorij Thaumaturgi, qui cum à Phedimo conquiritus esset, ut Episcopali honore insigniretur (aufererat autem Gregorius in vastas solitudines) impetu diuino percitus Antistes, non formidans interiectum spatium (loco impositionis manuum adhibuit ei sermonem quo eum absentem Deo consecrabat.) at quia id fieri non poterat, ut manus absentem imponerentur, subiicit Nyssenus deinde (omnino in eo peracta fuisse instituta, quæ in omni Ordinatione iure fieri solent.)

Notandus locus.

Ex PP.

Cœc. Carr.

5. In Carth. Cœc. 4. c. x. eadè forma Ordinationis habetur, sic enim dicitur: Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant Euangeliorum codicem super caput & ceruicem eius, & vno super eum fundente benedict. ones, reliqui omnes qui adsunt manibus suis caput eius tangant.]

Ex Konz.

Antioch.

In Antiocheno Concilio antiquiori can. 10. eadem forma Ordinationis innuitur dum dicitur. Si quis Episcopus per manus impositionem Episcopatum acceperit, & præsente populo iussus munus non susceperit &c.

Ex Cœlest.

Pont.

Cælestinus epistola quam scripsit ad Concil. Ephes. & extat 3. p. eiusdem Cœcil. c. 20. vbi cū laudasset Patres, quod deposito Nestorio ab Episcopali dignitate, Maximianum elegissent Episcopum Constantinopolitanum, post multas recensitas laudes subdit, (interfuimus, nec nos dixerimus absentes, cum eius capiti verba mystica dicerentur.) concorditer ad supradictum Conc. Carth.

S. August. lib. 5. de Baptism. contra Donatistas c. 20. Si ergo, inquit, ad hoc valet quod dictum est in Euangelio, Deus peccatorem non audit, ut per peccatorem non celebrentur sacramenta, quomodo exaudit homicidam deprecantem (vide orationis formulam &

mystica verba) vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum quibus manus imponitur (vide materiam) quæ omniatamen & sunt, & valent per homicidas. & super gestis cum Emerito, Inuocatio, inquit, nominis Dei super caput ipsorum quando ordinantur Episcopi, inuocatio illa Dei est, non Donati. Non enim suscipio Episcopum, si quando est ordinatus, super caput eius Donatus est inuocatus. & deinde infert. In errante & deserente milite crimen est desertoris, character non est desertoris, sed Imperatoris.

6. Theodoretus 4. Ecclesiast. histor. Ex Theod. cap. 15. alias 14. refert, quod cum esset Antiochus initiandus Episcopus, vbi vidisset Iouinianum Episcopum Pergæ Arianae communionis, manus eius impositionem abhorrens, voluit ut è numero eorum qui ipsum consecrarent segregaretur, nullo modo se ferre posse inquit, dexteram illam sibi imponi, quæ mysteria per blasphemiam peracta recepisset. [sed & Moyles apud eundem cap. 21. aliàs 23. à Mauiæ Regina Ismaelitarum sua gentis Episcopus postulatus, vbi vidit Lucium (Arianorum Episcopum) sibi manum imponere velle: Absit, inquit, ut tua manus me consecret. Nam tua inuocatione Spiritus S. gratia in nomen descendit.] communicantem scilicet cum hæreticis in susceptione Sacramenti, imò neque character producitur, si non secundum ritum Ecclesiæ eiusdemque intentionem fiat ordinatio, propter quod tales ordinati vel non ab habentibus potestatem Episcopalem, quales erant Chorepiscopi, vel intendentibus nouum ritum introducere fidei contrarium, non recipientes legitimam manuum impositionem, ordinati non erant, quamuis super eorum capita manus impositio fieret, & propter peccatum sacrilegij eorum capita vulnerata dicuntur, & ipsi reordinandi, ut clarè docuerunt Damasus Papa

epist. 4. & Innocentius epist. 22. ad Episcopos Maced. c. 3. Urbanus II. ep. ad Episcopum Pistoriensem, & habetur i. q. 7. *can. Diabertum.* quorum testimonio comprobatur, per manus impositionem legitimam Episcopos initiari, vt dare possent quod acceperunt. & tandem ex auctoritate Pontificalis Romani totus discursus comprobatur, vbi idem prorsus seruetur ritus qui à prædictis PP. recensetur. Similiter & ex Euchologio Græco, vbi vni-formis est initiatio, & si aliqui visibilem vñctionem olim non fuisse adhibitam contendant.

Ex Niceph. 1. Nicephorus lib. 12. cap. 14. refert de Martyrio, quod cum à Nectario procuraretur in Diaconij Ordinem cooptari, & ipse reluctaretur, allegans antea vitæ delicta, sic responsum est à Nicephoro, quod ipse quoque de pristinis culpis habebat quod plangeret. cui Martyrius, *At tu ô Beate nuper admodum per Baptismum omnem labem abluisi, cum Episcopalem dignitatem consecutus es, vtrumque enim & sacrum Lauacrum & munus Episcopale delictorum remedium & expiationem ex sacris constitutionibus nouimus.* hæc ille. & Balsamon ad ca. 12. Concil. Ancyran. dicebat (*Episcopis omnia, Sacerdotibus aliqua duntaxat in ipsorum Ordinationibus peccata dimitti.*) insinuans plenissimam fieri in Episcopo remissionem peccatorum. quæ dicta etsi castiganda & exponenda, vt superius factum est, id tamen probant quòd in Ordinatione Episcoporum iustificans gratia confertur, vt si peccata in disposito reperiat, ea adhuc deleat.

Ex eodem. Idem Nicephorus lib. 16. cap. 18. scribit de Petro Cnaphæo Episcopo Ciuitatis Antiochiæ, qui vbi Xenaiam aliàs Philoxenum à Claudione priùs eiecit in cõmunionem receperat, & nondum baptizatum Episcopum creasset, reprehensus

de facto hoc sacrilego, suffecturam illi talem Consecrationem respondit Hæreticus; qui etsi in hoc etiam erraret, quòd prætermisso Baptismate vt potè ianua omnium Sacramentorum Episcopatu illum insignierit, de energia tamen & vi Ordinationis collocando eam in Sacramentorum numero, non sinistrè sentiebat. & ex testimonio hæretici, efficacia Ordinationis quod non sit simplex & nuda cæremonia, sed sacramentalis quoque & sacrosancta, deprehèditur. Fauet etiam author sub nomine Hieronymi, qui de octo Ordinibus scripsit.

3. Probatum ex characteris impressione, quam etiam Augustinus loco citato ingestis cum Emerito probauit, vt mox superius allegatus est. vnde nec Episcopalis Consecratio reperi potest.

4. Ex collatione gratiæ, quæ ex Scripturis & Patribus allegatis abundè probata est. vnde & de caractere & gratia loquens S. Gregorius Nyssenus oratione de Baptismate & Consecratione Episcopi sic dicit. *Eadem etiam verbi vis Sacerdotem augustum & venerandum facit nouitate benedictionis à communitate vulgi segregatum. Cum enim heri ac tempore superiori vnus è multitudine ac plebe esset, repente redditur Præceptor, Præses, Doctor pietatis, mysteriorum latentium Præsul, eaque contingunt ei, cum nihil vel corpore vel forma mutatus, sed quoad speciem externam attinet, ille sit qui erat inuisibili quadam VI & GRATIA (vide in vi & energia characterem eique adiunctam gratiam) inuisibilem animam in melius transformatam gerens.*

Et confirmatur. nam si ob peculiaria munera presbyteratus non denegatur ei ratio Sacramenti, nec Episcopatu deneganda est, qui suas habet peculiare functiones confirmandi, ordinandi, altaria consecrandi, vt patet ex Pontificali Rom. & ex tota antiquitate, vnde apud Clemē-

3. Probatio

4. Probatio

Norandū
Nysseni te-
stimonii.Confirmatio
dicitur
probatio-
nis.Epi-
scopi
Ord-1. Pr
ex P.

cem lib. 3. cap. 10. benedictionem inter sacerdotalia munera recensitam legimus in maiorem & minorem bipartitam: cuius distinctionis notionem accipimus ex Concilio Rhegensi cap. 7. ubi enim verantur sacerdotes quicquam Episcopale tentare, ut est Confirmatio solemnis illa quæ ad totam plebem fit, Episcopalis benedictio, hæc ergo maioris nomine censebatur. minor verò simplicium Sacerdotum est, qua certis rebus & personis precantur &c. cum ergo Sacramento inicientur qui minora efficiunt, cur non Episcopi qui ad minora destinantur? noua ergo potestas, nouus character distinctus imprimitur &c.

Si hanc viam voluisset sequi Spalatensis inextricabiles tricas (ut putat) facile dissolueret, & Sacramenti Ordinis naturam perperam ab ipso impetitam fuisse vel luscus iudicabit. at dum huic sententiæ subscribere, & Canonista esse noluit aut Scotista, saltem Thomistæ personam induisset, si aliam induere detrectauit, nisi fortè aliud decretum ei iam fuisset cum Catholico & Scotistam & Thomistam exuere, quæstionesque inextricabiles non tam pretendere quam necere, scilicet nouus Vates noua dicam:

Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.

Quid dignum feret hic promissor hiatum fumum proferet ex fulgore.

Sententia opposita verior demonstratur.

C A P V T III.

Sententia asserens Episcopatum non differre à Sacerdotio, sed vnum & eundem esse vtriusque characterem, Episcopatum non addere nouum characterem, sed prioris sacerdotalis extensionem, & præcedentis gratiæ sacerdotalis complementum, probabilior est & communior.

I. Probatur primò ex authorit. P. Da-

miani opusc. 6. cap. 15. (Enimuerò ad instar septem donorum Spiritus S. septem nihilominus sunt Ordines Ecclesiastica dignitatis: quod autem his omnibus gradibus adhuc & alij præferuntur, videlicet ut sunt Patriarcha, Archiepiscopi, vel Episcopi, non tam nouus Ordo suscipi, quam in eodem ipsi Sacerdotio videntur excellentius sublimari.)

Iuo Carnotensis ferm. de excellentia Sacrorum Ordinum dixit ita: Clericorum officia septem gradibus sunt distincta, quia S. Ecclesia septiformis gratia munere est decorata.

Hugo Victorinus de Sacram. fidei li. 2. p. 3. c. 5. In septem graduum promotionibus per spirituale potestatem alius semper ad sacra tractanda conscendimus. His Magister subscribens lib. 4. d. 24. dixit in Sacramento septiformis Spiritus septem sunt gradus Ecclesiastici. Magistrum grauiores Scholastici veteres securi sunt, & communiter sequuntur, ac inter hos antesignamus S. Thomas &c. sunt & alij Patres, qui agentes de Ecclesiasticis officijs septem tantum Ordines enumerarunt. ut Iud lib. 2. c. 10. Alcuinus de diu. offic. cap. 35. & nullo pacto Episcopatus meminerunt, quem recensuissent dum ex professo de numero Ordinum agebant.

2. Fundamentalis ratio S. Thom. in addit. q. 40. ar. 5. est: Ordo ut Sacramentum est imprimens characterem, ordinatur specialiter ad Sacramentum Eucharistiæ, in quo ipse Christus continetur, cui per characterem configuramur. sed per Episcopatum non ordinatur Episcopus ad Eucharistiæ Sacramentum, & in ordine ad Corpus Christi verum. ergo &c. Minor probatur, quia potestas spiritualis data Episcopo est respectu aliquorum Sacramentorum (quæ licet sit supra Sacerdotem, respectu actionum Hierarchicarum in ordine ad Corpus Christi mysticum,

Test. Dam.

Test. Icon.

Test. Hugonis, cui subscribitur Magister q. & S. Tho.

Ratio fundamentalis huius asserktionis.

Probatio

Probatio

orandū
yssenise.
monia.mfirmis.
di. 7a
batio.I. Probatio
ex PP.

cum, in ordine tamen ad conficiendam Eucharistiam non est superior, sed idem (prorsus character) vnde non habet rationem characteris, & propterea Episcopatus non est Ordo, prout Ordo ad Sacramentum Eucharistiæ ordinatur, sed bene Ordo dicitur communiter, prout est gradus & officium quoddam respectu sacramentorum actionum. Maior probatur, quia Eucharistia & si sit finis omnium Sacramentorum, tamen debebat specialiter ei correspondere aliquod Sacramentum: hoc autem est Sacerdotium; quia nomine Sacerdotis importatur habitudo ad sacrificium tanquam ad proprium & adæquatum actum, vnde sacrificandi potestate constituitur Sacerdos tanquam Sacerdotij formali ratione, cæteri autem actus ad sacerdotale munus ordinantur, & ad sacrificium quodammodo referuntur, vnde S. August. ep. 49. cap. 1. & 2. de Ciuit. Dei cap. 10. Sacrificium, Sacerdotem &c. tanquam inuicem annexa commemorat.

*Ratio 3.
Tho ipssimi
ma qua &
Petri Damiani.*

3. Hanc S. Thom. rationem (ne videatur doctrina Thomistica domi nostræ nata, quæ de doctrina Patrum descendere se gloriatur in Domino & gloriabitur) à B. Petro Damiano loc. cit. mutuatus est. inquit ergo [nam cum Sacerdos idcirco dicatur, quia sacrum det, hoc est, quia Deo sacrificium offerat, quid in Ecclesia sublimius, quid eminentius Sacerdotio poterit inueniri, per quod videlicet mysterium Dominici corporis, & sanguinis probatur offerri? licet igitur quibusdam privilegijs pro suo quisque ministerio (Episcopi, Archiepiscopi) specialiter potiantur, quia tamen id quod omnibus maius est commune cum reliquis Sacerdotibus habent, cum eis etiam & ipsi non immeritò Sacerdotij nomen tenent.]

*Obiectio 1.
Spalat.*

4. Quid hic Spalatensis obijciat? Auctores huius sententiæ in magnas angustias redigi. nam si Ordo distinctus est E-

piscopalis à Presbyterali, distinctum characterem oportet ponere, & si non ponatur, vel prior extendatur, difficiles sunt & inextricabiles, ait, istæ additiones & extensiones.

Addi potest difficultas de gratia sacramentali, nam vel distinctus gradus gratiæ producitur vel non, si producitur, nihil deest quominus Episcopatus Sacramentum dici possit, si non est gradus distinctus sed extensio, noua quoque difficultas emergit quomodo fiat ista additio, vel extensio.

6. Sed facilis est extricatio harum tricarum. Resp. enim ex S. Doctore q. 40. in addit. art. 5. illam potestatem non esse nec habere rationem characteris, sed est potestas supernaturalis respectu quorundam Ordinum, quo insinuat, vnum & eundem characterem in Sacerdote habere adiunctam ex Consecratione potestatem moralem ad illos actus. Exemplum potest esse aptissimum ex doctrina S. Thom. 3. p. quæst. 8. art. 5. quod eadem secundum entitatem est gratia personalis & capitis in Christo, gratia personalis intrinsecam perfectionem respicit, gratia capitis influxum moralem quem habet in membra sua, siue in corpus mysticum, qui non ex perfectione gratiæ physica prouenit, sed morali physicam præsupponente, cui adiungitur absque noua entitate ex sola deputazione & Ordinatione, vt gratia ad membra diffluat. vnde etiam si (vt graues PP. nostri docuerunt Asturicen. de gratia Christi qu. 6. p. 340. quem & alij sequuntur) Gratia Christi Domini in duplici specie locatur, vna Physica & altera morali, ita tamen vt hæc geminæ ratio causæ non faciat essentialem aliquam distinctionem, cum ex S. Doct. gratia capitis & personalis vna sit secundum essentiam, & solum moralitas super entitatē physicam adiungitur:

*Solutio 1.
obiectio 1.*

*rali
si
pend
exter
char
ris
d. tal
Episc*

*Alia es
plicatio
horū T
misi ar*

*Exemp
eorunde*

*Optimum
simile de
gratia ca-*

*tali Christi ad ex-
pendendam
extensionem
characteris sacer-
dotalis in
Episcopo.*

gitur: & exemplificant ijdem Doctores de luce solari quæ in ratione lucis vt Solem aëuat & qua in inferiora influit non diffilit in duas species & entitates; hysicæ, cum super formale principium, influxus in inferiora superadditur absque nouæ entitatis productione & scientia eadem quæ est in magistro ipsum perficiens non est alterius speciei ab illa quam discipulum edocet, sed eadem profus quæ magistrum informat, & quæ in discipulum absq; nouæ alterius entitatis specie producitur, ita similiter dicendum quod Episcopi, id est, summi Sacerdotis vnus & idem character est, qui est potentia physica qua perficitur Episcopus vt Sacerdos est, cui additur potestas moralis, propter quam est summus respectu actuum Hierarchicorum, non vt noua entitas addatur, sed sola moralitas ex sola deputatione & Ordinatione Hierarchæ consecrantis, vt influat in membra corporis Christi mystici, sicut gratia capitis non per nouam entitatem superadditam, sed ex noua moralitate quæ adiungitur præsupposita characteris physica entitate, & secundum hanc viam quod inextricabile putabatur in star nodi Gordiani seipso explicatur.

*Alia ex-
plicatio a-
liorū Tho-
mistarū.*

6. Alij Thomistæ explicant vt Nunnez in hunc articulum, addi quidem extensionem physicam & realem, non quod noua entitas realis producat, sed nouus modus realis, quem antea character sacerdotalis non habebat, & hunc modum esse realem ordinationem ad effectum, & non solam deputationem moralem extrinsecam, sed physicam & realem Ordinationem, exemplum esse potest de linea palmari, quæ si extendatur ad tripalmarem non additur noua entitas alterius speciei sed nouus modus seu gradus perfectionis extensiuus, vel quasi extensiuus nulla formali variatione facta, cæterum tunc noua

additur entitas & perfectio formalis, quando adderetur altera species quæ intra genus quantitatis includitur, vt si lineæ superficies adderetur. ita proportionaliter in nostro proposito dicendum & philosophandum est. Vide quæ superius dicta sunt de Ordinatione sacerdotali quomodo in traditione Calicis datur potestas & character, qui postea extenditur cum datur facultas absoluendi, quod & Cyrillus Hierosol. in noua illa inflatione Christi factum explicans, ait. *Sed dat quidem nunc gratiam, addit autem auctarium amplius &c.* & tandem doctrinam ad propositum applica.

Can. 5.

§.

7. Sed quoad sacramentalem gratiam, facile se extricat M. Soto 4. d. 24. q. 2. a. 3. dicendo non conferri gratiam in Ordinatione Episcopali ex opere operato. Verum hæc positio non potest vilo modo consistere propter autoritates Patrum quas supra expendimus. Nunnez respondet causari gratiam tanquam complementum prioris gratiæ Sacerdotalis, sicut causatur etiam spiritualis potestas in Ordine ad corpus Christi mysticum, non vt quid distinctum, sed vt complementum characteris & signaculi sacerdotalis, ob quod complementum ait idem q. 40 in fine excellentior est Consecratio Episcopi quia supponit Sacerdotium, & ex illo complemento, quod supra perfectionem gratiæ, vt prioris perfectionis consummatum & perfectum.

*Solutio se-
cunda ob-
iectionis.*

8. Dicit etiam potest eundem Sacerdotem qui initiatur Episcopus, antiqua gratia sanctificatus, nouo modo per Episcopalem Consecrationem sanctificari, exemplum aptissimum est (quod supra adductum est disp. 1. §. 8. resp. ad secundum ad monstrandum in Sacerdotio vnum esse characterem) desumptum ex S. Tho.

Optimum
simile ex
S. Thom.

in 3. p. q. 21. art. 2. ad vltimum vbi soluens argumentum quod ab initio humanitas Christi fuit sacrificata, ac proinde non oportebat vt esset hostia; respondet [quod humanitas Christi à principio non impedit, quin ipsamet humana natura, cum in passione esset oblata Deo, sanctificata nouo modo fuerit, sicut vt hostia actualiter tunc exhibitæ, acquisiuit enim actualem sanctificationem, tunc ex antiqua charitate & gratia vnionis sanctificante eandem absolute.] Ita in proposito idem Sacerdos antiquo caractere & gratia absolute sanctificatus eoque tanquam fundamento, super quod potest addi complementum & perfectio, nouo modo ex actuali illa Ordinatione ad Hierarchicas actiones Episcopo proprias sanctificatur. Concordat & his Petrus Damianus eodem libro & capite, volens ostendere quod consecrandi (de Episcopis loquens) iam habeant Spiritum S. modum quoque explicat dicens: *Ad hos nempe gradus cum ministri Ecclesia prouehuntur, non ita credendi sunt Spiritum S. nouiter ac repente suscipere, vt ipsos tanquam catenus vacuus domus ille supernus habitator tunc primum incipiat visitare: sed hoc potius modo, vt quos iam inhabitat, per ampliore gratiam ad altioris quoque gradus incrementa perducatur, alioquin quomodo quis in subeundis honoribus nouiter illum posset accipere, cum & ipsi gradus per morosa temporum intervalla regulariter conferantur?* & post multa sic concludit. *quisquis ad officium sacerdotale prouehitur, non nouiter Spiritum S. sed eius vique quem iam habet suscipit incrementum, sic omnes ritus Spalatensis penitus euanescent.*

Solutio tricarum Spalatensis.

C A P V T IV.

1. **F**acilis responsio patet ad rationes Spalatensis, nam quas adducit primo loco pro sententia Canonistarum, ac-

cipimus, vt probantia illius sententiæ probabilitatem, sed pro quanto sententiæ S. Thom. aduersantur, facile respondemus ad omnia eorundem fundamenta. Fate- mur enim ex 1. & 2. & 3. argum. quod imprimatur character & causetur gratia, nõ tamen sequitur esse Sacramentum, quia gratia & character se habent, vt præcedentis gratiæ & signaculi complementum, cum non sit distincta entitas.

Ad 4. conceditur esse distincta facultas in Episcopo, negatur verò ex dictis quod illa facultas sit nouus character vel physica potestas, sed est moralis vt dictum est.

§.

2. Argumenta pro alia sententia probant probabilitatem sententiæ S. Thom. & quod sit probabilissima ostendunt auctoritates Sanctorum, non recensentes Episcopatum inter Ordines.

3. Ex hac verò secunda sententia non redigimur in angustias, ob difficultates de extensione characteris, quæ iam satis explicatæ & discussæ sunt in scholis, illud Spalatensis animaduertere debebat, non propterea aliquam sententiam esse veriorrem, quia facilior est & plausibilior. altissima est Christianorum schola, & à carnis sensibus remota, quare illa sententia verior, quæ scripturis, traditioni, Sanctorum doctrinis conformior. quod cum à nobis sit latissimè demonstratum contra quosdam Neotericos ex documentis Sanctorum in t. 3. cath. præscriptionum, eo Lectorem transmittimus.

§.

Ad difficultatem illam propositam de loco vel inferiori gradu infra presbyterium insignito, si sacraretur Episcopus, an potestatem Episcopalem reciperet. dum responderet affirmatiuè, nouus Heresiarcha detegitur, simia Petri Fullonis, nam vt ille non.

Ad 1. 2. & 3. ratione pro Canonistis adductas à Spalat. solutio.

Solutio 4.

Alia argum. in contrariu adducta à Spalat. con.

Solutio specialis difficultatis adducta à Spalat. sup. e. i. num. 3.

Cit. S. Th. Damianus mirifice concordat.

non baptizatum, Episcopum creare ausus est, ita non initiatum Presbyterio in Episcopum promoueri posse dogmatizauit. Verum est ut suæ dubitationi respondeamus, Episcopatum includere Presbyteratum, sed super illum additur potestas, in ordine etiam quidem ad quosdam actus hierarchicos. quare falsum est quod assumit, quod Episcopus consecrando Episcopum facit illum Sacerdotem, supponit namque in eo Sacerdotium quod ex potestate Episcopali extenditur, & dilatur. Quod verò de dispensatione obmurmurat, discat aliud esse aliquid fieri posse simpliciter, aliud autem congruenter. Potest consistere validitas sacramenti, si in-

terstitiis temporum non seruentur, hoc enim eodem iure posituo, decenter tamen non fieret illa promotio ijs non seruatis, nisi dispensatio quæ utilitatem ad minus respicit, interueniret. in Episcopum vero immediatè Laicum sacrari impium est, Re publicæ tamen M. Antonij apprimè commodum, quæ Laicos laicali manu in Apiscopos initiat. O! nempè euandum Xenophontem nouos ritus & Republicam inducentem, præstabat illi Ephesini Templi incensorem fuisse, quàm temerarium violatorem templi, id est, Ecclesiæ Dei viui, quæ est COLYMNA ET

FIRMAMENTVM VERITATIS.



Ad 1. 2. &
3. rationē
pro Cano-
nistic ad-
ductas à
Spalat. so-
lutio.

Solutio 4.

Alia ar-
gum. in
contrariū
adducta à
Spalat.
con.

Solutio
deciatis
difficulta-
tis addu-
ta à Spa-
lat. sup. c.
num. 3.



P E R O R A T I O

*Ex S. Augustino de Verbis Domini, in Matt.
Serm. 11. in fine.*

VT potui difficillimam quæstionem (si tamen aliquatenus potui) Domino miserante atque adiuuante tractavi: quicquid tamen in eius difficultate apprehendere non potui, non imputetur ipsi VERITATI, quæ salubriter pios etiam cum occultatur exercet, sed infirmitati meæ, qua vel intelligenda inspicere, vel intellecta explicare non potui. De his autem quæ fortè potuimus & cogitando inuestigare, & dicendo expedire, illi sunt agenda gratiæ à quo quæsiuimus, à quo petiuimus, ad quem pulsauimus, vt haberemus vnde & nos meditando aleremur, & Vobis loquendo ministrarem.

Omnia S. R. E. Correctioni subiecta sunt.

F I N I S.



INDEX



INDEX RERVM ET SENTENTIARVM

HVIUS OPERIS.

PRIMVS NUMERVS Pag. SECVNDVS
COLUMNAM NOTAT.

A.

Aron à Deo vocatus, à Moyse initiatus.
pagina 116. columna 2. f.
Abortiuum Paulus se appellauit. p. 13. col. 1. m.
Absoluendi & baptizandi potestas virtualiter
continetur in potestate consecrandi. p. 95. col.
2. p. & 96. col. 1. p.
Absoluendi facultas est complementum sacerdo-
talis potestatis. p. 95. col. 1. f.
Absolutionis verba: absoluo te, equipollenti re-
mitto tibi peccata tua. p. 70. col. 2. m.
Acolythi officium quale. ...
Altare pluries consecratur, ordinatus vero non
ita. p. 6. c. 1. m. Vnum est vt vna Ecclesia
& vnum sacerdotium. p. 142. co. 1. m.
Apostolatus non est ordo. pag. 9. col. 1. m.
Eius officia quæ. p. 11. c. 2. p. Non fuit sem-
per in Paulo & Barnaba coniunctus cum E-
piscopatu. p. 13. c. 1. m. Confunditur aliquan-
do cum Episcopatu. p. 9. c. 1. p.
Apostoli Legati à latere Iesu Christi. p. 13. c. 1. f.
Quando fuerunt ordinati. p. 55. col. 2. f. Apo-
stolica munera exercuerunt antequam conse-
crarentur Episcopi. p. 12. c. 1. f. Ordinauerunt
Episcopos & Sacerdotes Christi exemplo. p. 57.
col. 1. m. Per totum orbem exequi poterant E-
piscopales functiones, non sic Episcopi. p. 9. col.
1. p. Promulgare potuerunt sacramenta, non
autem instituire vel mutare. pag. 63. col. 1. m.
Dispensatores Mysteriorum Dei. ibi. col. 2. f.
Arcudij sententia non agnoscitur in consecratio-
ne sacerdotis traditionem calicis pro materia
reijcitur. p. 111. c. 2. f.

Augustinus plura quam duo sacramenta agnouit.
& integrum septenarium asseruit. p. 41. vsq;
ad 45.

B.

Baptismi Sacramentum permanet in aposta-
tis. 3. c. 1. m. Perfiti potest per vnã, vel
per trinã immersionem. 108. col. 2. f.
Barnaba misio extraordinaria, consecratio vero
ordinaria. 13. col. 1. p.
Becani positio de materia & forma accidentali
sacerdotij reijcitur. 111. c. 2. m.
Bigami non ordinabantur etiam tempore Tertul-
liani. 24. col. 2. m.

C.

Calix porrectus discipulis in script: traditur.
3. col. 2. f. & 84. col. 1. m.
Caluiniste quatuor prima consilia recipiunt. 49.
col. 2. m. & 2. col. 2. f.
Caluinus negat ordinem esse Sacramentum. 2. c.
2. f. Eius testimonio Spalat. confutatur. 116.
col. 2. f.
Character Sacerdotalis vnus nõ plures partiales.
95. c. 2. m. & 96. c. 1. m. indelibilis. disput. 3.
dub. 2. per totũ. 119. Est causa per se confectio-
nis Sacramentorum. 135. col. 1. p. & m. im-
punitur in male promotio, 138. c. 2. m. non pol-
luitur peccatis hominum, 14. c. 1. f. & 6. c. 2. p.
Cantoris officium. 109. c. 2. p.
Catholici renuunt ab Hæreticis ordinari, 30. col.
2. m.
Ceremonia initiandorum ex Dionys. 23. c. 1. p. &
m. ceremonijs accidentalibus solent Patres at-
tribuere, quod essentielles perficitur. 92. c. 2. p.

Chirotonia etymol. 16. c. 1. m. Extensa ad sacram ordinationem significandam. 17. c. 1. p. 36. c. 2. m. extensa à consilio Mileuit. ad preces in Missa significandas. 17. c. 2. p.

Chrismatis Materia sola traditione accepta. 81. col. 2. p.

Confirmatio & manus impositio pro eodem accipiuntur à PP. 91. col. 2. p.

Christus Dom. primas partes tenet in ministrorū electione, & ordinatione, Ecclesia secundas, 7. col. 2. t. & 8. col. 1. t. immediate instituit sacramēta 65. c. 1. p. Determinate etiam in specie instituit materiam ordinis. 59. col. 1. m. & 70. col. 1.

Contrarium sentientes impugnantur, 60. f. & 61. t. & 67. c. 2. m. sub sensibilibus signis Apostolos ordinavit sacerdotes in cœna pag. 8. t. Distinctas potestates iisdem tradidit Physicam vnam moralem alteram, 95. Omnium ordinum functiones designavit & refutatur Calvinus, 190. col. 1. Potuit conferre effectum sacramenti sine sacramento, 77. c. 1. m.

Crimina sunt compatibilia cum gratia gratis Data, 141. c. 2.

D.

Deus non obligatur sacramentis nisi ex pacto, 116. c. 1. m. quomodo dicitur concurrere cum sacramentis, ibid. c. 2. p. & m.

Diabolus sacramentorum nostrorum amulator, 1. col. Sacramentum insectatus, 3. col. 1. m.

Diaconatus ordine Carolomannus adhuc puer insignitus est 33. col. 2. f. est vere & propriè sacramentum 162. col. 1. p. à Christo institutum ibidem col. 2. f.

conferit gratiam ibidem col. 1. f. imprimis characterem ibidem. eius materia, 167. col. 2. f. & 168. col. 1. eius forma, ibidem. difficultates contra materiam enodantur. 169. t.

Diaconi sensibili ritu ordinati, 3. col. 2. f. ad exercendos multos supernaturales actus. 6. col. 1. m. Nedum profana sed sacra mensa o-

lim quoque inferuiebant, 4. c. 1. m. & à 156. vsque ad 167.

Non possunt baptizare solemniter quasi ex officio, 32. c. 1. p.

Diaconorum distinctio introducta à Spalatenensi refutatur. 147. c. 2. t.

Diaconisa quæ & earum officia à 37. vsque ad 38. Differentia inter sacerdotium Christi & nostrum, 117. col. 1. f.

Dignitas maior in quo minori subijciatur, 15. col. 1. m.

Discipuli Domini quando Apostoli, quædo Sacerdotes, quando Episcopi creati, 6. c. 2. t. & 55. c. 2. f. & 56. c. 1. t.

Dispensatio interstitorum perperam à Spalatenensi fugillata, 195. col. 2. m.

Dogmata fidei partim scriptis partim verbo nobis consignata. 21. col. 1. m.

E.

Ecclēsia decretis non proprio iudicio inherendum, maxime in celebratione Sacramentorum, 75. col. 1. p.

Sacramenta potest instituire 72. col. 1. f. 74. col. 2. m.

Ecclesia latina duas adhibet manus impositiones in ordinatione Sacerdotis, Græca vnam 95. c. 2. m. & f.

Latina tradit calicem pro materia, Græca altare in quo est eadem materia, 106. col. 1. & 107. col. 1. m. vtraque etiam tactu Physico consecrat Sacerdotes ibidem col. 1. f. quinimo hac disparitas concordatur & explicatur, 59. col. 1. m.

Episcopatum esse ordinem defendunt Canonista & Theologi nonnulli 196. col. 1. f.

item gratiam causare 198. c. 1. m.

& characterem imprimere 201. col. 1.

Alij contrarium defendunt 199. Episcopatus non Apostolatus ad Episcopos transfusus 13. c. 2. m. falso restringitur ad solam celebrationē missæ, prædicationem, baptismum. 65. c. 1. m.

Episcopi quomodo sacrentur 172. c. 1. p. etiam accipiunt charisma veritatis 24. c. 2. p. quomodo olim electi 114.

Euan-

Euangeliorum liber quo modo materia Diaconatus, 170. col. 1. & deinceps.

Eucharistia varia acceptio, 136. col. 2. p.

Exorcistatus est ordo 185. col. 1. f. quomodo ab illis exorcistis distinctus. 192. col. 2. f. confert gratiam, 193. col. 1. p. imprimi characterem, 115. col. 2. m.

F.

Faure vulgi multi eliguntur ministri à D. D. reprehensi, 133. c. 1. m.

Eidei nostra substantia, & decus elucent ex sacerdotio & alijs Sacramentis, 26. col. 2. t.

Flatus Christi in Apostolos quid denotari, 56. col. 1. f.

Forma prolatio debet multum distare ab exhibitione materia 94. c. 1. f. Forma Sacerdotij in Ecclesia latina 4. c. 1. t. in Græca quanam sit, 113. c. 1. m. Forma sacerdotij ex verbis Christi: Hoc facite colligitur 80. c. 1. p.

Forma sacerdotij ordinis ex Clemente 22. c. 2. f. & ex Florentino concilio, & Rituali Rom. 186. c. 1.

Trons confirmandi quare signetur 17. c. 2.

G.

Gratia confertur in ordinatione 5. col. 2. f. & seq. & 32. c. 1. f. & c. 2. p. & m. in Sacerdotio, 116. c. 1. m. in Diaconatu 162. col. 1. m. in Subdiaconatu ibid. c. 2. in minoribus ordinibus 188. c. 2. m. in Episcopatu secundum aliquos 94. c. 2. f. & 95. c. 1. p. alij tamē negant, sed potius dari nouum modum & explicatur optimis exemplis 200. c. 2. f. & 201. c. 1. t. & col. 2. p.

Gratia nomine quid significetur ab Apostolo, 18. c. 1. p. & m.

Græci initiandi tangentes altare materiam tangere dicuntur 117. c. 1. m. & f. quibus formis utantur in ordinatione Sacerdotij 113. c. 1. f. & c. 2. p. Diaconi 167. c. 1. f. minorum ordinum 186. c. 2. f. æquiualens & vniuoca eorum ordinatio cum nostra ex identitate forma & materia 99.

H.

Hæreticos solet creare impatientia 233. c. 2. m. Hæreticorum mos, sub veritate venenum oc-

cultare 4. c. 1. t. & 17. col. 2. m. eorundem inconstantia & varietas 24. col. 1. p. eorundem confessio de immediata Christi institutione 64. c. 1. m. eorundem argumenta pluribus viis dissoluere possumus 109. c. 2. p. Eorundē amulatio in nostris ritibus imitandis 186. c. 1. f. non reordinantur cum reuertuntur ad Ecclesiam 126. c. 2. p. homo, Religio, sacerdotium, sacerdos inuicem connexa 1. col. 1.

I.

Ignorantia laudabilior temeraria indagandis presumptione 72. c. 1. m.

Innocentij 17. sententia de Ordinationis ritu expenditur 94. col. 2. f. explicatur 112. c. 1. m.

Inuestitura humana solum significat, non dat dignitatem Physice, diuina significat & efficit, 70. c. 2. f.

L.

Laicus immediate consecratus in Episcopum non accipit dignitatem Episcopalem pag. vi. contrarium dogmatizauit spalat. 196. c. 1. p. Cur laicis olim deferenda Eucharistia concessa sit 166. c. 2. m.

Lectoratus officium 186. institutum à Christo 190. c. 1. p. est Sacramentum 186. c. 2. confert gratiam 188. c. 2. an idē cum Psalmistatu 192. c. 1. m. imprimi characterem 189. c. 2. f.

Liber Euangeliorum materia Diaconatus 167. c. 2. f. an traderetur in prima Ecclesia Diacono initiando alius codex eorum loco 170. c. 2. & 172. c. 2. p.

Lutherus Sacramentū Ordinis abnegauit. 2. c. 1. f.

M.

Manus impositio multiplex 90. col. 2. f. & 91. c. 2. p. & 97. c. 2. f. item vna sacramentalis, est per modum benedictionis altera 36. c. 2. m. prima sacramentum ministri cum ordinantur, 3. c. 2. f. & 4. col. 2. m. & 5. col. 2. p. quid significat 6. c. 1. p. & 19. c. 1. m. ex traditione habetur 20. c. 2. f. quid operetur, 5. c. 2. f. & 36. c. 1. f. illa fuit D. Paulus Episcopus consecratus, 9. c. 1. m. & c. 2. f. illa contra aliquos aliter sentientes non fuit deprecatoria, sed consecratoria 15. columna 2. m. & 36. col. 2. p.

INDEX RERVM

manus impositio Christus super pueros quid significet. 38.c.2.f.
 Apostolis fuit in vsu. 48.c.1.f.
 An sit essentialis, vel ceremonialis in ordine discutitur 38.c.1.f. & 92.c.1.p. in multis actionibus Hierarchicis adhibita. 76.c.1.p. nomine manus impositionis possunt subintelligi quoque omnia instrumenta. 83.col.1.m. & 84.col.1.m. quomodo dicatur ritus ab Apostolis introductus. 76.col.2.f. An per illum augeatur gratia cum dicitur: accipite Spiritum sanctum &c. 96.col.1.m. in Sacerdotio manus impositio ac instrumentorum porrectio 97.col.1.m. & hac est essentialis ibidem.
 Malorum ministrorum potestas à Deo etiam est 118.col.2.m. non polluent Sacrificium & Sacramenta 141.col.2.p.
 Manus Sacerdotum & Episcoporum capita curvuntur. 34.col.2.f.
 Marcus Antonius de Dominio Sacramenti Ordinis oppugnator, 3.col.2.m. & 39.col.2. ceteris ordinibus impudentior, 49.col.1.f. sui oblitus tandem fatetur ordinem causare gratiam 50.col.1.p. esse ordinem ex Dei institutione &c. 57.col.2.m. & 58.col.1. & col.2.
 sed deinde oppugnat, 54.col.1.p.
 Patronus Hussij 141.col.1.m.
 inaniter laborat vt orthodoxos cum cacodoxis iungat, ibidem col.2.m. & 142.col.1. argumenta à S.Th. soluta suffuratus, vt bellum indicat Ecclesia. 135.col.2.f.
 Patrum testimonijs abutitur ad suadendum malos, vel tradentes, vel accipientes sacramentum ordinis, nec tradere illud, nec accipere posse à pag. 121. vsque ad 127.
 hisdem argumentis respondetur à pag. 127. vsque ad 144. petit principium 166. collumbia 2.f.
 vult impie nostros Episcopos esse hereticos materiales 141.c.2.f.
 Martyrium non est sacramentum 28.col.2.p.
 Martyrius Diaconus 32.c.1.p.

Materia, & forma sacramentorum à Christo Domino instituta, non Ecclesia instituenda relicta 53. & 76.c.2.p.
 Materia sacramentalis duplex remota & proxima 79.c.1.m.
 materia essentialis in Sacramento ordinis sacerdotalis est manus impositio siue extensio qua porriguntur instrumenta 97.col.1.p. in initiatione Gracorum moraliter tanguntur instrumenta, 105.c.2.m. etiam physicè tangi defenditur 106.c.2.m.
 Minores ordines Marcus Antonius impugnat esse sacramenta contrarium consentaneum doctrina Concilij & Theologorum ostenditur 84.c.2.m. probatur ex patribus 185.c.2.m. item rationibus 143.col.1. eorundem materia, & forma ex patribus & concilij 187.t. causant gratiam 148.col.2.m. imprimunt characterem, ibidem.

N.

Nouatores se ipsos destruunt in abnegatione sacramenti ordinis 3.c.2.p.
 Nutus & signa in matrimonio pro vobis computantur, 70.col.2.m.

O.

Officia ecclesiastica à Paulo designata sub nomine Prophetarum, Euangelistarum 191.col.1.m.
 Opiniones varia circa materiam sacramenti ordinis à pag. 54. vsque ad finem disputationis circa materiam Diaconatus, qua expenduntur 168. & seqq. circa subdiaconatum 173.c.1.m.
 circa Minores ordines 142.col.2.m. circa Episcopatum disp. 7.
 Opinantes per solam manuum impositionem posse Ordinem conferri 74.c.2.f.
 Opus operatum & opus operantis distinguuntur, 140.c.2.m. & f.

Oraculo Dei prius habito olim Episcopi sacrari
interdum soliti 117. columna 2. f. & 25.
col. 2. f.

Ostiatorius officium quale 186. col. 2. p.
est sacramentum, ibidem f.

Ordo est vere & proprie Sacramentum 51. & 51.
col. 1. m.

probatur ex scripturis 6. & seqq.
ex traditione 19. columna 2. & 24. colum. 1.
m. & 27. col. 1. p. & 35. colum. 1. f. & 64.
c. 1. p.

ex testimonijs Patrum à pagina 23. vsque
ad 36.

rationibus Theologicis 44. col. 2. m.

ad hominem ex dictis hereticorum 48. col. 1.
& 49. col. 1.

homines in melius transformat 27. colum-
na 2. p.

gratiam confert, 117. col. 2. f.

vocatur Sacrosancta Statio, 26. col. 2. & ir-
reiterabilis 25. col. 2. & 26. col. 1. p.

confert potestatem inamissibilem 77. colum-
na 2.

permanet in hereticis 29. col. 2. f.

nec in illis iteratur ibidem. p.

Eucharistiam primario respicit deinde ap-
pat fideles ad eandem suscipiendam 51. co-
lumna 1. f.

à Christo est institutus 54.

etiam indignis characterem imprimi 124.
col. 1. f.

eius materia determinata, 119. col. 1.

eius efficacia quomodo dicitur esse principaliter
in ministro non in materia 79. colum-
na 1. m.

is nec per Haresim qua etiam fides destrui-
tur, nec propter alia peccata remanente fide
amittitur 125. col. 1. f.

Ordinis potestas non amittitur, bene tamen iu-
risdictionis, 129. c. 2. f.

P.

Panem pollutum quo sensu dicamus offerri ab
hereticis 128. c. 2. p. & 141. c. 1. f.

Papa non solo verbo potest creare sacerdotes, &
dictum Innocentij IV. exponitur 112. colum-
na 1. f.

suum potestatem habet immediate à Christo
& si initietur ab hominibus ad Episcopatum
vel Sacerdotium, 7. col. 1. f. & 15. c. 1. m.

Patres veteres parce de Sacramentis locuti &
quare, 80. c. 2. p. & 81. c. 1. m.

eorum dicta obscura per clariora explicanda,
129. c. 1. m.

Paulus & Barnabas cum segregati sunt non cum
Apostoli sed Episcopi creati 8. col. 1. m.

à Deo vocati ab hominibus initiati, 9. col. 1.
& 10. c. 2. m.

quibus ordinati, 6. col. 1. p. & col. 2. & 14.
col. 2. f.

quando Episcopi & quando Apostoli creati 13.
col. 2.

eorum missio visione Spiritus sancti facta sed
ministerio hominum 10. c. 2. m.

Praxis Ecclesie seruanda, 107. c. 1. m.

Possessio quomodo antiquitus accipiebatur. 68. c.
2. f. 107. c. 1. f.

Potestas Excellentia Christi Domini non alligata
Sacramentis, 39. c. 1. m.

Presbyterium quid 19. c. 1. f.

Presbyteratus fuit figuratus in Aaron 14. colum-
na 1. p.

perficitur vna vel duabus actionibus, 108.
col. 2. p.

non constat duabus partialibus facultatibus,
96. c. 1. m.

eius collatione Episcopus ordinandum sibi assi-
milat propter hoc materia & forma aubi-
bentur, ad determinandum vsus potestatis &
si eandem etiam causent 79. c. 1. f.

Psalmistatus officium quale, 192. c. 1. m.

R.

Quare scholastici quaestiones non pertinentes
ad fidem agitant 110. col. 1. p.

Quare fides ab hereticis oppugnatur ibid. m.

dd Quare

INDEX RERVM

Quare S. Petrus à sinistris S. Pauli depingitur in Bullis Pontificijs, 12. c. 1. m.
 Quo sensu dictum est à PP. ordinari iustos non autem iniustos, 139. c. 2.
 Quare quidam Simoniaci post mortem miraculis claruerunt, 126. col. 2. m.

R.

Religio siue vera siue falsa sensibilibus signis colligitur. 1. t.
 Reordinandi non sunt legitime ordinati secundum ritum. 146. col. 2. f.
 Ritus veteris testamenti in consecrati Pontificum & Sacerdotum. 54. col. 2. f. 104. col. 1. f.
 Ritus protestantium in suis amulis initiationibus. 93. col. 2. m.
 Ritus determinati à Christo in collatione Ordinis. 59. col. 1. m. & 90. col. 2. p.
 ritus Ecclesie Græcæ quinam sint. 90. col. 1. m. & 94. col. 2. f.

S.

Sacerdos indoctus ex officio Sacerdos est, non merito dicendus. 130. colum. 2. f.
 benedicit corpus Christi. 15. colum. 1. m.
 Malus Dathan comparatus. 128. col. 2. f.
 non est Pastor nisi Episcopus. 134. colum. 1. m.
 Sacerdotium diuersa habet officia. 94. col. 2. f. principale munus consecrare Eucharistiam, absoluerè secundarium. 84. col. 1. p.
 differt nostrum à Sacerdotio legalis. 128. col. 1. p. non polluitur demeritis ministrorum. ibidem.
 Sacramenta requisita. 28. col. 1. m.
 Sacramentorum multiplex genus. 50. col. 2. m.
 Septem numero etiam agnita ab Aug. 40. col. 1. f. & col. 2. m. cum duo enumerat Aug. id fecit exemplariter non excludendo cetera. ibidem. præcipua tria numerantur. 34. col. 2.

m. eorum virtus Deo principaliter tribuitur. 26. col. 2. f. & 31. col. 2. f. & 35. col. 2. f. quadam ore, quadam fronte, quadam per totum corpus accipimus. 78. col. 1. f. quadam dicuntur viuorum, quadam mortuorum. 32. col. 2. m. ante Ascensum à Domino instituta. 62. col. 1. p.
 Satisfactio non est pars essentialis, sed integralis pœnitentia. 95. col. 1. m.
 Scientia à clauibus distincta. 131. col. 1. f.
 Simoniacorum pœna. 30. col. 2. f. & 32. col. 2. m. verè ordinati non tamen digne. 138. colum. 1. f.
 Spalatenfis SS. PP. dicta inapte pro se allegas. 119. vsque ad 122. non vocatus à Deo Episcopatum procurauit. 133. col. 2. p.
 Spiritus S. datur ordinatis ad robur & potentiam. 20. col. 2. f. ad altare descendit non ex illorum merito sed Christi. 136. col. 2. f. & seq.
 Subdiaconatus materia, forma, effectus, ratio sacramentalis, à pag. 173. vsque ad 177.
 Suffragium populi non est necessarium in initiatione ministrorum Ecclesie, nisi ad contestationem. 17. col. 2. m.

T.

Tantum morale sufficere in ordinatione & probabile est. 103. col. 2. f. Probabilius requiritur Physicus. 106. col. 2. m.
 Tandem ministerium Sacerdotale & Episcopale nihil esse dixit. 2. col. 1. m.
 Traditiones quomodo inuestigentur. 21. & 22. & 80. col. 1. p.
 ex ijs habemus orandum & ieiunandum pro ordinandis. 10. col. 1. p.
 similiter ministrum extraordinarium confirmationis. 71. col. 1. f.
 item essentialia Sacramentorum. 79. col. 2. p.
 Transubstantiatio fit virtute Dei mediante verbo Sacerdotis. 23. col. 2. f.

INDEX RERVM ET VERBORVM

V.

Varij modi conciliandi Ecclesiam Gracam cum Latina. 101. col. 1. p.
 Valor Sacramentorum à quo per se dependeat. 124. col. 1. p.
 Veritas etiam ab inimicis probata. 57. column. 2. m.
 Vnctio an sit essentialis in consecratione Sacerdotu. 92. col. 1. m. quid significet. 90. col. 1. p.

habetur ex traditione. 93. column. 1. m.
 Vocatio, electio & consecratio requiruntur ad Sacerdotium. 4. column. 1. f. similiter & presulum vocatio assensus, examine & ritibus innotescit. 117. column. 1. m.
 non sat est inuisibilis, sed visibilis Chirotonia etiam requiritur. ibidem.
 Vocatorum multiplex genus. 132. c. 1. p.
 Vsus interdum pro potestate accipitur. 130. col. 1. p.

FINIS.



